BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
19 M
12

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE HISTORIA VINI, ET FEBRIVM,

Libri Duo,

Quorum in Primo, agitur de Vino ſimpliciter: in Altero verò, de Febribus, in Vini gratiam; demonſtraturque potiſſimùm, quibuslibet Febribus, & quolibet tempore propinatum, ſalutare.

OPVS MAVRITII TIRELLI,
Doctoris Medici ac Phyſici.

Illuſtriſſimo atque Reuerendiſſimo D.

D. PARIDI, ARCHIEPISCOPO,

& Principi Salisburgi, Sanctæ Apoſtolicæ Sedis Legato nato, Vniuerſæ Germaniæ Primati, Comiti de Lodron, Domino Caſtellani, ac Caſtri noui, &c. Principi Optimo, Dicatum.



VENETIIS, Apud Iacobum Scaleam, MDCXXX.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Illuſtr.^{mo} atq; Reuer.^{mo} D.

D. PARIDI,

ARCHIEPISCOPO,

ET PRINCIPI SALISBVRGI,

Sanctæ Apoſtolicæ Sedis Legato nato, Vniuerſæ Germaniæ Primati, Comiti de Lodron, Domino Caſtellani, ac Caſtri noui, &c. Principi Optimo.

MAVRITIVS TIRELLVS F.

NON eſſe viuendum latenter, inſère meliores Philoſophantium. Atqui latere, non id quidem Orbi, aut Gentibus, ſed Principi potiſſimum ſuo, dictum putauerim. In huius ſiquidem ora ſi omnium oculi, per Platonem, coguntur conuerti, in vnicum ſanè eundem, & vota ſtudiaq; cuncta transferri neceſſe eſt. In Sereniſſimos tuos Genitores huiuſmodi quidem genere officiorum, certarunt Pa-

Digitized by Google

rentes mei. Quare indolis eorum ipſe heres; dum ex Italia, Venerabilem Maieſtatem tuam, penè deliteſcens ſuſpicio, non vltrà latendum ſum arbitratus, ſed hiſce medicis in monumentis, quæ tibi dedo, ac deuoueo, patere tandem, atq; emergere connitor. Neque verò ineptè commendatum eſſe Medicum opus, Principi iuſtiſsimo, ac religioſiſsimo ſperarem. Vbique enim Ioui æmularis: qui Potentia, ampliſsimo Statui dominaris; Sapientia verò, ſuauiter eius vniuerſa miniſtras. A Iouis autem cœtu vnquam excluſus Æſculapius: quinimò ſupra Herculem, & Promætheum prælatus. Quamobrem vixiſſe me, atq; eluxiſſe, dum per tuam Maieſtatem, medico hoc volumine atteſtor, velim à te impetratum, vt benignè mea hæc qualia ſint munera complectens, noua, tamen et ſalutaria, Æſculapio non diſsimilem me conſtituas. Vale.

Venetijs Decimo Kal. Iulij MDCXXX.

Digitized by Google

INDEX OMNIVM, QVÆ PER CAPITA

In hoc Volumine continentur.

PRIMI LIBRI.

OPeris introductio. Cap.1. 1
Ordo propoſitæ materiæ. Cap.2. 10
De Vini Nomine. Cap.3. 11
De Vini Origine. Cap.4. 14
De Vini Nobilitate. Cap.5. 17
Quot nam in Vino compererit partes Galenus, vnde Vini ſpecies ac differentiæ deducantur. Cap.6. 20
De Colorum eſſentia & Origine, in Vini gratiam. Cap.7. 22
Species Colorum Vini omnes, quot numero recenſeantur per Galenum. Cap.8. 27
Ab Albo Vini Colore, quid liceat, de Vini eius facultate præcolligere. Cap.9. 28
Flaui Vini cauſæ, & quid promittant facultatis. Cap.10. 33
De Fuluo Vino, & de eiuſdem viribus interprete colore. Cap.11. 34
Rubrum Vinum, quam ſuæ det coniecturam virtutis. Cap.12. 37
Niger color, quam polliceatur Vini facultatem. cap.13. 38
Mediorum colorum Vini examen. cap.14. 41
De eſſentia & origine Conſiſtentiæ, ſiue Corpulentiæ ſuccorũ. cap.15. 42
Duplicem dari Vinorum Conſiſtentiam. cap.16. 43
Craſſa Vina quam ſeruent virtutem. cap.17. 43
Tenuis Vini facultates. cap.18. 47
De medijs ſubſtantia Vinis. cap.19. 49
De odoribus Vinorum, & de cauſis eorundem. cap.20. 49
Species odorum Vini. cap.21. 51
Suauis Vinorum Odor, quas vires claudat. cap.22. 55
Inſuauis Vinorum odor, quas vires inferat. cap.23. 56
Inodorum Vinum, quas promat facultates. cap.24. 58
De Eſſentia & origine ſaporum. cap.25. 59
De ſpeciebus ſaporum generalibus. cap.26. 68
De ſpeciebus ſaporum Vini. cap.27. 73
Dulcis Vini iura. cap.28. 74
De Auſteris Vinis, & de eorum facultate. cap.29. 78
De Acri Vino, eiuſue facultate. cap.30. 85
Inſipida an dentur Vina, & cuius ea facultatis. cap.31. 87
De Facultate Vinorum. cap.32. 87
Vinorum facultas, alia Potens, alia Imbecillis, alia media. cap.33. 88
Potens, aliud eſſe Vini genus, ab Imbecillo. cap.34. 89

Potentis Vini effigies. cap.35. 92
Imbecilli Vini effigies:vbi quædam de Imbecillimo. cap.36. 93
Meri quot nam ſcribant facultates. cap.37. 99
Merum Calefacit vehementer,cap.38. 101
Vinum Potens calefacit celeriter. cap.39. 110
Merum, caput ferit. cap.40. 112
De Ebrietate,opiniones aliorum controuerſæ. cap.41. 116
De Ebrietate, Vinolentia, Vinoſitate, Bibacitate, & Temulentia, ad Authoris mentem. cap.42. 119
Nutrit merum. cap.43. 128
Excellentia nutrimenti à mero. cap.44. 133
Vehit merum. cap.45. 140
Coquit merum. cap.46. 143
Vinum reſiſtere Putredini.cap.47. 147
Verum & vnicum Cordiale,merum. cap.48. 154
Imbecilli Vini facultates. cap.49. 171
Frigefacit Imbecillum. cap. 50. 174
Humectat Imbecillum. cap.51. 181
Nutrit Imbecillum. cap.52. 182
Coquit Imbecillum. cap.53. 183
Vehitur Imbecillum. cap.54. 184
Cordiale Imbecillum. cap.55. 184
De Vini potus menſura. cap.56. 185
Ab ætate,certitudo Vini eſſentiæ contra Galeni ſententiam.cap.57. 196
Quas adducant cauſas Medici,prohibitionis Vini in Febribus.cap.58. 198
De Vinorum artificijs. cap. Vltimum. 209

SECVNDI LIBRI CAPITA.

Quæ ſint acta in ſuperiori libro, & quæ in hoc ſequenti proponantur agenda. Cap.1. 213
De Febre. cap.2. 214
Formam Febris eſſe Calorem morboſum.cap.3. 217
Calor morboſus quid:& diſtinctū ne credendū aliquid à Naturali.c.4. 225
Vini potionem, vtilem Febricitantibus ob Febris formam. cap.5. 237
De Febris materiali cauſa.cap.6. 240
Vinum vtile Febri,ob cauſam materialem. cap.7. 241
De Febris proxima cauſa efficiente ad mentem aliorum.cap.8. 241
Authoritates ſummorum Philoſophorum ac Medicorum, confutantes communem opinionem eorum, quæ aſſerunt, Putredinem, cauſam efficientem Febrium Humoralium. cap.9. 243
Rationes,ſententiam illorum deſtruentes,qui Putredinem, efficientem ſuſtinent cauſam,febrium Humoralium.cap.10. 255
Medendi Praxis, deſtruens ſententiam illorum qui dicunt, humores Febrileſinfici Putredine. cap.11. 261
Propria Authoris ſententia, de Cauſa efficiente communi Febrium omnium. cap.12. 262
Authoritates principum Philoſophorum ac medicorum, comprobantes efficien-

Digitized by Google

efficientem generalem cauſam Febrium omnium, eſſe magnam materierum Confuſionem. cap. 13. 265
Rationes Authoris comprobantes, efficientem cauſam Febrium, eſſe materierum conſtituentium corpus, magnam Confuſionem. cap. 14. 271
Medendi vſus conſuetus, ac receptus, comprobans mentem Authoris, quod Cauſa efficiens Febrium, ſit magna materierū Confuſio. c. 15. 276
Vinum vtile Febricitantibus, ob cauſam earum efficientem. cap. 16. 280
De Cauſa Finali Febris. cap. 17. 282
Quænam reſtent adhuc conſideranda Medico, qui velit in ſingula quaque Febre, Vinum ſcitè propinare. cap. 18. 282
Acuta febricitantibus, Vinum perutile. cap. 19. 288
Diuturna Febre detentis, Vinum ſalutare. cap. 20. 303
Breuibus, ac leuioribus Febribus, Vina epotanda. cap. 21. 311
Ephemeris Febribus, Vinum. cap. 22. 314
Hecticæ Febri, Vinum. cap. 23. 315
Tertiana Febre intermittente implicatus, vino ne alendus. cap. 24. 320
In Tertiana continua, Vinum non incongruum. cap. 25. 326
Cauſo, ſiue Incenſiuæ Febri, Ardenti, Imbecillimum Vinum, ſalubre præſidium. cap. 26. 328
Quotidiana Febre complicatos, Vinum explicat. cap. 27. 330
Semitertianis Vinum. cap. 28. 334
Sinocho Vinum. cap. 29. 339
Febribus quartanis intermittentibus, Vini pocula ex arte danda. c. 30. 341
Quartanis continuis Vinum. cap. 31. 342
Erronea malignæ Febris noſtratum, vulgaris opinio: quæque tamen illa ſit, Vini potu tractanda. cap. 32. 342
Febre peſtilente oppreſſos, Vino ſuccurendos. cap. 33. 364
Febres dari alias humorales, à Fecibus, Aqua, & Flatibus, præter Pituitoſas, Sanguineas, Bilioſas Melancholicas. Quibus omnibus Vinum conuenire probatur. cap. 34. 369
De Vino in Febribus, quibus pars aliqua princeps inflammata, conſocietur. cap. 35. 377
In Febre cum Capitis inflammatione Vini potio laudabilis. cap. 36. 379
In Febribus cum Faucium inflammatione, Vini potus. cap. 37. 380
In Febre cum Ventriculi inflammatione, Vini potio vtilis. cap. 38. 381
In Febre cum Ecpheli inflammatione; ſiue in Angore, & Sthomaci morſu, Vinum. cap. 39. 382
In Febre cum Pleuræ inflammatione, Vinum. cap. 40. 383
In Febre cum Pulmonis inflammatione, vinum vtile. cap. 41. 387
In Febre cum Phreni inflammatione, vino fidendum. cap. 42. 388
In Febre cum Meſeræi inflammatione, vinum, medela. cap. 43. 389
In Febre cum Hepatis inflammatione, vinum. cap. 44. 390
Inflammato Spleni, vinum. cap. 45. 391
Inteſtinis inflammatione laborantibus, vinum. cap. 46. 392
In Febre cum renum inflammatione, vinum. cap. 47. 393
Inflammata veſica, vinum. cap. 48. 393
Febris cum vteri inflammatione, vina poſcit. cap. 49. 394
Doloribus cum Febre, vinum. cap. Vltimum. 395

FINIS.

Digitized by Google

BENIGNE LECTOR.

HVNC Librum excuſſit Veneta Scaleæ Typographia, me non præſente. Stipendijs ego ſcilicèt adactus Abbatienſis Conſilij, Oppidi Peninſulæ Rodiginæ nobiliſſimi, non potui vnà tantum mihimetipſi præſtare ſeruitium, qui Venetijs rebus meis adſiſterem. Hanc ob cauſam factum eſt, vt multis ſcateat erroribus liber: qui tamen nudis in verbis hærent, Periodis & Senſibus illæſis. Mihi propterea nè ſuccenſeas rogo: ſed tua potiùs virtute fretus, adportes quæsò, offenſæ eius in quæ impinges, medelas. Hac ſiquidem arte, & Tu Temperati animi, ſimul ac Sapientioris, & Ego Fortunati, documenta dabimus. Valè.

Mauritius Tirellus.

Digitized by Google

DE HISTORIA VINI, ET FEBRIVM,

MAVRITII TIRELLI, Doctoris, Medici, ac Phyſici.

Liber Primus. Caput Primum.

OPERIS INTRODVCTIO.

HVMANAM ſanitatem procurant Medici omnes tribus inſtrumentis, Pharmacia, Chirurgia, Diæta. Horum numerum neque auxit medicorum vllus, neq; diminuit, ad hæc vſque tempora. Quod nam tamen ex iſtis tribus primatum in Curatiua ſibi arroget medicina, & connati ponderis facultate, principatum in cętera exerceat inſtrumenta, plures ſunt qui contendère. Alij Pharmaciam ſublimarunt. Alij Chirurgiam præfecerunt. Alij vtraſq; ſimul complicatas tanquàm inexplicabiles extulerunt. Pauci Diætam celebrarunt nobiliorem: ſiue quia poſterius & ſæculo tantùm Eraſiſtrati cæpta eſt ad præcepta vocari: ſiue quia grandis nimiùm, dogmata euitaret vniuerſalia, vni perſpicaciæ operantis commiſſa: ſiue quia ſolum Hippocratem optata ingenitarum laudum Tibicinem, cæteros recuſaret ſuæ impares maieſtatis. Hanc enim præpoſuit Principem, Senex; cui ego innixus magiſtro, illud mihi ſuaſum ſine controuerſia volui, Diætæ Artem, ea dignitate Chirurgiam, & Pharmaciam ſuperare, qua cæteros Plane-

Digitized by Google

tas præcurrit meritis atque fulgore, Solis Aſtrum. Exponit ſe quidem ſe ſe illa, in medicis inſtitutis eadem, atque Temperantia ſe ſe prodat in moralibus: cuius vbera ſi areſcerent, quemadmodum ciuilis omnis Prudentia periret, ita Diætæ ſinus, ſi ſubtraheretur, Pharmaciæ, ac Chirurgiæ obſoleſcerent præconia, totaque Ars poſtremò corrueret. Neutrum enim potens miniſtrare commoda, quando exactiora priùs inſtituta Diætæ non expedieris: nec Medicum opus datum ſtabilire, ſi Centrum primò ac fundamentum non exploraueris. Per hæc itaque certum à Diętę Vita, meſſem Pharmaciæ, nec non fructus Chirurgiæ comparari. Vndè Mater vtriuſque, erigitur præclariſſima ſupra prolem: & dignitate conſpicua, iubet in cuncta Medici negocia antelocari. Nec aliam prorsùs connutriuit de Diætæ prælatione mentem Hipp. qui quolibet loci Placidos curet morbos, breui in Pharmacia, & breuiùs multò in Chirurgia commorando, omne ſtudium tranſtulit in Diætæ formam ſedulò inſpectandam; In placidos item tractet (quibus curandis Medica nitet Excellentia) anguſtiſſimo compendio, ſanguinis emittendi, cõſilia expedit, anguſtiori, coarctat Pharmaca; at in Victus ſtadio longiùs procedit, in Dięta percolenda, maturiùs cõſultat. Quaſi nos monitos curet Hippocr. In recto præſcripto Diętæ, cætera ſtare Medica præſidia: in Diætæ è contrà contemptu, illicò ſubuerti reliqua, & corrumpi. Demi præterea aut Ferro, aut Pharmaco infeſtam facilè plenitudinem: Verùm feſſam Naturam regere Victu, vnum eſſe & eximium, quod Medicum quærat ſeueriorem, poſtuletque Virum, in ſalutis ſtadio ſapientiorem. Idem ſuo illo in iureiurando pollicetur, profiteturque Diætam ſe (non Chirurgiam, aut Pharmaciam) quantum viribus & ingenio aſſequi poterit, ægrorum commoditati vſurum: Veluti decernat, in hac magis, quàm in reliquis Medici machinamentis, Arte opus eſſe, & Ingenio. Galenus pariter, in eadem conſilia intentus, cuiuſuis inquit ægritudinis primus curandi ſcopus conſiſtere in exacta Victus ratione, neminem fugere exiſtimo; & in Antiquos alibi inuehens, qui de Diæta obiter egerant, verùm inquit, non ità ſe res habet; ſed cum Ars ipſa tota ſit magna, non leuis eius pars eſt ſcientia ordinandi victus. Aſclepiades hinc, Medicorum celeberrimus ad ipſam victus rationem in curando, priuſquàm ad medica-

Digitized by Google

menta, ſtudium ſuum tranſduxit. Et Celſus, omnes quidem fatetur Medicinæ partes inter ſe ità connexas eſſe, vt ex toto ſeparari non poſſint: ſed ab eo, addit, nomen trahere Medicinam à quo plurimum petit. Verumtamen, ſubiungit, hoc ſtat perpetuum, vt primam oporteat adhibere curam rationis victus; quippè quæ multam admodum in omnibus malis corporis profecit. Aueroes deniquè Oraculum inquit, id eſſe in Medicina diuinum ac firmiſſimum, quod ſi victus ratio moderata omnibus vſurparetur, à nullo vnquàm ſanitas abeſſet. Hinc deniquè Medicinæ erecta fundamenta, lib. potiſſimum de Diæta Hippocr. ſcopoſq; medicandi inuentos lib. de Vet. Med. Tantorum Virorum hæc ſentitur concordia, in Diæta concinnanda: per quos non illud patet ſolùm, hanc eſſe exquiſitiorem Medicinæ portionem, ſed patet ampliùs, in eadem vnica, gloriam curatiuæ ſpaciari, & medicationis eminentiam, ſic tanquàm in Regia diuerſari. Hos præterea ſapientium ſenſus ratio non effugit: quùm ſuggerat hæc, incipiendum ibi in Curatione, vnde ſanitatis deſidium, ſeceſſit in morbum: Inibi pariter inueſtiganda remediorum ſemina, vnde in noſtras afflictiones, ſanitas erupit. A praua autem Diæta, aperuit ſibi potiſſimùm hanc viam, vt teſtantur cum Hippocr. Galen. & Aueroes. Quare ad Diætam reformandam, primum Medici lumen conuerti debet, & in Diætam recolendam quamlibet eius Anſam inſudare. Vbilibet ergò cæteris Medicis inſtrumentis prælata Diæta. In cuius præſcribenda exacta formula, ſi certior ſalutis coniectura: quid dubitandum, in eius quoque voluendis præceptis, ſeueriorem Medici laborem non inſidere? Quamobrem qui huic conuertitur oculus, Prudentiam deteget, & Sapientiam medicam, præclariorem. Addas modò ſi lubet, & ſpeciem Diætæ grauiſſimam, ediſcaſq; vno, quantùm ſorores præcurrat præcio. Non vnum illud, non commune aliquod, non ſimplex depræhenſum, quod Diætam diuitijs oneret, ſed varia viſuntur, præcioſa quælibet, quæ vitam ac vultum eius componunt. Siquidem & Fomenta, & Balnea, & Cliſteria, & Ambiens, & Paſſiones, & Quietem, & Venerem, & Motiones, non fucatam, ſed ingenuam ambiunt formam eius. Prætereà, duobus, & reliquis ſuſtentatur ornatiſſimis membris, non ſecus ac Cardinibus, ſiuè potiùs viſcerum ſuorum Præcordijs. Potio, alterum

Digitized by Google

eſt. Alterum Alimenta. Ab ijs potiſſimum binis, ſicuti ſanitas, ità morbi omnes ſolatium petunt. Quamobrem duo hæc, non ſecùs ac lumina oculorum Diætæ, trahunt aciem mentis, cuiuſcunque medica contemplantis; immò potius inſtar morbi, & ſanitatis numina, cogunt flecti in ſe tàm publica Medicinæ, quàm priuata Medicantium quoruncunque vota. In cunctis propterea morbis, Potionum, & Alimentorum memoria, grata magis, quàm Pharmacorum, aut Ferri, multiplex, accurata, ſolers; & per Hippocr. doctrinam, tanta, quæ vnica, inſignes profectus affert rectè concuſſa, & inſignes noxas prauè irritata, conferat. Id verò potiſſimum in Febribus dignum (circa quæ præſertim mala meus hic inuigilat labor) in quibus, præter genera potionum, præter ſyluam Alimentorum, de amborum ſpecie, de ratione eorum præſcribendorum propria, de menſura, de tempore, deque opportunis alijs permultis, queſtionantur Medici, Scriptores implacabiliter: ad atteſtandam huius partis Medicæ difficultatem: ad comprobandum, quàm arduum ſit per hæc Medicum eſſe, quod ſenſit Ariſt. & ex conſequenti ad demonſtrandum, quod principio propoſueram, Diętę in Arte Medica præſtantiam, in ſublime conſcendere, & ad excelſa. In Febribus inquàm, tot ardua occurrunt, exagerantia amplitudinem horum membrorum Diætæ, priùſquam certi aliquid de Alimentis ac de Potionibus, decretum ſcias cum ratione. Verùm cum Alimenta, negligant vt plurimùm, Potiones verò nunquàm non ardeant Febricitantes, circà Potus tandèm durior Medicorum anſa. Ego itaquè qui Tirannum Morborum ſenſi vbiquè Febrem: & qui in difficili inſidere ſemper glorioſa exiſtimaui, venturus aliquando in apertum Medicis, & rerum antiquarum cupidis gratificaturus, ancipitem Potus controuerſiam ſuſcepi diſcutiendam. Ratus hic ſtare Atlantem totius Medicæ facultatis, vbi & ingenioſitas Curatiuæ negotiatur, & ſubtilitas ſedet ſpeculatiuorum eius Theorematum. multa tamen cum numerentur genera Potionum, commendata Febricitantibus, Aqua, Serum, Stillatitia, Succi herbarum Iulep- mulſa, Aqua ordei, Aqua Carnis, ſimiliaque permulta, paſſim per ſcriptores longiſſimis tractata Voluminibus; Ego non vniuerſas ſed vnicam ſelegi meditandam. Vnicam certè ob peregrinam ſui Naturam; at vnicam magis, ob altitudinem

titudinem meritorum, quibus cæterarum potionum Famam, atque Præcia, obſcurat. A nemine adhuc alio Medicorum, quem vnquam ſenſerim, aut cognitam, aut cognita tractatam ſeriò. Pluribus ſuſpectam. Vniuerſis ijs qui ludricè, & ſine ſedulitate ac perſpicaciæ dono coniectant, adeò inuiſam, vt ne dixerim emolumentis, ſed nec mentione dignam iudicauerint. Ducti quidem ij, non illa certè diſcurſus, & ingenuitatis face, quam protulit Hippocr. prætulit ſemper Galenus, & Claſſis ampliſſima tùm Græcorum, tùm Arabum ſequuti ſunt, ſed ſorrida ea vulgi clamoſitate, quam inertes ſoli, ſeruiles, atque ſordidi Quæſtuarij, ſolam reuerentur. Illa tamèn Potio quæ legitimo primùm iure cæteris quibuslibet præſtat Potionibus; ob certiſſimam ęgrotantibus Febre comportatam vtilitatem: quæ deinde Potio præminentia virtutis connatæ accumulat in ſinu, meliora omnium laudum, & præclariora: quæ deniquè Germana, & ingenua pulchritudinis excellētia, reddit Dietæ corpus celebre, & quod principiò dicebamus, admirabile.

Talis huiuſmodi Potio, Vinum eſtat. Potio ſuauior, Potio multiplicibus Naturæ bonis frugalior, Potio cæteris Poculentis fructuoſior, & illis etiam quibuslibet, quæ in febricitantium ſalutem indagare adhùc potuerit Medica ſolertia: tutiſſimum, iucundiſſimumq; remedium ad debellandam Febris contumaciam; præſidium ad inſtaurandam nutantem laceramq; Naturam, non importunè oblatum ſalutare. Hæc itaq; præclariora Medicinæ ſtudia: & hæc propterea mea. mea inquàm, at Principi primùm ſapientiſſimo exarata, ad Antiquam confirmandā gratiam, in qua deuotus, me, Parenteſq; mei perſtiterunt. Ingenuis deindè conſeſſibus patefacta, tùm ad publica excitamenta, cùm præſertim ad medica certiora documenta. Reclamet enim atque perſtrepat quantum vis inueterata iam conſuetudo Vini denegandi Febricitantibus, honeſtum nihilominus putaui magis repugnare conſuetudini; quàm refragari rationi: illam ſiquidem opinio, hanc verò ſtabilem, veritas facit: Illam Medica non admittit Ars, hanc nunquàm non permittit. Noua ergo, & confirmato iam vſui inaudita, dummodo defendat ratio, non deſtruet longa & inſtabilis conſuetudo, quamquàm dura reddat, & diſſentanea. Quæ in lucem proferre, & pro virili tueri tres mè cauſæ coegère. Prior eſt; vt molis eius

Digitized by Google

diſcurrerent per Orbem ſtudia, quæ quamuis ſalubertima, ob indictam tamen ſibi difficultatem (non ob perditam quidem, quod afferunt malignitatem) nullum habuerunt, ad hunc vſq; diem, Medicum defenſorem publicum; cum tamen cautiùs nihil, ſanctiùſq; nihil, in Febricitantium ſalutem decernant, tunc quandò ad Collegia congrediuntur, quàm ſuppulam, guttulamq; vini concedere. Altera eſt; vt primi laboris mei publicarentur ſenſa, quę latent in Medica Arte inſigniora: tale autem eſt illud Dietæ, quod iam cōprobauimus, ſiue potius vini, quod Dietæ totius ſummam obtinere concluſimus. Tertia eſt; vt quæ nunc verſantur in Italia potiſſimùm corruptelæ vini adminiſtrandi in Febribus, omnes detegantur ſaltem, ſi minùs fieri poteſt, vt per me euellantur penitùs atquè exterminentur. Et vt redeam ad primum, quo motus ſum ad ſcribendum. Nonne difficillima poteſt illa comprænendi prouincia, quinimò ardua, & inacceſſa, in cuius vlnis Dietæ vniuerſæ Vita perſtringitur? Vinum vtiquè, ſi cum cæteris conferas Alimentis, ſiue etiam Poculentis, cum grauiſſimis ditetur prærogatiuis, tùm ad tutandam ſanitatem, tùm ad debellandos morbos accomodatis, cur Dietæ etiam animam, cur Dietæ matricem continere non confitebimur? Hoc certè vini Poculum, cæco quoddam interno impulſu, enixiùs quàm cætera expetimus liquida. Hoc diuino quoddam inſignitum munere, celeriùs ſitim placat, ſi experimento imbecilli vini conquieueris. Hoc mouet proſtratam, & prorſus aliquandò perditam appetentiam. Calorem fouet. Vitam recreat. Nutrit Solatia. Homeri deniquè, ac Platonis celebri illa ſententia, Animum auget, oſſaq; reſtaurat. Quarum rerum nulla in reliquis Eſculentis, ſiuè Poculentis perquiſita comperitur: tententur pratèr illa, & ſomnus, & Balneum, & Olea, & Antidota, & Cordialia, & Artes oblectamentorū quæquæ, vitalia, ſi quæ dentur alia examines, nullum certè inerit ijs, decantatæ vtilitatis nomen, nullum prorsùs ſecuti præſidij commodum inſeminabitur. Non ſecùs itaquè ac cæleſte munus, cum claudat in ſe vinum ſecreta ea, quæ hominum corda cuſtodiunt, meret gentium admirationem, & ſtudia medicantium cum ratione, ſollicita requirit. Tanta fortaſsè moles perterruit Medicos; qui adhùc auſi non ſunt, ſcribere priuata commentaria de vini vſu in obſeſſis Febre: quamquā de eius

facul-

Digitized by Google

facultatibus, Humaniores plures, aliena in arena temerè verſantes, & extra propriam pelliculam turpiter excurſantes, dicere cum Poetis veriùs, quàm cum Philoſophis ſint aggreſſi. Me ſecus iuuabit, rudem tantam materiam, primum adgredi, ac elaborare, quem ſollicitant hominum mala, & inflammant egregia facinora. Licet enim ob non exactam huius propoſiti eruditionem, abſolutam laudem conſequi non valeam, aliquam tamen licebit ſperare cum Thimotheo, ob tentatam, & inchoatam eius diſciplinam. Imò cum vltrà Thimotheum non contendam pro ſolatijs, ſed pro ſanitate deſudem, aliquid maioris ſupra eum expectabo. Auxit animum ad hoc arripiendum onus, quòd ſi de rebus iam ſcriptis diſſeras, cogeris ſcriptam ſententiam, vel repetere, quod à commendatione remotum eſt; vel reprehendere, quod odioſum; vel corrigere, quod ambitioſum. Vnde ad honeſtam laudem nouum ego ſuſcepi negotium; in quo defectum, excuſatio, errorem verò, indulgentia per leges caſtiget.

Addebam ſecundo loco, id per me ſuſceptum conſilium, quo ſtudia Medicinæ operantis ſanctiora, in operum meorum frontiſpicio niterent. Etenim ſi magnum quid extat vini adminiſtrandi in Febribus ſolida documenta dare, iam per ſuperiora eluxit: nam & cæteras Potiones ante ire oſtendi, & Dietæ Caput eminere, & primum efflagitari, & vnicum dona vitalia elargiri: quod idem fuſius, poſteriora quoquè commonſtrabunt. Magna porrò & Noua ſeruato Ægyptiarum Columnarum vetuſtiſſimo more, decere eum, qui Typis ſuas committit elucrubationes, & nomen ipſum commonefacit elucubrationis, quod quidèm reconditum aliquod, ac compoſitum, non commune, nec obuium ſignificat, vnde illud notum Horatij.

Condo ac compono, quæ mox depromere poſſim.

Et Galeni monitū octauo de Adminiſt. Anat. perſuadet. Vetera nanq; & multorum ſcriptis lacera, nec preſſit, nec memorabilium locum, quorum debita ſunt Typi apud nos monumenta, cur occupent, vidit.

Cæterum, vt poſtremam attingam ſcribendi Cauſam, quod nam quæſo in Medicina facienda viſitur magis ſordidum; quod nam plebeium obſeruatur magis, quam vini in Febribus ſuper-

ſtitioſa, & exlex, per Medicos adminiſtratio? Hoc in Italia, & extra ipſam quoquè (ſi credimus plenis rumoribus) ſolet noſtro hoc ſæculo ita tractari, vt ſicuti creditur ſanis alimentum, ità Febricitantibus, Venenum habeatur. Hinc factum eſt, vt decurrat per hominum capita, vulgaris hæc opinio, familiareque dogma ſuſtineatur in Orbe fermè vniuerſo, Febrem, & vinum eodem non poſſe ſuſcipi hoſpicio. Vbi propterea Febris obſidet, vinum propinatum murmurant Febrem augere: Vnde Fœminæ ipſæ, Febris ſuſpicionem, vini inhibitione incipiunt emendare: & in morbi progreſſu, Vinum aſſumptum ità conuiciantur, vt cum veneno collatum, ſupra longiùs declametur. Ad eam denique ſeueritatem proceſsère cum Fœminis, Medici quique Quæſtuarij, vt tunc ſolùm concedi per eorum liceat mandata, cùm nulla ampliùs ſanitatis ſpes connutritur. Conculcentur quidem medicamenta: confundantur alimentorum leges: Ferri miniſterium immanſueſcat: ſubuertantur ordines methodi, & ingenioſitatis medendi omnes, condonantur ea tandem, per ſatrapas Medicinæ, dummodò vini nulla fiat vnquàm mentio apud ægrum, vini nulla inſtilletur guttula in conſultationibus. Lædere ſi quidèm ad obitum exclamant (quod idem poſtea moribundis offerunt) iuuare verò ei denegatum, contendunt. Nec prodeſt miſeros languentes inuocare eius laticis vndulam, cum ſtabilitum iàm ſtet, fixumque mentibus hæreat, Furiam illud Febrienti, Orcum, exitium. Sed quid moror in Fęmineis, & Plebis ipſius ſcrupulis? Medici ipſi rationales, tantùm ab antiquiſſima Medica dignitate ſeceſſerunt, vt cum Fœminis, & Plebe priùs, quàm cum Artis ſuæ principibus, concordare non erubeſcant. Id primum quod ex ſentina eſſe Medicorum exprobrauit Hippoc. in limine primi illius de Victu in Acutis. Eàdem prorsùs tenet illos ſententia, Febris vrget (Medicum vbiq; præceptum) Ergo vinum prohibendum. Primaque lex ſceleſti imperij, vbi ſolatia cuncta denegantur. A vino abſtine. At cum obitus imminent tempora (mirandum) quaſi tunc ſolum ſpacij liceat ſuffragari; ſiuè tunc magis, quàm reliquo tempore adulari, aperiunt viam in remedium & Vina concedunt. Quæ cuncta, vacuo rumori vulgus accomodant, aſſueti deteſtando huic abuſui, nullum rationis alicuius argumentum afferentes, quod ſiue ab eius pocu-
lis

lis deterreat, ſiue in eius incontinentiam ſuadeat: neq; Patrum regulas adducentes, niſi aut commentitias, aut peruersè interpratatas. Sed quæ monſtra? Viuificare tàm ſanctum laticem ſanos non negatis, & idem poſtmodum enecare infirmos profitemini? Amicum ſemper at in Febre proditorem? Erigere calidam Vitam vi ſibi cælitus communicata, at demoliri eandem, quo tempore æſtuant viſcera? Mutari in ſanguinem valentis, at verti in venenum inualidi? Decantari vbiq; locorum à Poetis, & irruptis Calamis exaggerari à ſapientibus, idem tamen deflori in Febribus à Fęminis, conuiciari à Plebe, & tot contumelijs deturpari à Medicis, quot nec fædãtur amethoda, nec infamantur toxica? Cur hæc deprecor in Vinum diſcordia? Quod tamen norint cuncti, & cauti obſeruant quique, tantoperè conſolari Febricitantes, vt morti proximos, ſqualidos, atq; obmuteſcentes, ſubleuet illico, illuſtret illicò, atq; facundet? Quoties reſpuentem Cibum, Vino lenimus? Quoties obduratum vigilijs, Vino mollimus? Quoties irrequietum, atquè excandeſcentem demulcemus Vino? Crudo excremento grauem quoties leuamus? Impotentem ad egeſtionem quoties roboramus? languentem in ſumma quoties Vino excitamus? Cernũtur hęc paſſim, vincuntq; & Fęminas, & Medicos indoctos: vt pertinaciæ exhorreſcat monſtrum. Verùm ſi hos nulla ſenſus pungit atteſtatio, nec ad excogitandam cauſam tantorum beneficiorum, ſiuè ad mutandam prauitatem placitorum, vllus excitat ſtimulus, quantominus premeret rationis pondus ingenioſorum vna & ſingularis ſuada? Mouerunt hæc tamen Virum ad Artes Medicas natum, & tàm ſcriptis, quàm Vita notabilem, Thornam MINADOVM Practicæ olim primarium in Patauina celeberrima Academia. Hic conſultus à me de ratione huius abuſus, ſe ac ſuæ tempeſtatis Medicos, tali cum modeſtia protexit. Pleroſq; (dicebat) Medicorum non latet, tantùm hoc negociũ malè torqueri; qui quidem conſcij ſunt ſecus agendum, & cum Febricitantibus, hanc Vini rigidam ſeueritatem laxandam eſſe: at quoniã huiuſmodi rei conſuetudo cò deducta eſt apud Vulgum, qui firmiter credant, vini potum exacerbare Febres, ſiue potius vini potum enecare Febrientes, iccircò nè moriente ægro inuehatur in vinum, reumq; ob id ſtatuant mortis eius Medicũ inſti-

inſtitutorem, prohibent conſtanter ab eius vſu infirmum & Vitalem vtilitatem conſultò ſemper mendacio deteſtantur. Seria hæc non negauerim, nec ſale vacua. At repetebam ipſe, Vbi Medici per hæc deiecta Virtus? Vbi ingenuitas? Vbi veritatis, Vbi Fidei profeſſio? Vbi claritas illa Medica quam Hippocr. togata Oratione celebrauit? Deficiant ergo quouſq; velint ab ingenuo illi. Ego cum mihi certò perſuaſerim grande emolumẽtum ſtare in vini potione, adminiſtratumquè præſidium, validiſſimum ægrotanti, quandò vini liquorem prudens obtuleris ac generoſus, nunquàm deſtiti ab eius vſu, modumq; & tempora, & menſuram, & vini ſpeciem cum emicuit occaſio præſcripſi. Nequè fruſtratus opinione ſperatæ ſanitatis quam ſæpiſſimè nõ remedium ſolum, ſed vnicum & ſingulare mediũ percepi, demulcendo Febris ſæuitiem, vitam propagando, tollerabilius reddendo faſtidia, euitando extremos languores, à morte ſubtrahendo, ſanando. Quæ acta volui, nõ quidem vt eſſent in me gratiæ; quemadmodum loquitur Hippoc. de morbis Popularibus. nequè vt gratior cibus, quàmuis paulò deterior per me affectaretur; ſed vt tẽpeſtiuum afferem ſubſidium, atq; vt decet, ægris amicus proſpicerem; Verùm habuerint nè hæc modum: ſedulitatem ne, & Artem redoleuerint; & quod primùm optatis, An Methodicam rationem recoluerint, ſic ordiar explicare.

ORDO PROPOSITÆ MATERIÆ

Obſeruandus.

CAPVT SECVNDVM.

Victum humanum conuocaturus Hippocr. lib. de Diæta, ad regulas Medicinæ, ſuum diuiſit principiò inſtitutum in duas partes. In altera hominis conſtitutionem; In altera Ciborum, ac Potuum ſingulorum facultatem, quibus homo victũ ſibi parat familiarem, conſideranda proponit. Subdiuiſitque

iterum

iterum Alimentorum facultatem, in Naturalem, & in Artificialem: quò ſcilicet, id quod per ſe eſt, ab eo, quod per Accidens dicitur, ſcientes diſtingueremus. Neque alia ſanè eſt priuata materia tractatus vini, ab ea generali Alimentorum: cum reſpectent ambo Hominem cui pullulant viuenti, in eſcam, & reſtaurationem. Quamobrem vſurpabunt ſibi concordem, à tanto Præceptore diuiſionem, noſtra vini negotia: & duas in ſeries diſtincta, introducentur planiùs in Arcem mentis; Vbi poſthac, cum verò imperitent. In Altera, facultates vini, tùm Naturales, tùm Arte adſcitas conſtabunt. In Altera, Corpus febricitans explanabitur: ex quibus demùm vtriſq; inferre fuerit facilè, & qua cum Arte, & quo tempore, & quod Vinum, & qua menſura compotandum infirmis. Illud priori hoc in libello actum: Hoc verò alterum in poſteriori. Duo tamen hæc Capita generalia nimium: quare diſſecta in minutiores manipulos, dabunt priuatas cõſiderationes, particularibus ſectionibus, peruoluendas. In vino etenim & Nomen, & Dignitatem, & Differentias, & Facultatem, & Proprietates, ſigillatim diſcuſſa. In Febre poſtmodùm, & Formam, & Cauſas reliquas, & ſpecies, & ſimptomata, & Numerum, & pleraquè alia grauiſſima, complanata. Quæ bina, pedibus ſuccincta diſcurſus, duo illa perſtabunt Homeri Talaria per quæ in Atria vini miſteriorum, ſecurè perueniamus.

DE VINI NOMINE.

CAPVT TERTIVM.

VIni Nomen, ſolet communiter multis ſuccis accomodari. Nam & Cotoneorũ, & Granatorũ, & Caricarum, & Zuiubarum, & Pirorum, & reliquorum fructuum ſuccum, quos latè memorat Dioſcorides, vulgò vinum appellant. Ego verò, vina dum propono, de eo tantùm ſucco loquor, qui ex vuis exprimitur ſimplici, non cocto, antiquæ tantum, ſuæ Fortunæ conſcio, non ficto, aut adulterato. Talis rurſus ſuccus iſte, vno vini vocabulo non ſolet à latinis denominari, ſed tribus famoſioribus

Poeta-

Poetarum nunc omiſſis, vel tranſlatis, vel fictionibus, legitur id expreſſum nominibus. Vt plurimùm ſiquidem, Vinum dicitur. Sæpius Merum. Non raro Temete, ſiue Temitum. Videndum itaq; ad euitandam nominum confuſionem, An ſicuti diuerſa circumferuntur eius nomina, ità horum trium diuerſa aliqua viuat ſubſtantia. Quibus tamen in locis merum, pro vino ſumatur, inter Humaniores litterarum: quibus pariter Temete, cenſeo hic non repetendum, Vocabularia ſiquidem reddere poſſunt locorum, vbi inſident illa, & ſententias ſuas facundè complent, ampla & frequentiſſima teſtimonia. At quibus in locis à Philoſophis, & à Medicis transducta in vſus, reſonent, non importunum reor recenſere. Nam lateat ne abditi aliquid in ſecretis iſtorum, ex hominum maiorum vſu, & eorum præſertim, qui non ad elegantiam, ſed ad doctrinam ſenſa aperiunt, planius manifeſtabitur: ex quo quidem examine, detegetur ſimul, Nominum horum inter ſe differentia, & reliquum de vino in lucem procedit euidentius. Vinum ergo (vt hoc reſumam primum) veluti genericum Nomen, illud quodcunque appellatur, quod ex vuis expreſſum, noſtri potus deſideria complet. Tale huiuſmodi, ſiue Validum, & Potens, ſiue Inualidum & Aquoſum, ſiue Nigrum, ſiuè Album, ſiuè Auſterum, ſiue Dulce, ſiue cuiuslibet alterius differentiæ ſortiatur conditionem, vinum communiter, & apud latinos nuncupatur: id verò ſiue à Ionos, Voce Græca; vt Platoni placuit, ſignificante Vaticinium, quaſi mens: ſiue à Vita, quaſi participatiuum vitæ ac communicatiuum: ſiue à Diuinitate, quaſi munus Cæleſte ac Diuinum. Et ſub vini nomine, omnes tùm Philoſophi, tum Medici, & Galenus vnus, qui diffuſiſſimè, ſparſim tamen, de eo locutus eſt, eius vniuerſas differentias recogitauit.

Merum, videtur quidem vini ſignificatum ſibi vſurpaſſe, at longo interuallo ab eo diſcrepauit: quandoquidem Purum ſignificet, & Potens. Mera etenim, ea dici ſolent, quæ germanam facultatem, ac ſubſtantiam retinent, cum nullo alieno humore permixtam. Quo vocis certè ſignificatu, Purum Vinum, Merum iure appellamus; & profectò eam tradi eſſentialem Vini conditionem ſcimus, quod nempè calido polleat. Quam ob cauſam Galenus, Meri potione, oculorum

ſanari

ſanari dolores ſcripſit: quum Calore ipſius & puritate id euenire, in Aphoriſmis enunciaſſet. Meri pariter potione, tempora pulſare, & Caput dolere: cum ſecus, ab impuris, ac debilioribus, talis effectus, nunquàm producatur. Eodem fermè vocabulò vtitur Ariſtot. 3. Probl. qui vino diluto, merax ſemper opponens potentiam vini, atq; paruitatem, tali cum voce præfixit. Temetum deniq; aliud eſt vini nomen, cuius rara quamquàm fiat mentio apud Medicos ob ſignificationis fortaſſe ambiguitatem, à Philoſophis tamen percolitur frequentius. Temulentiam tamen & Medici, & Philoſophi, non parcè enunciant, ad ebrietatis ſpeciem indicandam. Cuius Ego hunc ipſe ſenſum reor, vt de vini genere illo dicatur, quod acutum eſt, & ſupra cætera vina, vitibus donatur, motandæ mentis, ſiue ab altere rationis amouendæ. Hoc nanque idem, & ſi proprium ſit, & inſeparabile vinoſorum attributum, quæ ſi immodica bibantur, mentem ſubuertant. Ariſt. nihilominus 4. Meteororum, quædam recenſet ad inebriationem neceſſaria, quæ non vinis cunctis, nec meracibus etiam, ſed celebri priuilegio Temeto adſcribuntur. Inebriat quippe vinum, eo quia euaporat. Non tamen inebriat continuo, quodcunq; euaporat; at illud ſimpliciter, quod tale aliquod euaporat. Id ſiquidem ſi negares, inebriare fateteris, & lac, & muſtum, & euaporabile quodq; ingeſtum. Tale rurſus aliquod, quod euaporare debet ad hoc, vt inebriet, eius eſſe oportet compos qualitatis, quæ in flammam facilè commutetur. Aucta ſiquidem ingeniti caloris noſtri flamma, ſpiritus inde cerebri igneſcunt, & mens illicò furit concita. In flammam autem vertuntur, non ea quidem, quæ fumidam euaporationem, ſiuè craſſam, & multam exhalant, ſed quæ potiſſimùm exſuccam, aeream, & puſillam. Replent Caput, aggrauantq; ipſum, exalationes pingues, copioſæ, lentæ, hominemq; ob id, non in ſpiritus choreas, ſed in ſomnum ſoluunt, & ſegnitiem. At exſuccæ, & paucæ, ſegnes ſpiritus ſuaui excitant primùm igniculo, calidoſq; in celeriorem incendunt motum; deinde, non obruendo multitudine flammæ, ſed illuſtrando lumine depurando fulmine calorifico, ad quamlibet ſpirituum, & animæ verſionem, campum aperiunt; agitant demùm, ſi inſtes nouo addito incendij ſtimulo: quæ tandem paſſio, Ebrietas dicta, ſiue potiùs vinolentia, ac Te-

mulentia.

mulentia. Non eſſe autem exiſtimes vina omnia hac dote prædita, quæ ſcilicet exſuccam euaporationem, & paucam emittant, ſed illa tantùm donari huiuſmodi priuilegio repures, quæ quo tempore guſtantur, permeant Corporis rempublicam, ſubſidium ferunt calefactionis, ora & fauces larga implent voluptate, non craſſa, non obtuſa, non ingrata, ſed perlucida, fulgida titillantia ſuauiſſima. Tale vinorum genus Alexander Aphrodiſeus 4. Met. viſus eſt cognouiſſe vnicum Temete: transferens nanq; græcam dictionem Ariſtot. aliter atq; faciant ceteri interpretes, hanc eandem quam ipſe attuli expreſſit de Temete ſententiam. Vbi enim vertunt ferè omnes. Quodlibet verò vinum inebriat; ſiue quod autem eſt vinum inebriat. vertit Alexander. Quodlibet verò vinum, videlicet Temetum, mentem pertentant. Quamobrem reſtat dicendum, Temete vnicum eſſe, & per eminentiam dici vinum; & inebriare magis, quàm cætera faciant vina. Cumquè prodat vinum Temete hunc perpetuo actum inebriandi (quando tamen immodicum potaueris) nequè id fieri poſſit aliter, quam ratione ſupra allata, ſequitur neceſſariò Temetum dici de vino ſupra deſcripto, inflammabili, ſubtili, ſpirituoſiſſimo, quas partes non habet perpetuas, nec vinum, nec Merum. Vnde non immeritò ab alterutro differt Temetum, & hanc quam poſui conſciuit ſibi inter vina diſtinctionem. At quoniàm de vinorum virtutibus, & differentijs ſuo loco dicetur, hæc de nomine eius ſufficiant.

DE VINI ORIGINE.

CAPVT QVARTVM.

Vini primæuos Parentes memorant vetuſtatis antiquiora monumenta binos. Bacchum alia: cuius eam in Timæo legimus adhuc hiſtoriam, fatuatum à Iunone, cæteros & ipſe poſteriores, quo ſuam abderet turpitudinem, vino dato, fatuaſſe. Athenienſes alia: quorum curam in excolenda vita adeò fulgentem conſpicata eſt orbis vniuerſitas, vt Oraculo crediderit promulgatum; tantò cæteris hominibus fore Athenienſes excel-

excellentiores, quantò aues alias, præcellat in Nubibus Aquila. Tonans ſiquidem ab iјs eloquentia, & exquiſitionis Sapientiæ auguſtiùs ſacrarium: inuenta pariter ad Corporis vſum præclara ab ipſis præmonſtrata, Lanificium, Oleum, Arare, Serere frumenta, vini denique vſum: vnde Autochonas cognominatos ſcribunt, primos ſcilicet terræ cultores. Quibus binis addunt Indi tertium, ab ipſis ſacrificio adoratum, & hunc Soroadium Dæmonem aiunt; vini factorem: quem omitto ipſe veluti fabuloſum, vtpotè non hominem, ſed ſeparatam ſubſtantiam inductam per Machinas à Poetis. Bacchus tamen & Athenæ ſi rectè ſcripta reuoluas, vini vſum non vini vitam excitauere. Quùm parens Terra omnes germinaſſet principio fructus ac fruges, nullo laborante Aratore, aut ruſticalium gnaro ſuadente. Quod vaticinabatur Lucretius, mele ſuo diuino.

Præterea nitidas fruges Vinetaq; lata
Sponte ſua primùm mortalibus ipſa creauit.

Fortaſsè enim priores vidit ſuos ſæculum illud, rudes multum atque agreſtes: quos hanc ob indolem, non elaborata vina ſed aqua tantùm promptiſſimum Elementum, & vua, & mel, & lac, irrorabant. Siuè, ſatis tunc Populis, vt canit Lucanus, Fluuiuſq; Cæreſq; Indè poſtmodum politior Vitæ forma, & prodiga rerum luxuries quæſita, & Terra, & Pelago, à delicatioribus. Quamobrem in condimenta amicitiæ, ad conſuetudinis ſolatia, gratijs requiſitis, robore, & animorum impulſu, preſsère vina. Sine ijs nempè, nec ſocietates inire, poſſibile, nec congreſſus adnectere, nec placita conciliare, nec leges ipſas ſancire. Pereunt ſi quidèm Conuiuiorum, quibus ſolis tot perpetrantur (ſi animæ concines) communiones, vino ſublatoт vtpotè quod, inſtaurum humorum crediderint, ingenij pabulum, meſtitiæ atq; triſtitudinis antipharmacum. Argumento pariter infracto ſcitur, ab Ætolis prioribus cultam Vitem, quinimò, & ab Ægiptijs anterioribus ſatam: quorum rura dùm vineatum culturæ inuigilabant, in id ſanè opus inhiabant quoquè, quo ſuccum inde elicerent vinoſum, colligerentq; vinum, vel delicijs ſenſuum, vel ſpiritibus animorum, fautorem.

Supra Dioniſium itaq; vini clara ſplendicauerat fama & ſupra Athenienſes, tantò claruit, quantò & gloria, & perennitate, ipſos longè Athenienſes, ipſumq; Dioniſium, Ægiptij Vitorum

rum Clariſſimi præceſſere. ij de Principatu Antiquitatis contendère cum Scytis: illi vigente iam mundo, à Cecrope nati, conceſsère ſenij locum Ægiptijs. Non ergo in Orbis meridie, ſed in ipſis Orientis foribus nata illicò cum cæteris frugibus vitis. Natum ob id quoq; vinum, quamquàm pretium eius ignotum, otiantibus Artibus, libidine, induſtria, per poſteriores eruta, ſiuè ad communes pœnas, ſiuè duram ad ambitionem, ſiuè potius ad humanam abſolutionem, nec non ad diuinæ Naturæ generoſam æmulationem. Soli tamen Athenienſes, qui inuicti defendunt celebritatem, quiuè vnicum illud, atque primum cum Platone in Menexeno porrexiſſe ſana pabula humano generi contendunt, duplices Athenas cum eodem Platone in Critia adſtruxère: alteras ante ingentem Terrarum innundationem: alteras poſt vniuerſi mirandam reſtaurationem. Illas quidem, & Ægiptus, & Græcia obtinebat pares, ijſdem prorſus legibus, ijſdem quoque conditoribus, ac protectoribus elatas. Has verò ſola Græcia recolebat. Quamobrem, ſiuè Ægipto, ſiuè Athenis, referas vini originem, dummodò anteriorem diluuio affirmes, antiquiſſimam ſemper admiraberis, non controuerſam, & cum hominum vſque natalibus coortam: cuius vnius genuinum eſſe alimentum, per ſubſequentia profiteberis. In tenebras & cahos Antiquitatis, quo ſeſe contulit intimius, aut mens, aut memoria, ad vini rimanda incunabula, hæc ſunto. Eadem tamen repetere, ex miſtetijs liceat nunc Academicarum Allegoriarum: quibus veluti in Silenis ſi diuinitas vſquàm condita, in hac ſanè quæ Baccho contegitur, atq; Athenis, vini primordia, diuina prorſus detegentur. Sub Dioniſij, ſiue Bacci nomine, abdidère ſemper Platonici ſecreta Naturæ. Et Naturam ipſam, ſiue vegetalis animæ potentiam, voluerunt continuò per Dioniſium ſignificatam: id verò præter cæteros ſectæ Platonicæ addictos, Orphæus, & Plotinus concinnauère, Athenarum pariter enunciauère toties idem Platonici Vocabulum, quoties animas intellectu viuentes indicauère. Potiſſimam ergo laudem, quandò adſcribunt ſapientes Baccho, editis Encomijs ab eo, quod vini parauerit ſuffragia, nobilioribus tunc inſignibant coronis Naturam, quæ hanc Hominum ambroſiam, prima & liberaliſſima diſpenſauerit. Canentes propterea Bacchum, & Ditirambum à tumenti eloquio, & methi-

Digitized by Google

methimnæum a laxatione curarum, & Natum Iouis, & præſidem Muſarum, & Deum, Naturam ipſam ſublimioribus titulis illuſtrant; indè quidem, quod humano victui vinum prima immiſcuerit, eloquij parens, curarum hoſtē, virtutum Apollinem, bonorum diſpenſatorem, diuinam frugem. Athenas pariter quandò prædicant vinum proditas, altiora tunc acuunt ingenij facinora. Quandoquidem ſi gentium quarumlibet notiſſimi, quia inter celebranda reperta, vini vſum præmonſtrauerint, mentem quoq; ob id fortaſſis ſublimant excelſam, quod inter tot ciuilia munera, vinum tandem, munificentiſſima prodiderit, & princeps, ad Vitæ humanæ felicitatem excogitauerit. Quemcumq; igitur ames ex vini Authoribus, ſiue Athenienſes, ſiue Ægyptios, ſiue Ætolos, ſiue Bacchum, ſiue Chios, in illud ſemper incides ineuitabile, Tanti huius viuifici liquoris Patrem, fuiſſe mundi primarium hoſpitem; primumq; vinum, inter Antiquiora humana bona, primigenium pullulaſſe.

DE VINI NOBILITATE.

CAPVT QVINTVM.

NObilitatem Vini quamquàm ſuperiora patefecerint abundè, non demonſtrarunt tamen, niſi obiter. Neceſſaria ob id præſens particula in qua ſtudioſi ac ſeriò præſtantiam eius perſcrutati, tantùm eminere dignitate ac precio vini noſtra hæc negocia exploratum fiat, quantùm aſſurgere Nobilitate, vinum conteſtabimur. Duo verò huic conatui ſubſeruient. Æſtimatio Clariſſimorum decoſcriptorum: & Fructus quos humanæ conferat ebibitum Vitæ. Huic (quod ad æſtimationem) tantùm attribuiſſe creditur Eſculapius vt æqua id cum Numinibus lance ſtatuerit. Aſclepiades condito volumine, vini vtilitatem, Deorum vix æquari potentia ſcribit. Platonis ſuffragatur item bracteata ſemper ſententia, ingenio ac viribus temperato vini calore fomentum ſuffici mirificum approbantis. Idem datum aliò ſcribit, non quidem ad inſaniendum, ſiue debaccandum; at verò ad pudorem concipiendum, & ſanitatem, ac vires compa-

randas. Aiunt ſi quidem vulgares, oblatum Libero patri à Iunone Nouerca vinum, quò mentem filij deturbaret; indè poſtmodum ab eodem Libero, in cæteros diffuſum, quò cæterorum baccatione, ſuam ipſe cohoneſtaret dementiam. Aliter longius Plato: propinatum quidem Baccho vinum à Iunone, ad mentis docet deliria: at verò promulgatum indè in cæteros homines à Baccho, ad mentis firmitudinem: vt ſcilicet, quam infantiam ſenſerit Iuno coinquinare dementia, ſtudeat Bacchus per vinum, & Mera, roborare ſalute, ſecuritateq; ac neruis ſtabilire. Repetit aliò, vinum à Deo hominibus contributum. Quaſi remedium aduerſus ſenectutem, vt redire ad iuuentutem videantur, & mæſtitiæ eos capiat obliuio. Homerus eximius vbique vini præco. Libatum alij ferunt in Priſcorum ſacrificijs, quo mentis integritas, à dolo & mendacio ſeiungeretur: innuendo per huiuſmodi placita, mentis & morum ingenuitatem parari per vina; vnde illud Platonis dictum, Vinum ſemper viridicum. Chijs, quia primum inuentum Nigrum, ob id per leges donatis à Romanorum Republica prærogatiuis quàmplurimis. Niceratí Nobili Epigramate certum, eleganti Poetæ magnus equus vinum: Aquam bibens non firmè bonum producas carmen. Illud quoq; mirum in vini laudes.

Balnea, Vina, Venus, corrumpunt Corpora noſtra.
Sed vitam faciunt, Balnea, Vina, Venus.

Alcæus, & Comicus Ariſtophanes, vino madidi pangendis inuigilabant Poematis. Multi præterea vino ſe proluentes, in hoſtem depugnarunt illuſtrius. Nulli in ſumma fluit Calamus, cui ſi non torpeat palatus, nō floreat, & geſtiat in vinum hiatus. Pauca igitur ſufficiant hæc vini æſtimationis teſtimonia, cuſtodita tantum ſenio ac viribus, vt veluti phalāgis nequeant à vini fugo vllo, aut perdi, aut confundi. Quos modo vberes fructus humano porrigat Corpori ebibitum, inutile fortaſſis repetere: paſſim iſtud per opus, & frequentiùs repetitos. Anima noſtra, Corpus pariter, tunc ſegnes quando frigida: quæ ambo ad robur ac Vitam, Vinum calefacit, teſtimonio Platonis. Qui velit Naturæ copiam, Artem, & ſtudium hominum pro Vita, ac voluptatibus in vnum coniuncta contueri perquirat anxiùs, quantum velit, in ſolo vino tanta admirabitur. Nullibi ſi quidem ad vtranq; fortunam promptior, ac maior homini occaſio,

quàm

Digitized by Google

quàm ex vino præſto eſt, ſi Marcello Virgilio auctoritatis aliquid concedas; ſi pariter Ariſtotili 30. Problem. docenti temet ſubieceris: pro menſura nanq; Caloris, mores varij; ijs verò Fortuna diuerſos aperit vultus. Vinum dedit hominibus Semele, & Iouis filius, quod obliuia dolorum inducit, Alcæus: & aliàs. Non oportet malis animum dedere, Nihil enim proficiemus, ſi mærore nos affecerimus, ò Bacchi, ſed remedium præſtantiſſimum eſt, vinum afferentes inebriari. Vinum (Dioſc. docente) quod purum, nec admixta re aliqua ſit, natura auſterum, communiter hæc præſtat: calefacit, faciſlimè digeritur, & ſtomaco vtile eſt, cibi appetentiam excitat, corpus alit, ſomnum conciliat, vires firmat, & amabili colore cutis bonitatem illuſtrat. Quantùm verò in Medicinæ ſubſidia valeat, tùm aduerſus Venena, cùm etiam contra grauiora per ſe naſcentia Corporis mala palam faciunt ſequentia eiuſdem Dioſc. contextus, cuncta tùm Pharmaca, tùm Cibaria quàm longiſſimè precio, ac commendatione exſuperantia. Cibi deniq; ac potus vim inſignem, tradunt vino ingenitam; Venerem iunxerunt indiſſolubili ſemper ſocietate ſapientiores Baccho. quo quidem in Emblemate, ſignificarunt Naturam ipſam, per Venerem indicatã, in qua humoris ſemina, abſq; vino perſiſtere non poſſe, ſiuè etiã ſi per Venerem, gratias & læta viuendi ſuſceperunt. Vnde illa Lucretij decantantur.

Æneadum genetrix hominum Diuumq; voluptas.
Alma Venus. Cæli ſubter labentia ſigna
Quæ Mare Nauigerum, quæ terras frugiferentes
Concelebras. per te quoniam genus omne animantum
Concipitur, viſitque exortum lumina Solis. &c.

Abſq; vino tot pulchriora demi, crediderunt. Baccho, alij tanta tribuerunt, quanta Phebo; quinimò & maiora per Marſilium Ficinum, nam binos iſtos celebrauit indiuiduos fratres, & ferè idem. At Bacchum præpoſuit ſemper ipſi Phebo. Phebus quidem inquit ipſe; ipſa ſpheræ illius Anima: ſphera verò Bacchus: immo & Phebus eſt totus ipſæ ſpheræ circus; Bacchus autem eſt flammeus ille in hoc circo circulus: immò vero Phebus eſt almum in hoc flammeo globo lumen: Bacchus verò exiſtet ibidem ſalutaris ex lumine calor. Venerem præterea Adonidem exarſiſſe, ſcribunt ſapientes, qui Bacci celebritatibus in-

ferunt. Adonidem verò Bacchum eſſe opinati ſunt præ cæteris Plut. 5. Sympoſ. vt indicent Venerem, & Gratias ſemimortuas ſine vino: idq; potiſſimùm ad pulcritudinem & magnitudinem ſuam optare Venerem. Eundem Chorearum Artificem & Bellorum Ducem peritiſſimum finxerunt, voluptatum ſcilicet, ac ſerij Opificem eximium. Filium denique Iouis. Sublimiora iſtis, in Ebrietatis, ac Cordialitatis examine perueſtigata.

QVOTNAM IN VINO compererit partes Galenus, Vnde vini ſpecies ac differentiæ deducantur.

CAPVT SEXTVM.

QVot numerantur in vino partes ſubſtantiam ſuam integrantes, tot inde ſumi poſſunt loca ad eiuſdem differentias tùm inueſtigandas, tùm conſtituendas. Nam ſicuti Pomorum alia eſt Natura pro diuerſitate Coloris, Saporis, aut Odoris, ita Vinorum diuerſa facultas, pro varietate odorum ipſius, ſaporum, atq; colorum: quas adnotarunt Medici grauiores particulas, ad integritatem, perfectionem, & compoſitionem vinorum concurrentes. Vinoſitas nanq; vna etſi viuat in cunctis, quæ quidē, natiua, vltima, & immediata, vini induitur forma, cum nihilominus ab integrantibus quibuſdam partibus mutet illa aſpectum, vt Conſiſtentia, Odore, Facultate, & reliquis, hinc Medico rationali neceſſarium, multū cuique earum attribuere, ſeparatas examinare, & quantùm ſingulæ valeant, diligenter perſcrutari. Perquiſiuere iſtas partes plurimi, & cum Dioſc. manus longa Scriptorum Romanorum, Collumella, Varro, Plinius, Plutarchus, Flaccus; ſed Galenus omnium ingenioſiſſimus, primas, principes, ſpecificas in vino nunquàm non immerſas, quinque recitauit. Sunt hæ. Color, Odor, Qualitas in guſtu, Conſiſtentia, Facultas. Vina quidem omnia, ijs quinque partibus perpetuis comitibus, accumulari ſentimus,

ſed

ſed pro multiplici h. rum concurſu, qui veluti Democriti athomi, inmixtum veniunt, diſtinguimus illicò, vina, & de eorum virtute differenter vaticinamur. Ætatem quoque addidere cæteris, nonnulli; at Galeni opinionem damnat. Quas enim perpetuas proponere ſibi debet Medicus, & eſſentiales eæ illę ſunt, quas ſupra retulit. Ætas è contra, locus pariter, Modus ſeruationis, Artificium Confectionis, & reliqua huiuſmodi poſteriora, extrinſicum præſtant ſeruicium, intrinſica verò non ingrediuntur vini, per quæ liceat coniectari de facultate, aut in Viſcera liquoris introduci. Extraneas igitur partes, & accidentales, quæcunque ſupra numeratas quinq; recenſeas. Rurſus tamen ſubdiuidit intrinſicas Galenus, in eas quæ indita ſibi facultate, & in illas, quæ ope aliena operantur. Per ſe quidem agunt, Sapor, Conſiſtentia, Virtus. Sapor enim promouet primus Guſtum; Conſiſtentia, vel Alimentum, vel Excrementum adducit; Virtus deniq; vel calefacit, vel inebriat, vel ſpiritus germinat, vel mentem illuminat, vel refrigerat, vel exiccat. Per Accidens verò, & alieno ductu agunt Color, & Odor. Ij ſiquidem nec reparant, nec reformant Corpus ſoli, ſed concurrentibus ſemper ſuperioribus, munus ſuum abſoluunt. Hæc illa, vnde vinorum differentiæ originem ſumunt: conueniunt quippe non æqua potentia in quælibet vina: quare, verum ab ijs initium diſtinctionis vinorum, & expiſcari ſingularum iſtarum partium, Originem, Eſſentiam, atq; Robur, eruet fortaſsè vinorum omnium pondus, atq; decora excitabit. Nequè ijs certè à locis alienus vnquàm Hippocrat. 3. de Victu in Acut. 6. quandò conquieſcendum, & fidendum bonis coniecturis, tùm profectus, tum detrimenti vinorum, contra Veterum ſcita declamauit. Quamobrem ijs nunquàm à principijs diſtraharis ſi cum Hippocr. & Galeno eximijs Medicinæ magiſtris, prudenter, & cum Arte optes per vini penetralia ſpaciari.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

DE COLORVM ESSENTIA, ET Origine in Vini gratiam.

CAPVT SEPTIMVM.

COlor, ea eſt vini particula, quæ ſe ſe obiectat prima, oculis libatoris. Vnus ergo proponitur color, qui princeps in vini præcia, mentem contemplantis inuitet. Nunc ſicuti reliqua mixti Accidentia, innaſci in Corpore, ex modo ſubſtantiæ ipſius Peripatetica docet ſcola. Id ſi verum, licebit cuique ab vno colore, tanquàm à ianua, & limine, in præfixa nobis vini atria, quæ tandem pertingere laboramus, ſecuro cum greſſu peruenire. Sed obijcies: aperta legitur Galeni ſententia, tùm lib. de vict. in acut. 3. tùm, 2. & 3. de ſimp. fac. Colorem, & Odorem in ſimplicibus ſiue alimentis, ſiue Medicamentis, nihil firmi præſtare ad inferendum, de temperatura, ſed vnicum accidentis officium ſeruantes, accidentalem tantummodò mixti fortunam aperire. Vera itaque cum non exponat viſcera eſſentiæ vini, Color, quid eſt inquies cur circa hoſce negotiemur, quid eſt cur in Coloribus immoremur? At certitudinem eſſentiæ Temperamenti exiſtimes tu ab eo vnico conſequi nos non poſſe: ab eodem verò coniuncto cum cæteris vini partibus, Guſtu, Conſiſtentia, Sapore, Facultate, indubitatam atq; abſolutam perſolui. Nec repetas tranſgredi huiuſmodi de Coloribus ſpeculationem, medicos limites, fretus eo argumento, quod nec Galenus, nec Hippocr. hunc attingere portum auſerint, per mare contemplationum naturæ ſimplicium velificati. mihi enim oppoſita certiora: qui legerim ad eundem appuliſſe Platonem, in Timeo, in eodem ſletiſſe Theophraſtum, huc diuertiſſe Ariſtotelem & Scolam illuſtrium omnium Philoſophorum, cuius contubernalis creditur medica doctrina, in hoc Colore ſimplicium perluſtrando, moram & noctes conſumpſiſſe. Dabitur itaq; id nobis vitio, quod illis decori fuit adſcriptum? Negabiturq; hinc fore patefactum ingreſſum in vini formam, ſi à vini forma, tanquàm à centro, linea hæc Coloris dimanauerit?

Sed

Digitized by Google

Sed quoniam ſcientia, quæ attenditur de Coloribus, attollitur in arduum, hinc liceat de generali eorum ortu primum diſcurrere. Nam quomodò naſcantur in vino, & quid de vini virtute portendant, ſeparatis deinde Capitibus peragetur. Seditioſa inualuit diſſenſio inter Antiſtites illos, qui Coloris eſſentiam aggreſſi ſunt primi, definire. Nam & conſpicuos Philoſophos adducam: Plato in flammulis ſuis, ſpeciem eorum collocauit. Ariſt. in quoddam Diaphneitatis, & lucis concurſu Coloris Vitam repoſuit. Aueroes in temperatione materiæ. Theophraſtus in Coctione. Ab ijs quatuor clarioribus, proceſſus diſputãtium erupit, & ſua quique conamina, viriliter protexere. Ego (diſſideant quamuis cæteri) illam ſemper connutriui conſtantem de Coloribus ſententiam, Seceſſum in varias opiniones, natum à praua expoſitione mentis tantorum virorum, qui quidèm verbis quamquàm diſcordes, re tamen, ac ſententia vnanimes cõuenère. Flammulæ Platonis: Lux & Diaphnum Ariſtot. Temperatio Auerois: Coctio Theophraſti, ſunt nomina, diuerſa quidem, attamen quæ apud me non abrumpunt aciem ingenij, in vnicum ſcopum intenſam. Cognouère ſiquidem vniformes & illi, Colorem poſſe concipi à contemplante dupliciter. Vel primò quatenus Accidens compoſitum ipſum ſubſequens; vel ſecundò quatenus ſpirituale, ſiue intentionale viſus obiectum. Diuiſionem hanc dedit Ariſtot. 2. de Anima, & de ſen. & ſenſ. Eandem quoq; approbauit opere, quandò aliam recitauit Coloris definitionem in lib. prędictis, & aliam lib. de Veget. & Meteor. 3. iniuit. Ratuſq; in obſcuro vigere Colores: in eodem lucis adſpectu, atq; Diaphni poſitione diuerſos effulgère, non potuit hanc non approbare diſtinctionis certitudinem. Talem verò ſi vidère reliqui illi Philoſophi diuiſionem, non excogitauère tamen pro duplici acceptione, duplicem quoq; acceptionem ipſius: at contenti ea, quæ reſpicit materialem eius aſſumptionem, alteram prorſus ſubticuerunt. Ariſtoteles ſecùs, extremitatem Diaphni terminati propalauit germanam eorum Naturam: actuq; tales, qui actu extremitatem clauderent: poteſtate verò, à luce remotos tradidit; taliq; cum ſtudio ſatisfecit opinioni quam habuit, de eorum ſpiritualitate, & obiectiua cõditione. Materialem rurſus conſiſtentiam eorum contemplatus, alteram concinnatam reliquit, non expreſſam tamen defini-

nitionem, reputans vt cenſeo, Colorem voluiſſe illud, quod primum ſe ſe offert viſui ex Corporibus. Reliqui non aliter ab eius Scola Philoſophi, dum docuère, Accidentis definitionem materias, à quibus prodeunt præparare, ſimilem prorſus, cum allata admisère. Verumtamen materialem eorum Cauſam, dum fatebantur Corpora, efficientem eorundem, ſuſpectam illicò habuère. Hoc itaq; illud, vt dicebam in quo conuenerunt diſcordes. etenim & flammularum author, & mixtionis, & coctionis, omnes illùc conſpexerunt, vt Calorem agentem in mixto ſubſtituerent parentem qualitatis eius. Neque ijs reffragatus eſt Ariſtot. lib. de Veget. & Meteor. 3. vbi nulla ampliùs lucis, aut Diaphni mentio, ſed originis ſolius, & effectricis cauſæ examen. Quæritans enim, cur Arborum aliæ Virides cernantur, aliæ Rubræ, aliæ Albæ, & reliquarum ſpecierum diſtinctæ faciebus aliæ, inſiſtens propoſitæ immobilis veritati, reſpondit, ob calorem adurentem eum, qui partibus terreis commixtus eſt Aerem. Quare & Plato proximius Calori huic innitens, Flammulas obiecit; quaſi Patrem ibi euidentiorem patère Colorum crediderit, vbi Calor largius irradiat. Aueroes quoq; mixturam, & Temperaturam productricem Colorum ſtatuens, præclariſſima cum oratione Calorem indicauit, à quo variæ primū temperationum ſpecies, deinde ex diuerſis illis, diſtincta Colorum ſeries. Theophraſtus demùm doctiſſimè omnium (qui tamen mutuatus eſt ab Ariſtot. magiſtro inuentionem, quiue Galeni 3. de Vict. in acut. mentem ditauit repetentis eadem documenta) Coctionis vim adducens in medium, ſcaturiginem primam ab vno Colore luculentiùs oſtentat. Conſtat ergo per Platonem, Ariſtot. Aueroem, & Theophraſtum, Natalia Colorum exprimi à Calore. Qui veruntamen Calor, quia agit in mixti Coctura, abſoluitq; vniuerſa mixtorum Corpora, ope Cocturæ, idcircò Natalia iterum Colorum per Coctionem enixa, ſincerius profiteberis, quàm per Diaphn. Flammulas, aut permixtionem. Id qui primus enunciauerit eſt Theophraſtus. Vnde liceat tàm inſigni Philoſopho debitam reddere gloriam, & ſecum tandem determinare, Cauſam principem & veram Colorum eſſe Coctionem. Is flexilem porrò ſenſit ſententiam, quandò res quaſq; varijs angulis, & lateribus mixtas per Coctionem, varias adipiſci Colorum facies obſeruauerit.

Quan-

Digitized by Google

Quandò præterea Ariſtot. alumnus indubiam recordatus eſt propoſitionem illam: Ex ſubſtantiæ vario modo ſubactæ Accidentia erumpi. modum verò varium ſubactionis à mouente mixtionem, quæ eſt coctio, fieri conſpicatus, Coctionem, Accidentium quorumcumque genitricem, & Colorum præſertim matrem, ſecura cum demonſtratione pronunciauit. Tali ſanè cum induſtria, non valuit ipſe vinorum Colores ſolummodò complecti, ſed poſterioribus reliquit ſeculis ſufficientes rationes, recitandorum Natalium Coloris cuiuſcunq; mixti, è terra oriundi.

Orditur autem Theophraſtus hiſtoriam hanc generalem ſimili prorſus cum exordio; quam quidem non grauabor ferè repetitam hic tranſcribere, vt inde nullus relinquatur hæſitationis aut contradictionis locus, qui Coctionem vbiq; non admittat. Mixti inquit tria ſunt principia, Elementa quattuor, Sol, & Generans: Quæ accidunt ergo vino, cuncta ab ijs tribus radicibus excitata exiſtimandum. Accidunt porrò mixtis, Colores: videndum itaq; ex ijs quidem radicibus quomodò pullulent. Ex elementis ſi quidem (opponant alij quicquid velint) Aqua, & Aer, alba per ſe: Terra alba & ipſa, quamquam propter tincturam multicolor appareat. Fit autem manifeſtum ex Cinere, eam eſſe albam, quum exuſto Colore, qui tincturam faciebat, albedinem illicò induat Terra. Ignis verò flauus, & flammeus. Niger Color conſequitur mutationem, ſiue permixtionem elementorum in ſe inuicem: denſantur enim tunc, & confunduntur: quare cum cerni elementa non poſſint, cumq; aſperitas ſuperficiei prohibeat radiorum moram diſsipiturq; lumen, à quo etiam Albeitas, & Flammeitas eliduntur, hinc vmbræ cadunt, & Nigredo horret. Teſtimonium huius rei perhibent Nubes denſæ multùm. Aer quoque, & Aqua, quandò per eorum Corpora non penetrat lumen. In ſumma, Nigredo ſequitur Tenebras: nec aliud quidem Tenebrę, quàm luminis priuatio. Lux, ſiue lumen, ſiue Sol, flaui ſunt & flammei: cumq; lumen ſit per ſe, & primum omnium viſibile, competitur reliquis viſibilibus, viſionis principium. Nigredo tamen, vt hanc reſumam, habere aliam inſuper poteſt ſui ortus cauſam, Combuſtionem ſcilicet: veluti eam, quæ fit ab Aquæ, & Aeris combuſtibilitate. Hinc, Fumus, Ligna, Carbones, nigra cuncta: &

humi-

humidum quodq; exſiccatum, Nigrum. Extremorum Colorum, hæ veræ cauſæ. Medij modò Colores, vt Viridij, Flauus, Puniceus, Purpureus, & reliqui producuntur in Natura ex miſcela Nigri cum Albo, qui tamen retinẽt ſemper vim eius principij, cuius ſunt plenius participatiui. Ne ſperes tu tamen hos medios colores, ſicuti extremos, aut diſcurſu, aut ratione, aut arte aliqua imitari poſſe. Atteſtabatur nanq; Aueroes, Naturam ſolam eos potentem extrahere; at extrinſecam noſtram contemplationem, non valere vllo modo eos renunciare. Cauſa adſcribitur noſtræ capacitati, qui valeamus, Paſſiones tantùm Effectus, & Accidentia conſequi ſenſu, & complecti verbis, ex quibus demùm poſterioribus Naturæ, in priora eiuſdem introducimur iudicio, atq; diſcurſu. Priorum porrò iſtorum ea tantùm percipimus, quæ craſſam habent exiſtentiam: verùm Tenuitates principiorum illorum necnon infinitas illas ad abſolutionem, mutationes, Effectus & Paſſiones extrudentes, aſſequi contemplando non valemus. Cæterum Plantas habere officia in Coloribus producendis, cum Theophraſto præpoſuimus: videndum propterea, quomodo illæ virtutem ſuam, hancque colorandi facultatem communicent. Nulli dubium, quod cum ab alueo Plantæ, veluti ab vtero materno dimanent ſucci, debent etiam reportare ex eodem, quodcumq; habent, & Virium, & propenſionis. ſiue enim illinc forma ſuccorum, vt à ſemine parentis filij forma educitur, ſiue effluat inde, veluti à Fonte, aqua, debet procùldubio à Planta recipere vitæ ſuæ principes conditiones, aut aliquid aliud quod ſui authoris repræſentet affectiones, enarrare. Hęc rebus vniuerſis quæ colorantur naturaliter, accomodat Theophraſtus. Quæ ſi applicabuntur vino, duo eximia elargientur nobis, vini bona requirẽtibus. Alterum Coloris eius Cauſam. Alterum virtutis, & facultatis vini notitiam, fortaſſis infallibilem. Siquidem ex temperatione elementorum, authore Igne, ſiue Sole, ſiue Calore, ſi emanant Colores iſti, certè, & menſuræ Caloris, & cuiuſcumque elementi dominium, & deniquè Temperamenti cuiuslibet ex vno Colore coniecturam non irritam aſſequemur.

SPE-

SPECIES COLORVM VINI OMNES Quot numero recenſeantur, per Galenum.

CAPVT OCTAVVM.

MVltus admodum, Colorum vini cumulus, ſi Nominum te te ſubieceris non rerum imperio. Fama ſiquidem vulgat voces Gilui, Cocci, Vermiculi, Sanguinei, Rubri, Fului, Nigri, Albi, & ſimilium, voces quidem veri amicas, & vini intimas, ſed doctrinæ improprias, & contemplationi confuſas. Non enim ſimplex hic Color, ab impuro, & compoſito diſparatus nec imperans, aut præcellens, à ſubdito & ſequaci. Galenus propterea vnam diluciditatis, & diſtinctionis neceſſariam eſſe gratiam in diſciplinis conſpicatus ſublimiori indagine Colorum vini omnium hanc primo veram iniuit diuiſionem. Colorum vini, alios ſimplices eſſe ſtatuas, alios mixtos: ſimplices, eos dicit in quorum eſſentia, & intimis, nulla Coloris alia præter natiuam, ſuſcipitur ſpecies: mixtos verò illos, in quorum vlnis, & ſecretis, extranea cominiſcitur. Coloris alterius qualitas. Simplices numeres quinque, Album, Nigrum, Fuluum, Flauũ, Rubrum. Mixtos verò, reliquos omnes recenſeas quos medios quoq; ob id vocat Galenus, quia medij interponuntur inter ſimplices: eo tamen genere medij, quod de extremis participat. Giluus enim, vt ab iſto exordiar, medius eſt quidam Color, inter Album, & Nigrum conſtitutus, & per Paulum Æginetam, vini eam reportat facultatem, quæ in ægrorum Diæta cæteris anteferatur: quorum effigiem repræſentant tibi ipſiſſimmet Peninſulæ Rodiginæ domeſtica vina; & Vinipergia, vt dicunt Patauina, & cætera vninerſæ Italiæ imbecilla. Coccus deinde Color ille eſt, qui proximùs eſt vt rubeat, quamquàm non rubeat prorſus; id Columella, & Marcellus, Virgilius, reddunt germannm vocis eſſe ſignificatum. Vermiculus, cum Coccino propè æqualis, at qui exquiſitiori polleat rubedine, & minutiori. Sanguineus demùm, mixtura quædam Fului, & Nigri: ea veruntamèn, quæ in Nigredinis obſcuritate, & tenebris,

nebris, tantùm lucis contineat, vt pellucens rubor in Nigro effulgeſcat. alij ſi diſcurrant per hominum ora Colores vinorum, iiſdem adaptes regulis oportet. Quamobrem, ſolæ reſtant ſpecies illæ quinque iam enumeratę, quæ ſimplices, primæ atq; puræ vinis inſerantur: vt ab ijs tandem, in vini eſſentiam, ſecurus producaris.

AB ALBO VINI COLORE Quid liceat de vini eius facultate præcolligere.

CAPVT NONVM.

MIrandos ſi habuit Antiquitas Ariolos, qui tunc de futuris certa prænunciabant, cum leuia quædam eorũ oculis occurſabant corupuſcula: non minus certè mirabiles exiſtimaſſet Medicos illos, ſi vidiſſet, qui tunc de intrinſica vinorum facultate, certum ferunt Iudicium, cum eorundem oculis extrinſica ſolùm puſilli Coloris, obuerſantur accidentia. Quos tamen non nouit Antiquitas, poſteriora ſaltem ſæcula laudarunt, Artium perfectarum ornatiſſima. Vt ergo opus laudabile, ne dixerim mirandum Medici artificium, Pocula vinorum, quæ manibus tractabuntur, antequam faucibus approximes, erunt oculis expianda. Quorum viſa Coloris, ſpecie, illicò de eorum viribus glorioſum fuerit præloqui. Id quò decentiùs abſoluas, vnum præ cæteris erit tibi rememorandum. Vnde ſcilicet proueniat vini Albedo. Id vero à Theophraſto Philoſophorum ſagaciſſimo comparaueris, cuius veſtigia, qui ſequitur, is & Galeni, & Ariſtot. & Platonis colit eodem tempore, quod ſupra innotuit, doctrinam. Verùm quoniam generalia nimiũ, ſupra ſunt repetita hinc proximiora in præſentia, Plantas quaſque colligentia, liceat reminiſci. Ab ijs etenim ad priuatum vini Colorem, tutior deſcenſus, & ad publicam eius facultatem decliuis admodum via. Plantas omnes trahere ex Terra ſuccum, quo veluti lacte veſcuntur, docet Theophraſtus. Succus modò hic, tanquàm Aqueus, albedinem inquit, profert: id vero,

rò,& ob Naturam Aquę, quam Albam profeſſi ſumus,& ob priuigelium Terræ illius, quæ Aqueo vbique humore abundat. Hanc veritatem,ſenſus colloquitur:qui videamus,radices quaſlibet, Albo ſemper Colore maculatas. Hoc deinde loci, Coctio Plantarum inchoat;quare hoc etiam loco, Elementorum confuſio exorditur,quam cogit Plantæ Calor, & Cæleſtis influxus moderatur. Hinc prouenire continuò aſperitatem,& inequalitatem, veriſimile; ex cuius extenſo ſtamine Nigredo parta. Verùm Nigredo huiuſmodi,non exerit colla ſua ſupra Terram, antequàm Viridem, in Colorem non mutauerit faciem; ob exſiccatum videlicet, & inueteratum humorē Aqueum, qui omnes,vt in Puteis ſtat Exemplum,virides inſpectantur. & hanc etiam ob Cauſam Plantæ, & Germina, exſiliunt ſupra Terrã Viridia. Inde In Varium Colorem orditur mutatio,pro Solis inſtilla germina operatione, & pro eorundem germinum Complexione, à ſemine Plantæ receptis. Succos hinc alia producunt poſtremò, & poſt tantas ſubactiones Albos,alia Nigros, alia Rubros,alia puniceos,& alia medij alterius nitentes,quos infinitos ferè dicebamus & per Aueroem inimitabiles. Non tamen tot hæc miranda, niſi fructu Coctionis, & beneficio miſcelæ, quorum Calor Faber,ſiuè Plantam, ſiue Terram, ſiue Solem tibimetipſi præfixeris. Albus prouenit ab eo, quod ſuccus extiterit tenuis; Plantæ quoq; vis debilis: Radij tandem ferientis Solis,molles,clari. Niger inde educitur, quod mixtio ebullinerit potens in Planta: Attractio etiam valentiſſima humoris copioſioris, & craſſioris efferbuerit; ad quem coquendũ, multus confluxerit Calor Plantæ, & fortiſſima radiorum cohors accelerauerit pedem. Fuluus atq; Flauus attenuatam arguet materiam humoris: valentiſſimos quoq; ſolis radios æſtuantes,qui flammam competiti ſuam,flauitiem,atq;fulgorem incuſſerint. Rubor deniq; in forti & craſſa materia contributam ſignificat à Solis Radijs ſtrenuam operam. Plantæ quoq; molimen infractum: in cuius ſucco flammulæ eiuſdē Caloris eniteant. Cæteras medias ſpecies, ſpontaneo diſcurſu, tute ipſe ijs cum fundamentis perſequaris.

In vini ſiquidem nunc Albi Colorem opportunum videtur conuertere orationis Caput. & cum Albi proponatur diſcurſus,qui dubitabit, & ex Colore diuinare, materiam vini eius,

ſuccum

ſuccũ eſſe tenuem, & Aqueum, in quē quidem inclinauerit Plãta languidum ſpiritum, & fractum cōiecerint robur molliſſimi ſolis radij? Soli ergo illius cultura, vbi grauida vitis enixa eſt tale vinum, Aquoſa: Plantæ fragiles, attritæ, laceræ viribus. Sol fouens loca illa, mitis tepens. Vnde filius humor neceſſariò aqueus, elũbis, torpēs, mollis, fluidus. Debilis propterea virtutis, humanis quibuſq; Corporibus ad alimentationem, vinũ iſtud: vt potè quod calore deſtitutum, quo nobis conſociatur, & ſubſtantiæ laxitate tenuiſſimum, refectioni inualidum prorſus reddatur. Qua pollet præterea ſubſtantia Aqua, eadem quaſi, & tale hoc vinum donabitur, lubricum nempè: liquidum. Quaſi inquàm Aqua: nam præſtat in hoc Aquã, quòd ſenſerit coctionem aliquam, & aliquam pariter contineat in viſceribus ſui alimentabilis fructus, radicem. Elaboratum certè exiuit, à Calore tùm Plantæ, tùm ſolaris influentiæ: per quandam nec non mixtionem abſolutum: ex carne veruntamen prodijt, materia Terrea alimentoſa deſtitutum pleniori. Citam hanc etiam ob Cauſam induit in Vitæ maturitatem: & hanc ob eandem, ſeruatum breui perit. Quare Galenus vinum inquit Album, impoſſibile eſt vt ſit vinoſum: nam tale fuluus redditur, ſiue flauum, cum vinoſum efficitur. Quaſi innuat præceptor poſſe Medicum, hoc idem à Calore, quod nos diſcurrimus, inuenire. Nec obeſt, quod Alba plura, obijcias meraciſſima: nam eiuſmodi, vel artificio fabrefacta, vel non alba ſimpliciter, ſed rutilantia hoc eſt fulgida. Si ergo humidum hoc vinum, ſi Aqueum, Frigidum quoq; fas confiteri, à dominante Elemento, vi Argumenti deſumpta. Calidum impoſſibile, nam omnium notarum, quibus Calor in mixto arguitur, expers.

Sed opportunè admodum quæret aliquis. Si verum eſt, quod nec Planta traxerit à Terra ſuccum opimum in hoc vini genere, nec Sol ſui caloris multum huic inſperſerit, conſentaneum ne in eodem vini genere ſubſtantiam inſidere illam, qua Corpora alantur noſtra? Conſentaneum ne pactionem vllam Caloris occludere, qua valeat aliquo titulo Corpora humana calefacere? Duo hæc quæſita grauiſſimo præmunt pondere, tam ob neceſſitatem, quam ferunt inquiſitionis, quàm ob illa, quæ in Febrium gratiam reſtant nobis de vini facultatibus concludenda.

denda. Alterutrum tamen horum quæſitorum infra longiùs diſcuſſum, vbi de vini facultate. Quod ad nutritionem, vini bonum, vini inquam eſſentia, inſidet neceſſario in albo quoq; Aqueo. Ratio id dictat, quod nec ſimplex eſt Aqua, nec manus effugit Vitis atq; Solis. Paruam tâmen cum habuerit elaborationem, hinc non plurimùm eluadere illius roboris coniectãdum, quo volumus reficere vinum, viriliter, ſed languidè admodum, & fęmineo cum brachio. Quod ad Calefactionem poſtea, An videlicet ſeruet album Caloris particulam; huic reſpondemus, aliquam ſanè ſeruare, ſed eam inſenſilem, & impotentem Comprobat propoſitum, & ratio, & experimentum. A ratione hæc: non poteſt Aqueum in vini integram ſubſtantiam mutari, niſi beneficio Caloris Vitis, ac Solis: cumque ſua eius vnda ſenſerit afflatum Calorifici ſpiritus, opus eſt vt intra nos expediat quoque amicas portiones, calorificæ illius qualitatis. Experimentum verò Diſtillatores afferunt, qui Album huiuſmodi in Aquam Vitæ ſoluunt. Ex hoc tamen qui intulerit calefactionem edere, propinatum, errabit quàm longiſſimis ſtadijs à vero. Nam ex Latuca quoq; ex Papauere, ex Cichoræa, aliquid extrahunt calidi: nec iſthæc ſine innato ſuo Calore nutriri, atq; augeri credendum: quæ tamen & refrigerant, & largo eorum Cibo enecant. Aqua præterea Vitæ puſilla menſura, ex plurimo vino exſugitur, quæ ſepulta priùs in mixto, ſubmergebatur, dominabaturq; proinde non Aqua Vitæ in mixto, ſed Aqueum vinum, quod omne frigidum, & humidum; à quo veluti à Pelagi voragine confunditur minima & perditur. In Corpore, addas, noſtro talis potio fluctuãs, illud quod agit, virtute dominantis agit, qui eſt Aqueus humor: particulæ verò illę, quæ reliquæ ſunt, calentes, nihil prorſus poſſunt, tanquam victæ ſepulcro materiæ & ſubmerſæ larga in procella vini. Cogites tandem, illud euenire in nobis ab iſtiuſmodi calidis particulis, quod protulit Alexander in Problem. obtingere ab ingurgitato pauco Pipere: hoc enim etſi calidiſſimum, ſua ſępius fruſtratur actione aſſumptum, ob largam in quam commigrat ventris ingluuiem. moderari pariter per mixtionem puṭes ea, quæ ſeparata excellentiam habent: & operari in mixtis illud, quod maiori ditatur robore; quæ legitur Galeni doctrina 3. de ſimp. fac. Neque Corpus noſtrum, natiuuſq; noſtri Calor elicit id,

quod

quod inſidet ſubtilioris in humore, quemadmodum Elambica faciunt: quinimò quodcumq; potius compoſitum coctione incraſſat, contendens illud commutare in propriam ſui ſubſtantiam, quæ quidem compoſita, (vt licet deſumere ex Argumento Tactus quo primo viuimus,) non quidem ex ſimplici, ſed ex compoſita alimonia connutritur. Rurſus, non quemadmodum ſenſit Plato, ex igne coſtamus, Aere, Aqua, & Terra; ſed ſicuti placuit Hippocr. ex Sanguine, Pituita, & duplici Bile, qui ſinguli, non ſimpliciſſimum aliquod, ſed compoſitum, & corpulentum repræſentánt. Ridendos hanc ob cauſam ſemper exiſtimaui illos, qui ad ſeruandam Hominis Vitam, ſubtiliſſimis fidunt alimentando extractibus, acuuntq; ad minimum vſque cibaria, quibus cenſent delectari magis, ac refici priùs Corpora, quàm craſſioribus ferculis, & pingui Cerere. Ij quidem ſi diligentiùs rependerent, ſanguinem ipſum, includi in Venis, craſſiſſimum, & mixtum, depónerent fortaſſis, prauæ credulitatis dãnoſam fallaciam. De medicamentorum tamen hac comminutione, alia eſt ratio. Alit ergo huiuſmodi Album, ſed quod ſubſidium paraſ illud imbecillum. Humido pollet, atq; Frigido: quoniam Aquæ affine. & ijs reſpiciens Galenus varijs in locis Nutrire paulùm hoc vini genus aſſeruit, ob partium tenuitatem: ſed tranſmeare ad renes, quàm citiſſimè addidit, reijciq; per Vrinam, ob Aquoſitatem. reiectionis inſuper eius Cauſam ſcias, quia parum cum inueniat Calor noſter, quod in ſui vtilitatem ex eo abſorbeat, inuitari à renibus intempeſtiuũ permittit, & à toto Corpore importunè etiam extrudi. Non habet hoc vinum multam durabilitatem: nam debile, cedit facilè ambienti, & delinquit. Vinoſus quoq; in eo ſapor perditur victus à præpotenti: exiguumq; cum ſeruet ſpiritum, breui moritur euaneſcens. Ex quibus omnibus Humiditas, & Frigiditas apparent in Albo Vino euidentiſſimè. ea tamen & humiditas, & frigiditas, quæ Aqueam bonitate vincit: quum ſenſerit Album aliqualem in Vite coctionem, cuius beneficio ſegregauit à craſſioribus, tenues particulas, & ad eam formam per Solis radios fuit tranſductum. Sthomacis ergo debilioribus, vrbaniſque competit: vtpotè quod obſequens, cuicumq; ſe ſe ſubmittat tẽperaturæ fluatq; Caput non petit, non euaporabile. In tenuem migrat ſanguinem, delicatiorum proprium. Inteſtina lædit, frigida.

gida. Vniuerſum Corpus refrigerat, frigidum. In ſitis lucta mirificum, tenue partibus, & traijciens. Feruidis Corporibus frugaliſſimum, humido & frigido potens. Febricitantibus ipſis, per omnia morbi tempora ſaluberrimum, vllius caliditatis inſcium, & pauperrimæ alimentationis conſcium.

FLAVI VINI CAVSÆ.
Et Quid Promittant Facultatis.
CAPVT DECIMVM.

FLauities, Albedo eſt quædam, ignea tamen. Albedo ſi quidem, Aquã repræſentat. Flauities verò præter hanc Aquæ præſentiam, ignicula quædam, & flammeitatem excutit. Cuius Coloris originem, ſi tentaueris, in foribus ipſis indagare, illa repetenda tibi erunt, quæ in Albi gratiam euoluebamus. At ſi ſuppoſitis ijs, hunc Colorem quomodo natum in Planta Vitis meditaberis, Aqueum concluſeris humorem tractum à Terra, non Aqueum ſimplicem, vt in Albo euenit, ſed mixtum, & inuolutum fuiſſe cum terrena ſocietate. Subiectum nanq; quod ſubſternitur flammeitati Caloris, non Aqueus humor, coctura & eruditionis iners, ſolus ſubijcitur, ſed cum eo terrena conuoluuntur fragmenta, eius miſcibilitatis, & perfectionis concoquentis amica, in quorum alteratione, & compoſitione, calorificæ facultatis officia requiſita, & eiuſdem Caloris veſtigia deniq; poſt tot anſas, impreſſa.

Conijcias hinc licet, fortem viguiſſe in huiuſmodi Vite Calorem, à cuius robore, corpulenta materia potenter in fructus ſuos alendos inuitata. Conijcias pariter, ſolem operatum illic ſtrenuè: cuius ſtudia Flauitiei igniculi illi patefaciant. Calidum itaq; hoc vinum quis negauerit? Obijcias verumtamen: fortis Plantæ attractio, terrenam multam eleuat molem, cuius proprium, vt infrà patebit, in Nigredinem terminare, non in Flauitiem: vnde vel Colorum regula non tuta: vel cauſa Flauitiei non rectè expreſſa. Scias pro ſolutione obiectionis, tàm genus ſuccorum, quàm ignis conditionem ſiue Caloris, & radiorum

quod inſidet ſubtilioris in humore, quemadmodum Elaſtica faciunt: quinimò quodcumq; potius compoſitum coctione incraſſat, contendens illud commutare in propriam ſui ſubſtantiam, quæ quidem compoſita, (vt licet deſumere ex Argumento Tactus quo primo viuimus,) non quidem ex ſimplici, ſed ex compoſita alimonia connutritur. Rurſus, non quemadmodum ſenſit Plato, ex igne coſtamus, Aere, Aqua, & Terra; ſed ſicuti placuit Hippocr. ex Sanguine, Pituita, & duplici Bile, qui ſinguli, non ſimpliciſſimum aliquod, ſed compoſitum, & corpulentum repræſentant. Ridendos hanc ob cauſam ſemper exiſtimaui illos, qui ad ſeruandam Hominis Vitam, ſubtiliſſimis fidunt alimentando extractibus, acuuntq; ad minimum vſque cibaria, quibus cenſent delectari magis, ac refici priùs Corpora, quàm craſſioribus ferculis, & pingui Cerere. Ij quidem ſi diligentiùs rependerent, ſanguinem ipſum, includi in Venis, craſſiſſimum, & mixtum, deponerent fortaſſis, prauæ credulitatis dãnoſam fallaciam. De medicamentorum tamen hac comminutione, alia eſt ratio. Alit ergo huiuſmodi Album, ſed quod ſubſidium paraſ illud imbecillum. Humido pollet, atq; Frigido: quoniam Aquæ affine. & ijs reſpiciens Galenus varijs in locis Nutrire paulùm hoc vini genus aſſeruit, ob partium tenuitatem: ſed tranſmeare ad renes, quàm citiſſimè addidit, reijciq; per Vrinam, ob Aquoſitatem. reiectionis inſuper eius Cauſam ſcias, quia parum cum inueniat Calor noſter, quod in ſui vtilitatem ex eo abſorbeat, inuitari a renibus intempeſtiuũ permittit, & à toto Corpore importunè etiam extrudi. Non habet hoc vinum multam durabilitatem: nam debile, cedit facilè ambienti, & deſinquit. Vinoſus quoq; in eo ſapor perditur victus à præpotenti: exiguumq; cum ſeruet ſpiritum, breui moritur euaneſcens. Ex quibus omnibus Humiditas, & Frigiditas apparent in Albo Vino euidentiſſimè. ea tamen & humiditas, & frigiditas, quæ Aqueam bonitate vincit: quùm ſenſerit Album aliqualem in Vite coctionem, cuius beneficio ſegregauit à craſſioribus, tenues particulas, & ad eam formam per Solis radios fuit tranſductum. Sthomacis ergo debilioribus, vrbaniſque competit: vtpotè quod obſequens, cuicumq; ſe ſe ſubmittat tẽperaturæ fluatq; Caput non petit, non euaporabile. In tenuem migrat ſanguinem, delicatiorum proprium. Inteſtina lædit, frigida.

gida. Vniuerſum Corpus refrigerat, frigidum. In ſitis luctamirificum, tenue partibus, & traijciens. Feruidis Corporibus frugaliſſimum, humido & frigido potens. Febricitantibus ipſis, per omnia morbi tempora ſaluberrimum, vllius caliditatis inſcium, & pauperrimæ alimentationis conſcium.

FLAVI VINI CAVSÆ.

Et Quid Promittant Facultatis.

CAPVT DECIMVM.

FLauities, Albedo eſt quædam, ignea tamen. Albedo ſi quidem, Aquā repræſentat. Flauities verò præter hanc Aquæ præſentiam, ignicula quædam, & flammeitatem excutit. Cuius Coloris originem, ſi tentaueris, in foribus ipſis indagare, illarepetenda tibi erunt, quæ in Albi gratiam euoluebamus. At ſi ſuppoſitis ijs, hunc Colorem quomodo natum in Planta Vitis meditaberis, Aqueum concluſeris humorem tractum à Terra, non Aqueum ſimplicem, vt in Albo euenit, ſed mixtum, & inuolutum fuiſſe cum terrena ſocietate. Subiectum nanq; quod ſubſternitur flammeitati Caloris, non Aqueus humor, cocturæ; & eruditionis iners, ſolus ſubijcitur, ſed cum eo terrena conuoluuntur fragmenta, eius miſcibilitatis, & perfectionis concoquentis amica, in quorum alteratione, & compoſitione, calorificæ facultatis officia requiſita, & eiuſdem Caloris veſtigia deniq; poſt tot anſas, impreſſa.

Conijcias hinc licet, fortem viguiſſe in huiuſmodi Vite Calorem, à cuius robore, corpulenta materia potenter in fructus ſuos alendos inuitata. Conijcias pariter, ſolem operatum illic ſtrenuè: cuius ſtudia Flauitiei igniculi illi patefaciant. Calidum itaq; hoc vinum quis negauerit? Obijcias verumtamen: fortis Plantæ attractio, terrenam multam eleuat molem, cuius proprium, vt infrà patebit, in Nigredinem terminare, non in Flauitiem: vnde vel Colorum regula non tuta: vel cauſa Flauitiei non rectè expreſſa. Scias pro ſolutione obiectionis, tàm genus ſuccorum, quàm ignis conditionem ſiue Caloris, & radiorum

diorum ſpeciem expendenda. Nam quandò inducitur ſermo de ſucco, is conſiderari poteſt, & magis & minus tenuis: quando pariter habemus diſcurſum Caloris, & radiorum; hi quoque vel maiori, vel minori fulgore præualent. Clarus ignis (ſic loquitur Theophraſtus) cum materia tenui, parit Albedinem. Turbidus verò cum materia ſolida, Nigredinem. Horum ergo medium poſſumus animo nos concipere, perquiſitum in Flauo: cuius ſubiecta ſubſtantia ad tenuem priùs, quàm ad craſſum declinans, Calorem ſortita, tùm radiorum, tùm Plantæ plenum, & Clarum, perfectionem adepta eſt vini, cum flauitie coniunctam. Calida ergo, repetendum, hæc vina; ſuauiter tamen Calida: nam ex parte aquoſioris ſubſtantiæ, attractiuam Vitis, robore non valuiſſe extremo coarguit: ex parte autem formæ, indicat radios, & flammam inibi impreſſam: quamquàm non ſcintillantem, ſed ſpiſſiorem, & obtuſam. Hæc indigenis calorifico leni fomento, offerentur. Hæc tenuia minùs, quàm Alba; albis tamen meliora, quòd Caloris proprij beneficio motabunt ſemetipſa per Corpus: cum Alba trahantur à Corpore, & ſuo tantum pondere dilabantur. Hæc ſi renibus grata, Inteſtinis quoq; non ingrata; quæ ideò, vno tempore vtranq; irritabunt euacuationem, præſtò in alterius vis ſubſidium. Hæc haud Flatuoſa quod peccatum adſcribunt Albis. Hæc obſtructis Corporibus, viam liberam aperiētia. Hæc inuijs impetum Calore facientia. Attenuant ſanguinem. medentur aſperitatibus. Dura emoliunt. Adulta Seniunt. Tenacia laxant. Capiti innocua. Cunctis amica Viſceribus. Ori ſuauia; & bonis iiſce titulis, remedia Febrium: malis verò, hoc eſt calorifico paruitatem ſi adſciueris ignominijs quibuſq; innoxia.

DE FVLVO VINO, ET De eius Viribus Interprete Colore.

CAPVT VNDECIMVM.

FVluus Vini Color, longè abeſt ab Albo, & Flauo, & ſi videatur primo adſpectu conſors amborum. Albedo nihil

emi-

emicat luminoſi. Flauities obiectat quandam flammeitatem. Fuluities aerem, ac rutilantē vibrat igneitatem. Cum Albo igitur non conuenit. A Flauo, in hoc ſciugatur, quod flammeitas in illo, in hoc autem fax radiorum fulminans. Admouens ergo oculis tuis delectabilem huius vini laticem, attendas fulgori: ſiq; eructet fax illa ſplendorem, Fuluum enuncies. Comę non aliter Leonum, quæ rutilant ignem, Fuluæ dici aſſolent. Et idem Sol, quoniam excutit ſubtiliſſimos radios, fulgere dicitur, & fuluo Colore diſtinctus prædicatur. Tale huiuſmodi vinum, veluti ſolis receptaculum, ſiue etiam ſolis æmulum, illa accumulat in ſe attributa, quibus Sol, Orbis Vita ditatur; illaſq; grati. s compotantibus elargitur, quales Sol, viuentibus cōpenſat. Huic affuſa circumiacēt bona cuncta, quæ cultu ſolent numerare ſuo Poetæ. Diuitias in ſumma omnes in hoc liquore aperuit Natura, Homini prodiga Vitæ: infuditque huc veras epulas, & luxus cum Vita commiſcuit. Non quidem indiſtinctum humoris genus, nec multum pellicia Terræ Minera ex materno Vitis vtero, in huius generatione credendum eſt, ſed paucum coctiorem illum, atq; delicatiorem, munera, quæ & Terræ alicui cōceſſit Cęli clementia, & Viti illi, Glebæ ſalubritas, atq; proſperitas elargita eſt. Succum deinde hunc, tàm inſigni cum Arte elaborauit cum Vite, Solis radius, vt fulgorem, ac Nitorem proprium, in huius tabernacula viſus ſit conieciſſe. Plenum iſtud radijs Solaribus, gerit in gremio ſui influentis Cęli, diuitias famoſiores. Hæc vina ea æxiſtimes, quæ Ariſtot. 30. Problem. 3. Meteo. incendere mentem dicebat. Hæc quæ Aphrodiſeus Temite appellauit. Hæc per Antonomaſiam vina; quæ calido pollent vitali; quæ pota reficiunt, odorata exhilarant, viſa intuirant, tractata poculis ſpiritus augent, ſiccata calicibus, cogitatiuam excitant, diffuſa per viſcerum rempublicam, corda depurant, mentem acuunt, animant. Vina huiuſmodi ditant Corpora, Caloris ſpecie vitali, quippe que benignioris adſpectus Planetarum receperunt puriores influentias, & tanquàm hoſpicia quædam digniſſima lucis cæleſtis, ſeruarunt illam hoſpicio, atq; indiſſolubiliter ad diſſolutionem vſq; detinuerūt. Nutriunt hæc, familiari quo donantur commercio cum Corporis noſtri compoſitione: quæ ideo quàm citiſſimè, vt ſenſus oſtendit, in ſanguinem tranſmigrant: quæuè ſpiritus noſtros, tàm vi-

tales, quàm animales, vt infrà oſtendam excudunt propinata: Hæc annos quàm longiſſimos compotantibus enumerant: & opportunè atq; iuſta cum lance libata queunt ad ſeculorũ apicem perducere, integris cum ſenſibus, & cum animi ſecuritate. Tot inquam bona Fuluum Homini infundit: quoniam fortaſsè puriſſimus, cæleſtiſquè ille eſt Calor, quem Fulua coercent: ſicuti puriſſimus, cæleſtiſq; noſter quem corda concludunt. Nulli tamen dubium ex Fuluis alia meliora, alia inferiora prò loci, pro cultura, pro ſeruationis, pro confectionis eius multiplici ſtructura. Sed quæ perorat noſtra Oratio, ea ſunt Fulua, quæ ſupremum locum pertingunt nobiliſſimorum: quorum magnificentiſſima extitit Terra Phalernis illis liberaliſſima Pucinis, fæcundiſſima Cretenſibus: illa inquàm ſunt quæ toto in Orbe quàè ſita auxere luxum Regijs, contulereq; annos Regibus: illa madefecère mentes Poetarum, ſummos & minimos incendère, qui concinnerunt hymnos, extruerent togatas elegos tanti liquoris gloriam ac maieſtatem culminantia: illa tandem, quæ alimentorum ſceptra tenent, quæ ſpumantes reddunt menſas, quæ opulentia cæleſti laborant, quæ tandem ſydus adſunt Vitæ humanæ, numen felicitati. Marina huius generis delibantur plurima, nõ obſcura ob notabilitatem fulgoris, nec vulgaria, ob geſtientes ſuauiſſimos ſpiritus. montuoſa non pauca celebrantur ſimilia, iiſdem titulis acceptiſſima. Planis quoquè in Terris non deſiderantur pleraque. Horum qui damnant vſum, modum immodicum condemnant: at qui laudant potum, modum commendant, & fructum intuentur. Sthomaco aduenit ſuauiſſimum; Cordi, Cordiale: Cerebro fulcimen: menti ſydus; hepati robur: Venis ſpiritus: inteſtinis ſolatium: faucibus gratiæ: vniuerſo deniq; Corpori columen, ac firmamentum. Hoc Fuluum Vinum, acuit, ſtimulat, actuat: Indigeſtos ergo liberat: graues excitat: tardos mouet. Hoc ſilentibus ſuggerit verba: hoc ſtruit memoriam obliuioſis. In ſumma Temete hoc, timorem omnem à pectore pellit, vnde vera illa Epicuri felicitas erũpit, qua confidere ſemper, lætari ſemper, & feſtam perducere Vitam conceditur. Cuius menſuram, vbi de Ebrietate definitam perleges.

R V-

RVBRVM VINVM, QVAM SVÆ Det Coniecturam Virtutis.

CAPVT DVODECIMVM.

RVffus, ſiue Ruber Vini Color, ſiue etiam Rubeus, quem Puniceum etiam, & vinoſum dicunt, Fuluo adhæret proximiùs, ob ſui ſpiritus interni fulgorem: quo in attributo Fului etiam æmulatur laudationes, Nigro tamen altera ex parte reſpondet ob materiam ſucci eius nigricantis. Quod ergo ad ſuccoſam illam liquiditatem, prolem id eſſe præpotentis roboris, vitis, non relinquitur ſuſpicandum. Colorem etenim Nigrum, à confuſione, & permixtione Elementorum in ſe inuicem oriri ſtatuimus. Traxiſſe propterea opus vitem, plurimam ſuccoſitatem, valentiſſiméq; operatam in eius alterationem, exiſtimandum. Verùm calido eam, non tardo nec craſſo, ſed ſubtili rapidiſſimo polluiſſe, oſtendit cum Nigredine, Fulgor, & Nitor ruffi Coloris. Ex quo licet poſtremò coniectari, ſerenitatem caloris tùm Vitis, tùm Solis, neruoſque amborum firmiſſimos, inibi conflagraſſe. Quibus factum eſſe ſcitur, vt attracta illa multa, & varia materia, attenuaretur; & illa eadem attritta, exciperet iubar Parentum, Fulgorem, & Nitorem. Vina ergo iſthæc, fuluis affinia, ditantur fuluorum bonis, & cenſibus vniuerſis: quamquàm liberalius, ea fuluis fuerint compertita, parciùs deinde participata ruffis. Eminentiam ſiquidem ſuam, in hoc præſeferunt Fulua, quod tenuitate, nec non puritate liquoris, viuidiorem agrum recognoſcunt tutorem, quodue generi humano generoſiùs proſpiciunt. Ruffa verò Glebam maternam ſenſère anguſtiorem, Corpus præterea humanum, cui deſtinata prodierunt, tàm prodiga non ſuſtentant manu. Ruffa adhùc iſta, & ſi tenuia, minùs tamen tenuia Fuluis. Nam purum humorem ſortita ſunt fulua: Rubra verò impurum, quamquàm coctum, & ſubactum. Ad motum itaque parata, ſi iura ſua requiras; ita vt qui velit omne Corpus celerius refouere, ſingulare iſtud in promptu habeat. Sudores ciet Vrinas promo-

uebit. Anguſta, obſtricta quæq; euincet. Caloris ope, quo fæcundatur ampliſſimo, eoq; ſubtili, liquabit, diſgregabit, impetit, educet, inflammabit. Inteſtinis pergratum, quæ frigida ſunt, ea ſeruabit in officio. Caput idem, & lædit, & firmabit: lædit copia, caliditatem vibrans: firmabit inopia, ſpiritum ſuggerens. Sthomaco frigidiori cariùs: calidiori aduerſum. Cæterùm, veluti pediſſequa Fului recipitur in Theatrum gloriæ, & laudationum eius. Paſſim comperies huiuſmodi vina: & quæ à Terræ Campo talia non prouenère, Arte cuſtodiæ, hùc tandem perducuntur: cum atterat tempus, ſiue ætas, vinorum ſubſtantiam primis diebus craſſiorem, indeque introducto liuore, veluti per ſpeculum eluceant demùm igniculi Caloris, & eiuſdem eniteat poſtremò fulgur.

NIGER COLOR, QVAM Polliceatur Vini Facultatem.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Nigredinem diligit vinum, magis quàm Albedinem. Huius teſtimonium affert, copia nigrorum: cæterorum verò, inopia. Quinimò antiquiùs Nigrum, id referente Euſtachio: excogitarunt enim Album, deliciæ poſteriorum. Chiorum præterea id inuentum legimus: qui culturæ Vitis adeò ſtudioſi fuère, vt ab hoc vno gloriam comparauerint apud omnes gentes; & apud Romanos potiſſimùm tantã, vt lege ſanciuerint, Chiorum pœnas, ſi quandò caderent, non virgis ſed vitibus luendas. Vt hoc quoque pateat vno, nõ damnatum vnquàm vinũ, quandò anthores cuiuſdam tantùm ſui Coloris, & ſagaces vitis cultores, ab immortalibus hominibus, immortalibus inſignib. fuerit decoratum. Cur verò aſciuerit ſibi vinum, nigricantem Colorẽ, præſenti conuenit aperire lectioni: cuius conatus nituntur etiam comprobare, illud verè vinum, quod Nigredine coloratur. Prouenire primùm Nigredinem à multa permixtione Elementorum inter ſe (quam quidem impoſſibile eſt non niſi fortem Calorem ſubigere, & confundere) poſtmodum ab igne turbi-

turbido,fuliginibuſq; repleto fumoſis, hoc eſt Craſſo ac corpulento,ſuprà etiam,per Theophraſtum repetiuimus. Quibus datis principijs,cogimur fateri, vineā illam ex cuius ſinu expreſſum habuimus hunc vini ſuccum,validum obtinuiſſe Calorem. Cuius quidem efficaciæ,cum cedant facilè Corpora plena,hinc non aqueum ſolùm ei humorem veriſſimile eſt obtemperaſſe, ſed terreum ſimul ceſſiſſe,atque corpulentum. Ijs demum domitis coctura,Nigredo in ſucco prodijt, ob eam cauſam, quòd talem mixtionem,eiuſmodique calorificæ æqualitatis legē conſēntaneum eſt ſequi per poſitas radices, Obſcuritatem,Denſitatem,Nigredinēm. Nec obſtat,quod contendas, Ruffi ac Flaui eadem penè memorata eſſe fundamenta: Calorem nempè numero, ac menſura excellentem ſubiectamq; materiam deuictā. Nanq; Calor virtute idem diuerſitatem ſibi apparat ſpecie. Quemadmodum ex parte quoq; materiæ,eadem mole materia, eſſentia valet ſibi repugnare. Grandes profectò vtriuſq; vineæ, grandes Solis vtriuſq: poteſt adeſſe poteſtas:ſed in Flauo, Fuluo,ac Ruffo ſubtiles radij, Clati, Acuti;in Nigro verò, craſſi, tenebroſi,pleni. Vtriuſq; pariter materiæ, quas attrahunt plurimas,commiſtæ coctæ: ſed Flaui,Fului,ac Ruffi, ſubtiliter (vt ità dixerim) elaboratæ: quapropter extenuatiſſimæ, lucidiſſimæ. Nigri verò ruditer confectæ: vndè & lutulentæ, & tenaces. Per hæc licet modò de Nigri facultate, talia diſcurrere. Calefacit Nigrum:calore tamen ſegni, turbido atq; acri. Ad differentiam Flauorum, Fuluorum,atq; Ruſſorum,quæ calefaciunt quidem,ſed celeriter,benigno,ſubtiliq; Calore. Sanguinem propterea,quem generant Nigra, denſum,fibroſum:quem verò Fulua,bilioſum,diſſolubilem intuemur. Nigra,melancolicum,atrum:Fulua ac Ruffa,bilioſum,ſplendicantem, pellucidum. Nutrit præter hæc Nigrum: & nutrit inquàm magis, quàm cætera,eo quia pinguior eius ſubſtantia: pinguitudinem verò colligimus ex Nigredine,quę cumulatis elementis,ac Terrenis conficitur. Eandem porrò nutrire magis,quàm quæ elementis ijſdem,ad extremam tenuitatem redacti laboratur, docet noſtri Corporis modulatio,quæ Bile,Pituita, ac Sanguine temperata, gaudet ſimilibus, & iſtis huiuſmodi connutritur. Sunt præterea humores iſti, tangibilia quædam corpora, ſunt concreta, & corpulenta quædam; quare non à ſimpliciſſimis,

 ſub-

ſubtiliſſimiſq, ſed à craſſioribus, atq; corpulentioribus, quale viſitur Nigrum, refocilabitur. Vulgò propterea, ad ſtimulandam Vrinam, ad ſudorem prouocandum, ad attenuandum ſanguinem vtuntur Medici Fuluis, Rubris, ac Flauis. Sed quandò Nutritionem volunt, Nigrum inſtituunt: quandò Robur ſibi proponunt Nigrum appræhendunt: quādò columen Vitæ ſperant, in Nigro confidunt. Nigris hanc ob cauſam delectantur Ruſtica Corpora, ſuſtentantur: Fuluis vrbana: Nigris færoces ducunt ſpiritus dura Corpora, tanquàm comparibus: Fuluis verò, Flauis ac Rubris mollia, veluti domeſticis tacta alimentis. Sed præter Nutritionem, ac Calefactionem, alia inſuper exercet ſalubria officio in Corpore Nigrum. Sunt hæc, Denſatio, Obſtrictio, Corroboratio: quas tamen pediſſequas opineris illius, & Calefactiuæ Virtutis, & Nutritiuæ. Nam denſat ea potentia, qua nutrit: conſtringit, ea qua præualet corpulenta mole: Corroborat demùm, dùm coercet laxa, Calorem in illa, & nouam ſubſtantiam inducendo. Non aſſeruerim tamen indubitatò quamcumq; vini Nigredinem, vegetis Caloris internunciam, & eius præſertim numeri Caloris, quem Ruffo, ac Flauo accomodauimus. Hæc enim, ſemper calida, quinimò inſigni titulo calida. Has differentias vt per Calorem ſcitè diſtinguas reuocanda erunt ad vſum illa eadem, quæ de Albis, ſupra dedimus obſeruanda. Radiorum ſiquidem fulgorem præſtare nobis tanta hæc media in vinorum facultates penetrandas concluſimus: quos radios, Antiqui per Vermiculum, Sanguineum, Puniceum, & ſimiles, non ſine arte, fortaſſis innuebant. Iidem ergo perquiſiti in Nigro, proferent lucidam facem, ad dilucidanda, quæ optamus. Nigrorum cuncta, in duo primùm genera diſſecanda: quorum alia, Nigra dicimus, Colore fuſco, obſcuro, tenebroſo, caligine, & nocte pleno: alia Nigra, colore permeabili, ſubtili, conſpicuo. Illam Nigredinis ſpeciem dixère Priſci, verè Nigredinem vini: hanc verò alteram Æginæta præ cęteris, Giluam libentiùs, quàm Nigram nominatus eſt: ſpeciem quidem Nigri Coloris, ſed quæ media occupet inter Albedinem, & Nigredinem. Primi illius generis cuncta Calorem conuoluunt: poſterioris verò generis alia veluti Aquea, vt Alba, frigiditatem & humiditatem inſertas habeat: quæ iure, & meritò propterea congruere in ægrorum Diæta, præcepit idem

Æginetą.

Ægineta. In illis porrò, diuerſa gradu calefactiuo poteſtas. magis ſiquidem calida quæ cum Nigredine colligatam habẽt fulgentiam, indicem caliditatis interritæ: minus verò, quæ deſiderant fulgidam qualitatem, & cum Nigredine, obſcuritatem ac nebulas occludunt. Non enim calorem ſimpliciter requiri in elaborandis ſuccis verè vinoſis prædiximus, ſed ſpiritoſum, ſubtilem, Cæleſtem, qui ſe ſe adnotato ſępiùs per hæc monita, fulgere, patefacit. Quæ itaq; Nigra huiuſmodi deſtituuntur Solari, Cæleſtiq; ſuæ Vitæ ſoſpite, ea Terrea prorſus, & Calida quidem, at Terreno Calore, & materno vineæ non Auito, Paterno, & verè Naturali: qui ab vniuerſi lumine, Planetarumq; influente diſſeminatur. Quæ verò eo præcurſore nobilitantur, in aureos laticum himnos irrogantur. Illa Conficit Attractiuæ potiùs Vitis plenior, quàm digeſtiuæ eiuſdem. Hæc digeſtiuæ perficit, attractiuæ præpotens. Quamobrèm ſtrenua, & Regia manu fulgor excuſſus, obſcuris imperitabit vbique & atros pręcedet ſublime.

MEDIORVM COLORVM Vini examen.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Alios non admitti vinorum Colores à prædictis, ſenſus cuiuſq; fatetur. Cæteros enim, aliàs repetitos, Punicei, Sanguinei, Gilui, Vermiculi, Cocci, ipſi idem nominum Authores, vt mixtos recenſent, non exiſtimãt ſimplices. Quamobrem medios iure Galenus recoluit: nam ſi expiare velis intima eorum, nó ſine ſimplicium memoria, ea recogitaueris. Ita Giluum reſonat: medium ſcilicet inter Album & Nigrum. Non ſecùs Sanguineum: hoc eſt ex Fuluo, & Nigro compoſitum. Reliquos tecum non alio examine meditaberis compaginatos.

DE ESSENTIA ET ORIGINE Conſiſtentiæ ſiue Corpulentiæ Succorum.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

EOdem fermè tempore, quo Color oculis compotantium occurrit, eodem inquàm Conſiſtétia, ſiue Corpulentia obijcitur. Per quos itaque greſſus procedimus bibendo, per eoſdem ſcribendo progredi conſentaneum. Conſiſtentiam autem ſuccorum, & vini, illam eandem cogites, quam Galen. lib. 10. de ſimp. fac. paſſim, ſubſtantiam ſuccorum, dicit. Hanc quidem, nullus eſt qui dubitet, non componi ab induſtria eius Caloris quem inſitum coercent in ſemetipſis cuncta: ſiue concordantibus, ſiue diſcordantibus alimentis, aſſiſtentem. Huius etenim per vniuerſa diffuſi munus, non quidem Otiatio, ſed Actio eſt, Opus ſemper diuinum. Actiuam propterea qualitatem nullus eſt ex Philoſophis, qui Calorem vbique non appellet: quinimò in tantum Actiuam, vt Frigus eodem fermè titulo Actiuæ qualitatis condecoratum, ab Actione Caloris dijecerint: Calori quidem per ſe actionem attribuentes: Frigori verò per Accidés admittentes vt potè impos alterius Vitæ, quàm calorificę, cuius verò exiſtit defectus, & mutilatio. Ex eius verò actionib. primam, & indiuiduam Coctionem prædicauit Ariſtot. 4. metheo. cuius proprium addebat, inæqualia coæquare, dura mollire, inepta reicere, diuerſa componere, compoſita tandem, vnum reddere, perficere, abſoluere. Vndè Corpulentiæ euentus Corpulentiæ itaq; illius cuius eſſentiam expiamus, authorem monſtrabimus ſemper Calorem: ad cuius varios pro ſorte ſua conatus, validas elidi Corpulentias huiuſmodi, nemo eſſe poteſt neſcius, quandoquidem nec vnus idemque concurrere poteſt ad cuncta indifferenter mixta, nec Corpora ſuſtinet, ſiue menſuras Elementorum, in cunctis compares. Vnde & proprijs viribus, & materia in qua inſidet diſtinctus, diuerſos quoq; exprimit ſui conaminis exitus, ſuorumq; ſtudiorum effectus orbi diſſimiles promouit.

DV-

DVPLICEM DARI VINORVM Conſiſtentiam.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

NVlla potentior in Medica Arte certitudo, quam quæ oculis confirmatur. Hanc cunctì appetunt diſciplinarum præſides, at vnus Medicus amiciſſimam colit: cuius principia ſtatuit ſibi, ſenſata, ſigna nempe, Corpora, Cauſas, Sanitatem, Pharmaca, Operationes, & reliqua medicinę ſtudioſis apertiſſima. In cunctis ergo, ſi ſenſibus fidit, quid mirum, ſi ea tantùm arbitretur, ſe coniectura certa aſſecutum de vini facultate, quæ manibus compręhendit, & quæ oculis ſolùm per via intercipit? ſuis quippè innititur fundamentis, & antiquo firmatur ſuo cognoſcendi more. Vinorum ergo ſubſtantiam ſimplicem ne, an multiplicem indagaturus, oculis ceſſit, cæteris neglectis teſtimonijs, & tres ideò differentias Corpulentiæ ſtabiliuit, quia nec plures, nec paruiores introſpexit oculus. Craſſam appellauit primam, tenuem aliam, & mediam poſtremam. A ſenſibus aberrant, & in obſcuras fictionum ſe ſe condunt latebras, qui vlteriorem addunt. In ijs ergo ſingulis inſidentes perquiramus nos vini Arcana.

CRASSA VINA, QVAM Seruent Virtutem.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

CRaſſa Vina, dij udices ea, quæ materiam habent ſuam, ita & commixtam, & compoſitam vt vnum referat Corpus, elaboratiſſimum, puriſſimum. Hæc ad differentiam Terreſtriũ, ac Turbidorum, quorum quidem ros, ob confuſam, potiùs materiam, quàm compoſitam: ob annexam potiùs terrenæ, cum

Aquea

Aquea portionem, quàm implicitam Corporis vtriuſq; vnionem, Terreſtris veriùs nomine deſignatur, ac Turbidi, quàm Craſſi titulo, aut corpulentis denotatur. Craſſa, membra habent nulla, à ſe inuicem diuulſa, ſed in vnam ſpeciem homogenea vndequaque eo ière: nec inueneris vnquàm, quod demas ab eorum Corporibus, quod quidem plenæ totius ſubſtantiæ, veras notas non renunciet. Terreſtria aliter, atq; Turbida: hæc, corpuſcula in imo deferunt innumera, non continua cum reliquo ſubſtãtiæ, eterogenea, in quibus non oculis ſolùm, ſed tactu quoq; percipies feces, impuritatem pedorem. Craſſorum propterea, hoc proponito tibi exemplum, ſubſtantia obijcitur, non mollis, non fluida, qualis Aqua, ſed conſiſtens, connexa quale lac. Talis porrò non intercipit radium oculorum, ſed liberum aciei permittit per amplum, & intrinſica ſuorum viſcerum, iter: fulgorem præterea quendam concepta, quantùmuis multa, aperiunt nihilominùs ad præcordia vſq; ſua, lumen, ita vt per totũ queant perluſtrari. Terreſtrium verò aliam ſubijcito tibi imaginem. In ijs confuſæ cuiuſdam limoſitatis ſubeſt obiectum, nil prorſus diſſimile à iumentorum vrinis, ſiue à Torrentium Aquis, quæ terream potiùs limoſitatem, quàm vinoſam, potabilemq; promittant eſculentiam. Denſum præterea atrumque ſternitur iter radiorum oculi in eorum penitiora: deniq; & pondus habent nec non ſabuloſum in ore deponunt onus. Quæ bina vinorum genera, quàm longè diſtant in modo ſubſtantiæ tam longiùs in fortuna virtutum ſeiunguntur. Craſſitici ſiquidem ipſorum ſicuti, & Tenuitatis, author dominuſq; eſt Calor, quemadmodum præmiſimus: at multi potens Craſſitudinis, pauper verò Tenuitatis. Sed cur craſſitudinem Calor multus moliatur, Tenuitatem verò puſillus, hanc recitant veram rationem Philoſophantes. Succi omnes qui Coctione formam extremam conſequuntur, partibus conſtant, in ſuis natalibus, diſtinctis: terreis nempè, & aqueis; quæ vniuerſitatis Corporum ſtatuuntur ſine controuerſia, primordia. Ex ijs ſi vnum Corpus, per formam quæ eſt cuiuſq; Calor, reſultare debet neceſſariò ex duabus materijs Aqua & Terra, ſimplex vna componenda. Id verò quò contingat, calor ille, qui ſemper humi commigrat (ſiue ob compoſitam elementorum conditionem, quàm hic experimur, non ſimplicem nec puram, ſiue ab Anaxagore

diffu-

diffuſam per totam mentem illam diuinam, cui aſsensère opinioni melioris ſapiētum) Aquam Terræ viſceribus ſic inſinuat, vt totam rore ſuo corriget: Terram verò ſic flectit, ac moderatur, cuique obuiās Aquæ latici, vt ex amborum conſorti complexu, vnus prodeat demùm Corpulentię Subſtantiæque vultus. Per hæc igitur, quantò viguerit Calor feruidiùs, tātò ſucci Corpulentia prodiet craſſior: quantò verò languidior ęgrotauerit Calor, tantò eiuſdem ſucci ſubſtantia, aquoſior fluctuabit. Neq; enim aliud cenſeas per Craſſitudinem liquorum hic intelligi, quàm elaboratam Aquæ cum Terra miſcelam: eā inquàm, quæ vnum Corpus referat exactè coactum, ex duabus communiſſimis materijs Aqua & Terra. Quemadmodum per Tenuitatem exiſtimes licet Aqueam ſubſtantiam, nulla, vel pauciſſima corpulentia præſſam. Et hæc ea ſunt, quæ docuit Ariſtot. 4. Meth. ſuaq; illa doctrina expreſſum reliquit, quandò finem coctionis protulit ſignificari nobis per Craſſitudinem. Fluida verò, incocta quæque, & à Calido coquente deſtituta. Nam liquorum eorundem Terreſtreitatem, & incompoſitam Terræ cum Aqua continuationem, errabis ſi credideris terminatam cocturæ operam: ab eo certè deceptus, quòd moles illa terrena, non quidem craſſitudinem denunciet, ſed impuram duarum materierū confuſionem. Quandoquidem coquentis Caloris proprium fatentur Naturæ ſagaces, duo illa ſimul copulare, & per quandam coagmentationem in vnum cogere. Sic enim finis introducitur in materia, quem quidem, Naturam rei dicunt, & formam, ſiue ſpeciem. Secus impuritas turba, & confuſio obueniunt: quod ſanè terreſtria illa commonefaciunt.

Craſſorum ergo moderator viuet natiuus Calor, non ſegnis, nec lentus, ſed ſtrenuus, ferox; cuius intereſt ſoliùs, ſubiectum ſic domuiſſe, vt inibi valeat ſuæ poteſtatis caracther infigere, quæ eſt coctura, Victoria, Natura. Hanc quoq; ob cauſam, Craſſa, Fulgida, vt plurimùm, caloris prævalidi argumenta ſpecioſiſſima; ſiue eius quæ in Vitæ diuerſorium habuit, ſiue alterius, qui illuc à ſolis deffuxu incutiebatur. Eadem plerunque ſubtilia, ob terreſtrem materiam elaboratiſſimam, & ob Calorē præpotentem: exſucca tandem, obdomitum humidum, & confectum. At Terreſtrium ſiue Turbidorum factum, diuerſo multum ſe habet pacto. Calorem hæc non quidem domitorē materiæ,

teriæ,ſed materiam domitori ſuo ſuperiorem. Terræ copia, diſſolutum vinculum ab Aqua: groſſities vtriuſq; obſcuritas, tenebræ,quam non arguunt colluuiei tirannidem?In Turbidis præterea illud excrementorum liberũ imperium per vini vndã, quam non atteſtatur Caloris fraudem?Craſſorum ergo,ſaluam ſperabimus Caloris faciem:Terreſtrium,extinctam ſiue caligã-tem. Craſſa, per intima noſtri facilè breuiq; pererrabunt, calefacient, Caput & mentem impetent, diſcutient triſtis doloris nebulas, diſrumpent clauſuræ viarum impedimenta, vtile diſpenſabunt alimẽtum,quàm celerrimè artus refouebunt, quod demùm à cõditiſſimo ſucco promitti poteſt proſperi ac iucũdi, id omne explicabunt Craſſa. Ab eo potiſſimùm immunia incommodo,læſionis neruorum; quos ob tenuitatem, ſiue mollitudinem inoffenſos,quamquàm Calida prætereunt. Terreſtria, hærebunt turbidum ob limum in vijs immota:& poterunt quidem calefacere,& acri incendio:etenim igniti,quemadmodum Carbones non ſuauis veluti flamma comburrent. Complebunt caput caligine,eoq; nomine,caput obtundent, & animam ; id quidem quod diuerſum eſt plurimùm ab inebriatione, quum hic,& fluat,& furat cogitatiua, illic carcere quoddam ſiue nocte concluditur:hic vires acquirit,& excandeſcit;illic vires perdit,& expaueſcit: hi propterea in furorem, illi in ſomnum ſtertentem: hi in verba,illi in ſilentia:hi ſimiles prorſus melancholicis ex atra bile,illi ijs ſimillimi,qui ex ſanguinis fæce:quare & penitùs inter ſe diſſidentes atq; contrarij. Sed de eadem materia fuſiùs iterum vbi de ebrietate. Obturabunt hæc vina,Corporis ſemitas,quo titulo Calorem ſuffocabunt innatum,& refrigerabunt. Alimentum quidem porrigent,ſed durum,vnde Agreſtibus priùs,quàm Vrbanis conuenient: Operarijs potiùs, quàm Sedentarijs. Sarcina inutili vt plurimùm grauabunt. Quæ cuncta conſtant certiſſima perpoſitis principijs à Natura, & à Peripatetica doctrina deductis.

TE-

TENVIS VINI FACVLTATES.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

OPponuntur vina tenuia è directo Craſſis. Quorum Exemplum, ingenuę extãt Aquæ, Fluida, Exilia, Liquida, Limpida, ſuas duntaxat vndas trahentia. Nec talia, progenuere mo'! ora .rua; elaborauit deinceps, fragilis Vitis Calor, ineptus ob imbecillitatem inuitare terreſtrem corpulentiam, eamq; cõficere, ac commiſcère. Quocirca liquiditate contentus, in ea puſillus exercuit ſua munia, Vinique Effigiem ſuper induxit. Talia huiuſmodi, Galenus nomenclatura Aquoſi cognominauit: in quibus quidem negauit liberè vllum Caloris abſolutè veſtigium inſeminatum: aſſertus facultatem ipſorũ, molli ſubſtantiæ reſpondere; pro Aquoſa ſcilicet, qua conſtant, frigida, humida, aquea. Quam ſententiam præter Galenum tuetur quoq; ratiocinationis maieſtas. Namquid eſt quæſo Tenuitas ſucci, niſi Elemẽti ipſius Vndaƨ Quid rurſus humiditas aquea, niſi frigida, & humida Corporis ſubſtantia? Vbi elementum ſuperat Aquæ, ibi poteſtas Aquea dominatur; ſed hanc fateberis, molem frigidam atq; humidam: ergo tenuia Vina frigida ſimul & humida. Hæc ſi irrita ſuſpicareris, poterunt fuſiori ſtilo apud Ariſt. 4. met. legi. Vires itaq; quas exercent in Humano ventre Tenuia, tales poterunt, elegantiores, recenſerère. Humectant beneficio illius, qua a! fluunt humiditatis: cumque ab omni ſicco remorante expolientur, hinc penetrant in abdita quæquè, & anguſtias Corporis libero pede incurſitant. Videmus ob id expurgari iſthæc continuò, quæ largè fuerint exhauſta: quoniam ſcilicet, vel pondere ſuo in renes, & veſicam ſinę cunctatione præcipitant, vel abſorpta à Renibus, obſequuntur illicò, & confluunt. Frigefaciunt pariter: eo quia aquoſa ſuique iuris: & talia in quorum ſtructuram nihil reliquerit ſui Calor, niſi illud puſilli quod in vinorum publica, & bona effudit. quo tempore vinoſitatis ſpeciem puſillam contraxerunt. Vinoſitas nanq; vltima eſt forma vini quod ſenſit Ariſtot. Problem.

blem. 3. non Calefactio, aut Inebriatio. Quamobrem vina quidem à forma, ac ob vincens inditum ſibi elementum, frigida & humida.

Hæc itaq; rurſus opineris, vel tantillum quidem axem Vitæ humanæ, & artus ſuſtentatura, ſpiritu videlicet deſtituta, craſſitie, & terreſtri vnctuoſitate. Laxant, Ventres, Renes, Veſicam, per quæ loca potiſſimùm præterlabuntur, lauant. Caput non ſubeunt. Effeminant Corporis ambitum laxando; & refrigerando. Sanguini ſaniem inducunt, & ichorem. Coctionem retardant.

Verùm iudicio hic opus eſt, & modeſta cenſura, ad firmandum id, quod ediſsero. Æterna ſiquidem florent axiomata Doctrinæ, vbi materia ſubiectorum æterna viget. At in medicina, vbi Corpus humanum inconſtans mutatur pro ſtatu materiæ Indiuidui, Temporum, Locorum, & cæterorum accidentium, (quæ memorat Gale. ad Glauc. ferè lingua complecti poſſe, & illud Hippocr. prodijt, Res ipſa documentum præbet) hinc præcepta eius mutationi, nunquàm non obnoxia. Quod certè ad Tenue ſpectat, temperato Corpori aſſuſum, illa expediet, quæ protuli. Hoc quidem illud, quod offerebat in potum febricitantibus acuta Hippocr. 3. Victu acut. & 3. de morbi. Hoc illud quod imbecillum promulgatur; genus vini diuerſum à vinoſo, & Generoſo. Hoc, quod colligi in quibuslibet regionibus docuit Galen. de ſuccor. bon. & vit. & 3. de vict. acut. Hoc, quod Pauciferum, Oligophorum, Aquoſum, idem Galenus publicauit. Hoc illud deniq; quod Calefactiua deſtitutum audacia, ac Inebriatiua, nec ad longum tempus perdurat, nec cognatam admittit mixtionem cum aliena aqua, nec in vinorum admiſſum Catalogum, vlla eminùs gloria conſpicitur, aut fauorabili aura, à popularibus ambitur. Verum hoc illud quoq; quod Veſte induitur vini, quo in Encomio, ora delectat; ventri priùs, quàm Aqua gratificatur; eadem Aqua ſuperiùs multò decoratur, & ſubtiliori textura & magnifica proficuaq; materiæ ſuæ coctura. Hoc illud quod nutrire dicebat Galen. lib. de Alim. fac. quamquàm tenuiſſimum. Hoc, quod indigis frigida refectione, ſuccuret innocuum. Hoc denique quod dum præſtat potum ſitiq; ſatisfacit, nunquàm, vel vllibi, aut officit aut deficit.

DE

DE MEDIIS SVBSTANTIA Vinis.

CAPVT DECIMVMNONVM.

PErfectionis Apicem poſuere ſapientes in locis inaceſſis, Imperfectionis verò, & Defectus in procliui demerſum deiecère. Conari ad ardua ſemper Naturam, vt potè Diuinam, nemini in dubium vertitur: at inaceſſa illa non ſemper contingere non ſunt mirati, quicumq; iuſtitiam eius diſtribuentis beneficia, pro ſubiectorum meritis animo volutarunt. Fœdatur verò tali plerunq; peccato materia, & mediocris ea tenetur, vt plurimùm terminis, non excelſis, nec ſublimibus: quamobrem, euentusquoq; regentis eam Naturæ, mediocres & communes atque vulgares. Id in vini potiſſimùm ſubſtantiam experimur indubitatum: quorum tanta circumfluit copia mediocrium, vt maxima horum bibatur, Craſſorum verò, ac Tenuium minimæ Cauſam attulit ſuperior diſcurſus. Nam tametſi dederis opimam Vitem: ſi pariter poſueris Cęli proſperam ſtationem: nihilominus Terra cui denegatum ſit exſudare morbidius culam pinguitudinem, ſuam illorum præpediet actionem, & quæ non valuère Craſſa enaſci, media exprimentur vina. Mediæ ergo Cōſiſtentiæ vina, mediam quoque participauere vim facultatum, qualem in extrema propenſionem obſeruaueris. Hęc iubet ratio, voluitq; Galen. adſtruenda, dum Mediam tentamus diſtinguere à ſuis extremis Corpulentiam.

DE ODORIBVS VINORVM Et de Cauſis eorundem.

CAPVT VIGESIMVM.

ARgumenta Virium Vini, ab antelocatis notis, Colore, & Corpulentia deſumet Medicus, non infirma, qui ratio-

ne anteſignana indagabit ſolers, Naturæ, & operum eius, ſecretiora. Idem firmiora ſi audeat tertiam pra parte ſe aggredi partem, cui inſidens attenta cum ſpeculatione, eleuabitur ditior in præclariorem rerum cognitionem, largioremq; ſibi ſternet Cãpum, vbi de vinorum medulla, diſcurrat conſpicuus. Pars huiuſmodi, Odor eſto. Odor ille, quem nares impatientes prælibant antequàm captet Palatus liquorem: & quem laticis volũt præcurſorem, ſaniores compotantium, eo adducti conſilio, vt nempè vini dignitate pręcollecta eo poſt modum deguſtando, ſe dignius apparent, & elegantiùs. Naturæ ergo vini, Odor præmittit indicia, tantò quidem certiora, quantò clariora cæteris illa extant quæ ſoluit ſapor atq; adducit. Sumpsère etenim indiuiſa incunabula Sapor, & Odor: quare non immeritò expectamus tàm ab vno, quàm ab altero, notiſſima præloquia virtutum vini. Saporis attamen notiora nobis, qui Tactu, & Guſto anteimus Animalium reliquam gregem. quiue integram Corporis ſubſtantiam, eo prænuncio, deuoramus. Odoris verò obſcuriora, qui portiunculam ſubſtantiæ in eius indole palpamus, fumidam nempè & euaporabilem: quiue imperfecti huius ſenſus culpa, præter ſuaue, & inſuaue, cæteras differentias Corpori addictas, ignoramus. Suauis veruntamen, & inſuauis, loquaces ſatis notæ: ex quarum Idiomate, niſi formam Corporis odorabilis expiauerimus, eiuſdem ſaltem qualitatem, infallibili cum Arte indicij expiſcamur. & hoc, illud primùm quod in vini pænu indagamus, ex cuius demùm facultate, ad innumera eius præconia, excurrit coniectura.

Conſiderandum itaq; quid ſit Odor (non tamẽ de eo, vt clauditur in eſſe ſpirituali, nempè vt refertur ad Olfactum, ſed veluti Corporalis affectio, & materiæ accidens) inde autem Odorum ſpecies cùm inuenerimus, id quod aſſequemur in ſequenti Capite, in vini tandem odores aſſurgemus. ad hoc ſcilicet, vt quantùm dilatet in ſingulis terminos ſui iuris Calor, remoti à fallacia colligamus. Odorem definiunt, & Fumoſam euaporationẽ, & Paſſionem ſicci ſapidi, in humido pręſertim, Aereo. Illam definitionem admiſit Ariſtot. in 13. Problem. Hanc longo demonſtrationum tractu intulit idem libr. de ſenſu: & ſen. Qualemcumq; tu ſuſceperis, nihil tamen à Peripatetica te Scola extorſeris. Siquidem expreſsère, tàm ſapores, quàm Odores,

res.

res,Calor agitās intus mixtionem mole Corporea,ſicci ſui cum humido. Non tamen Caloris in ambobus,labor idem; ſed vbi in ſiccum terminat,Odor; vbi in humidum,Sapor ſcatet. Neque ergo ſine fumida vaporabilitate, Odor effunditur. Vndè elicias,Odorem,Caloris eſſe facturam,ſine cuius manu, neque mixtio illa humidi cum ſicco abſoluitur: neque coctura præualentis ſicci educitur. Ex cuius ſuauitate aut inſuauitate (quibus machinis quatit olfactum) ni ſubſtantiæ modum eduxeris, ſiue ſtatiua intrinſicorum inſpexeris,id quidem, quod aſſequi penè Homini impoſſibile, ob ſenſus iſtius inabſolutam in nobis harmoniam, ſaltem gradum Calorificæ qualitatis ſubolfactus (id quidem quod tibi nō denegabitur recordatus Odorem eſſe Caloris partum) opus Philoſophi condignum emolieris, cuius officia prædicantur, ab Effectuum, & Accidentium eſſentialium obſeruatione, capere viarum recta exordia, & per ea vltrà procedere, in principum Cauſarum vera legitimaq; diuerſoria. Quid mirum propterea, ſi ad vini rimanda recondita, non contenti Colore, nec Conſiſtentia, Odoris quoq; facem ſuſceperimus? Subſtantiæ nempè aperiendæ author, Odor, nec minor huic gratia, quàm reliquis conceſſa, vt vidimus. Quamobrem ſicuro pectore poſcit ſecreta vini, qui Amicum eius, ſibi componit Odorem.

SPECIES ODORVM VINI.

CAPVT XXI.

Odor, tàm obſtricto connectitur vinculo affinitatis cum Sapore, vt dixerit Ariſtotel. nullo diſtingui alio termino, niſi iſto, Ferè. Ferè autem denotat eandem prorſus naturam, propenſione tantummodò, non genere diuerſam. Natura quidem amborum eadem: quoniam Caloris opificis præſentiam eandem, ſubiecti pariter ſubſtratum concorde promptuarium terreæ, & humidæ miſcelæ. In varia tamen ſtudia propendère quoniam ſiccum dilexit Odor, humidum verò Sapor.

por. Sed ſicuti propenſiones iſtiuſmodi non tollunt, quominus definitiones mutentur, ità obſtare non poſſunt, quominùs diuiſiones vni illorum competentes, alteri quoque non accomodentur. Saporum antiquiſſimam diuiſionem, infractam reliquere ſapientes, in Dulcis, Acris, Auſteri, Acerbi, Accidi, Salſi, Amari, & pinguis ſpeciebus. Totidem itaque ſeruatæ Odoris ſpecies. Turbat tamen aſſerti ſtatutum, quod non ſentiat Hominis Olfactus ſingulas; quinimò ex omnibus, nullam: vnde degenerat ſe in hoc Odorem à Sapore, actumque in diuerſa confitendum. Valida quidem vis obiectionis, at aliena à damno: non euenit ſiquidem ab Odoris defectu, quod dulce non recipiat Olfactus, quod Acre, Pingue, & reliqua non internoſcat, ſed noſtri id culpa committitur, qui larga nimium cerebri humiditate irrorati, obruimus ſenſum, & nobiliori hoc bono defraudamur. Datus veruntamen hic quoque ſenſus ad ſalutem: & quæcumque alta veluti ex Arce animaduertit Corpori à ſe eminùs perceptum, ſuaue eſt, & inſuaue. Suaui, argumentum educimus, Eſcam nobis offerri. Inſuaui negari alimentum admonemur. Species hæ Odorum, ſummæ: aliàs non inuenit acer vllus, quia nouas, ſagacis vllius Nares adhuc non ſubolfecère.

Subdiuiſionem tamen ſuauis comperit Ariſt. non indignam, quæ in vini Encomia repetatur. Suauium inquit, alia per ſe ſuauia, alia per Accidens. Suauia per ſe ea dicuntur à tanto Philoſopho, quæ Olfactui vnico proſpiciunt. Suauia verò per Accidens, quæcumq; præter olfactus gratias, pollicentur quoque alimentum. Oblectamenta, & illecebras huiuſmodi olfactus, Homo ſolus inter animalia cætera, quæritat: id ſanè ob ſui dignitatem ſenſus, cuius ſunt quidem participes, vt voluit Ariſtotel. ſed non compotes animalium cæterorum greges. Dignitas ea ſenſus, quæ vlteriora veſtigat, & ſupra ventris alimoniam celſiora, proprias nempè Veneres, & Delicias: ceu iuris ſui, & aliquid in ſe actus habentes, ſiue diuinioris. Huic ergo ſuauia per ſe, deſtinata. Quorum ea eſt prærogatiua ſuauium vt ſenſorium, & proximum ſiue dominans eius Cerebrum, titillando; (quod voluère Philoſophi) vias eius leui tactu aperiant, medullamq; & ſubſtantiam eius leni manu deli-

deliniant: quinimò ſpiritum animalem regenerando, ob cognatam inuicem inter ſpiritum fragrantem, & cerebri ſpiritum, affinitatem, mentem ipſam (quæ Hippocratis legitur ſententia lib. de Flat. & Exercitationis ipſius perſentitur experimentum) puriori reddito inſtrumento, & viuatiori, redintegrent. In horum ſuauium agmen, Flores, & Vnguenta imminent, quæ nihil promittunt Naribus, præter ſolatium animæ, & Cerebri lenimen: Vnde & Conuiuijs Antiquorum diſtributis Coronis, Capita munibant ſereniori virtute, ad hillaritatem diſcurſumque firmiorem, atq; vinoſarum Paterarum ſecuritatem. At verò quæcumq; Eſcam, ſuauiter olentia, admouent, hæc fragrant ſuaue per accidens; quia admittuntur ad commercia ſenſus, non tanquàm primaria amica, ſed veluti internuncia venturę alimoniæ, admonentia, vt aditus illis in ventrem concedatur. Nec vllum ex Brutis inueneris, cui Natura, huiuſmodi odoris cognitionem non inſeruerit: cuncta ſiquidem nutriri concupiſcunt, & pignus alimoniæ non in ſapore ſolùm, ſed in odore perquirunt: eo nempè, vt humor Sapidus contrectaretur; hoc vero altero, vt terrea ſapida qualitas præcaueretur; membra ſingularia, quibus conficitur animalis cuiuslibet Nutrimentum, & abſoluitur. ſuauia per ſe, quia in finem præſtantiorem intendunt, hoc eſt Animæ fulcimen nobiliora. ſuauia per accidens, quia viliorem ſcopum reſpectant, Corporis nempè præſidium, ignobiliora. Hæc Ariſtotel. de ſen. & ſen. Ego tamen, qui pondus vtriuſq; ſuauis perpendo, addere non pertimeſco dari tertiam quandam ſpeciem ſuauis, quæ duas ſuperiores in ſinu ſuo concludens, ſupra eam per ſe, & ſupra alteram per accidens, vno tempore eripiatur. Eſca hæc & Vnguentum. Fructus hęc, atque Flos. Solatium ſimul & præſidium. Stabilimentum hæc Hominis, & Gratiæ. Quam profectò non dubitaueris eſſe vinum. Vinum tamen, non omne, ſed ſuaue. Tale quidem quem dederit halitum, exceptum naribus, Caput medullamque eius emolit: à quo legimus quamplurimos ſuſtentatos, vel ſincope preſſos, vel ſenio languidos, vel morti proximos: ſignum indubium, Cerebri familiarem ſpiritum ei per vinum reſtitutum. Ex quo Odorabilis per ſe titulum, & ſuauis nomen innactum. Cæterum promiſiſſe eſcam, nemini dubitatum, in quo ſcilicet gentes incendantur omnes. Vinum itaq; exalat nouum aliquod,

quod ſuaue per ſe, & ſuaue ſimul per accidens euincit; quare palā quoq; eſt, laudibus ipſum, cætera ſuauia antecurrere; prævalida ſuauitate præcedens, meliori ſapiditate præualens. Suprà eſcam quamcunq; elatum, quas vincit titulo ſuauis per ſe; ſuprà Flores, & Vnguenta prælatum, quæ duo reſtinguit ampliori lumine; eo nempè quo fulget, & ſuaui per ſe, & ſuaui ſimul per accidens. Terrenis omnibus luxibus imminens, nàm quas aperit ambitioſas delicias per ſe, eas quidem oſtentat ſublimiores; cui datum verba dare, & ſenſus, Floribus verò denegatum: conceſſum pariter ſanguinis & ſpiritus ſubitam inſtaurationem reliquit non impertitum attributum. Cui ergo controuerſum, præeſſe vinum in ſuauium genere, tertium, quod euincat tàm per ſe ſuauia, quàm per accidens? Iſtudq; prætermiſſum ab Ariſt. quod relinquebatur medicis non prætereundum? Hoc fortaſſis ratio cur Homo ſolus inter cætera Animalia, vini appetitu deffluat. quoniam ſcilicet, rapitur irrationale in ſimplicem eſcam, tanquàm præditum Nutritiua valentiſſima: voluptuoſis, & ſenſum ditantibus ſtupet, ſenſuum diuitijs diminutum. Ex aduerſo, rationale meliorem ſui partem Natura dictante, ſtudet conſeruare: nec melior certè ſenſitiua, ac diſcurſiua, quibus eleuatur in diuinitatis participationem. Quapropter inſuaue per ſe, & in vinum præ cæteris, fertur ardens, & anhelans.

Hæc Odorabilium omnium differentiæ per Ariſtot. primùm inuentæ, deinde hic per me in vini merita adauctæ; ac vero experimentorum protectæ. Galenus qui Odorabilium ſimpliciter non quæſiuit ſpecies, ſed vini ſolers obſeruauit differentias, non quidem duplicem ſed triplicem Odorum ſpeciem memorauit. Præter ſuaue enim & inſuaue, quas ſpecies non negat ſenſus adnotari in vino, tertiam olfecit quoq; quam inodoram ſubiunxit. Id medicum non dedecebat, vt potè iuratum ſenſibus: fieri nempè auctorem tertiæ cuiuſdam ſpeciei ſuauium. Nā vinis intētus aliquod offendit inſtar Aquæ Inodorum. Coactus ergo ſenſu, tria Vinorum genera, ex odore deprompſit, Suaue, Inſuaue, Inodorum.

SVAVIS VINORVM ODOR Quas Vires Claudat.

CAPVT XXII.

SVaue vinum, illud dicimus, quod Naribus admotum, ſenſum olfactus hillarat. Nec tale mouet tantummodo ſenſum in voluptatem, ſed vegetat præterea ſpiritus Cerebri, & Animæ diſcurrentis officia, ſi patiens olfeceris, impinguat. Vidi non ſemel delinquentes animo, aromatis fruſtra ſuffectis, vini hoc ſuaui ſpiritu erigi, ſoloq; eo confirmari viribus, non epoto liquore. Tale vini genus, Calidum conijcias oportet: nec calidum ſimpliciter, ſed ſubtile, Vinoſum, Purum, Subſtantificum. Calidum quidem, quia euaporabile; non eleuaretur enim fumus inde vaporis, niſi Calor validus, materiam agitaret. Calidum præterea, Odorum: Viuax ſi quidem Odor prodit, a ſubacta ſubſtantia, quam agitat Caliditas, atq; conuincit. Tale vini genus, ſubtile; quoniam Odorum: Odor nempè, ſiccum amans, indicat ſuauitate ſua confectum humidum coctione, ſiccumq; terreum comminutum, in vnum coaluiſſe integrum Corpus. Tale vini genus, vinoſum: nam fragrantia cocturæ adnaſcitur: terream quoq; ſubſtantiam, vtilem ſubeſſe denunciat, vt potè quę paruerit Calori enitenti conſentaneam ſubiecti formam, auitæ indolis condignam. Tale Vini genus, purum. nam redolet Impurum, alienæ materiæ ſimulacrum: ergo ſuauis, eam, quę propria eſt ſui repræſentat. Tale tandem vini genus ſubſtantificum: eò quia ſuauitas, præter domeſticum, aliud inſeminare nequit. Domeſtica verò ſunt Alimenta; & iucunda, optata, cocta, dulcia, pinguia: quamobrem ſubſtantificum huiuſmodi, proficuum ſpiritu, ſapidaque ſubſtantia validum. Ob tantas vini huius facultates, Corpus vniuerſum ab eius vſu calefiet. Celerrimè præterea per totum Corpus diffluet. mentem, copia, ſuo à loco dimouebit: proportionatum verò neceſſitatibus, hillarabit. Impellet ad opera. Aperiet, dilatabitq; Venas. Calorem ſerenabit innatum. Vrinas, ſudoreſque pro-

ritabit, Siccabitq; Corpora. In profunda quæque inſinuabitur. Senſus acuet, Pituoſos franget affectus. Grauem diſcutiet ſomnum. Melancolichas abiget cogitationes. In Venerem, Verba, & Iocos concitabit. Hæc verò bona expediet vniuerſa, tùm formæ, cùm materiæ ſuæ poteſtatibus. A forma quidem, Calefactiones. A materia verò, Nutrimenta. Ab ijs deniq; ambobus, Claſſis ampla, operum recitatorum. Nec magis vnum, quam alterum ſuauitas arguit, quorum amabiliſſima enutritur filia.

INSVAVIS VINORVM ODOR
Quas Vires inſerat.

CAPVT XXIII.

INſuaue ſpirat moleſtum. moleſtum verò obiectum, promit per me vnus Calor. Vnus quidem Calor, quoniam vni conceſſum, ſuſcitare fumum. At tamen Calor ille vnus, qui improportionatus, ſubiectæ ſe ſe commiſceat materiæ. Tria namq; ad efformandam eam ſubſtantiam concurrunt, ex cuius gremio odor exhalet, Aqua, Terra, Calor. Aqua inodora per ſe. Terra non minus inodora. At ſapidum ſiccum abluens Aqua, ſiue diffluens per viſcera eius, cooperante motum Calore, & miſcelam, Odorem elidit, & ſaporem. Impotens ergo tàm Terra, quàm Aqua, quibus Odoris opus adſcribatur. Impotentes ſimul ambo, miſcelæ conglutinandæ. Verùm, Calor ſi intercurrat, ex cuius miniſterio agitentur bina illa Corpora, & inuicem congrediantur, incorporenturq. tunc Odor conceptus motari incipit. Quamobrem Calor, inſuauitatis huius motor, formaliſq. cauſa? Sed idem, obijcies, contrariorum effectuum auctor? idem ſuauitatis, atq; inſuauitatis arbiter? Iſtud certè ſed artibus varijs. mouet namq; ſuauitatem, vbi ſubiectam deuicerit materiam, concoxitq; probè: illic enim inducit continuò potentiæ ſuæ Vitam, quæ eſt Natura: cuius ſi ſcopus eſt, bonum, ſuaue certè operabitur, inſuaue euitabit. In bonum inſuper ſi ardet interno inſtinctu, nobis quoq; conſentanea diliget, quorum

rum conſeruationi anxia inuigilat: conſentanea verò, ſuauia. Inſuauitatem quoq; idem Calor ſuſcitabit, vbi materiam ſubiectam ſenſerit reſiſtentem, & pertinaciter Calorifici ſceptri, imperia refugientem, in cuius propterea fronte non valuerit caracther iuris inſcribere, ſiue leges obſequentiæ connotare. Inſultat ergo hic materia, ſed quæ contendit ſemper cum Calore: quem Calorem, ſi prorſus iugulaſſet, hinc inde diſpergerentur ſubiecti partes, Aqua, & Terra, neutraq. horum ſuaue, aut inſuaue redoleret: verùm quia oppugnans reſiſtit perpetuò, hinc fumum aperiunt inſuauem, talia huiuſmodi Corpora, diſſenſionis eius internuncium, quæ inter Calorem, & materiam cõtrouerſatur. Neque enim reputes, aliter hic euenire, atq; in muſico contingit concentu. Vbi enim voces conſenſerint, harmoniam concinunt: at vbi diſſolutæ diſcurrant, inharmonicum inſtrepunt. Diſſenſio tamen huiuſmodi in Corporeis quibuſque materijs non à ſubiecti tantùm peruicacia prouenire exiſtimes, ſed à Caloris quoq; aut impuritate, aut imparitate. Quod nanque ad impuritatem: acrior, aduret. Quod verò ad imparitatem: languidior, deſtituet opus, & ab officio recedet. Quemadmodum ſuperiorem copia materiam, Caliditas non premet: Impuram verò, fruſtra elaborabit: & illinc halitus non victæ, inſuauis, iſtinc verò elident ſordes vincentes, fætorem. Peccata Caloris depræhendes à multo ſpiritu, ſiue etiam à pauco; illud quidem dum acredine vicerit, iſtud verò ſi languore obrutus, ceciderit. Peccata materiæ, Conſiſtentiam eius ſi perpendes, æſtimabis. Nuſquàm tamen mendax, ſi puſillam inſuauitatem, puſilli Caloris filiam accuſaueris: multam verò, largi eius profiteberis: à ſolo ſiquidem ſubſtantiæ modo ceſſante Caloris opera, Odor nullus.

Inſuaue ergo vinum, vt lædit olfactum, ſic lędit ventrem, & viſcera.

Ab Alimentatione alienum.

Spiritus tùm Cerebri, tùm Cordis interimit, quibus aduerſatur inepta terreſtreitate, infecta Aquoſitate, morboſo Calido, & deniq; totius ſubſtantiæ largiſſima diſſimilitudine.

Sed animam præ cæteris obtundet ſic, vt eam perdere ſit non impotens: ſiue ob infeſtiſſimum ſpiritum, ſiue ob auram alienam prorsùs: & propterea ferociter ſe ſe gerentem,

contrà

ritabit, Siccabitq; Corpora. In profunda quæque inſinuabitur. Senſus acuet, Pituoſos franget affectus. Grauem diſcutiet ſomnum. Melancolichas abiget cogitationes. In Venerem, Verba, & Iocos concitabit. Hæc verò bona expediet vniuerſa, tùm formæ, cùm materiæ ſuæ poteſtatibus. A forma quidem, Calefactiones. A materia verò, Nutrimenta. Ab ijs deniq; ambobus, Claſſis ampla, operum recitatorum. Nec magis vnum, quam alterum ſuauitas arguit, quorum amabiliſſima enutritur filia.

INSVAVIS VINORVM ODOR Quas Vires inſerat.

CAPVT XXIII.

INſuaue ſpirat moleſtum. moleſtum verò obiectum, promit per me vnus Calor. Vnus quidem Calor, quoniam vni conceſſum, ſuſcitare fumum. At tamen Calor ille vnus, qui improportionatus, ſubiectæ ſe ſe commiſceat materiæ. Tria nanq; ad efformandam eam ſubſtantiam concurrunt, ex cuius gremio odor exhalet, Aqua, Terra, Calor. Aqua inodora per ſe. Terra non minus inodora. At ſapidum ſiccum abluens Aqua, ſiue diffluens per viſcera eius, cooperante motum Calore, & miſcelam, Odorem elidit, & ſaporem. Impotens ergo tàm Terra, quàm Aqua, quibus Odoris opus adſcribatur. Impotentes ſimul ambo, miſcelæ conglutinandæ. Verùm, Calor ſi intercurrat, ex cuius miniſterio agitentur bina illa Corpora, & inuicem congrediantur, incorporenturq. tunc Odor conceptus motari incipit. Quamobrem Calor, inſuauitatis huius motor, formaliſq. cauſa? Sed idem, obijcies, contrariorum effectuum auctor? idem ſuauitatis, atq; inſuauitatis arbiter? Iſtud certè ſed artibus varijs. mouet namq; ſuauitatem, vbi ſubiectam deuicerit materiam, concoxitq; probè: illic enim inducit continuò potentiæ ſuæ Vitam, quæ eſt Natura: cuius ſi ſcopus eſt, bonum, ſuaue certè operabitur, inſuaue euitabit. In bonum inſuper ſi ardet interno inſtinctu, nobis quoq; conſentanea diliget, quorum

rum conſeruationi anxia inuigilat: conſentanea verò, ſuauia. Inſuauitatem quoq; idem Calor ſuſcitabit, vbi materiam ſubiectam ſenſerit reſiſtentem, & pertinaciter Calorifici ſceptri, imperia refugientem, in cuius propterea fronte non valuerit caracther iuris inſcribere, ſiue leges obſequentiæ connotare. Inſultat ergo hic materia, ſed quæ contendit ſemper cum Calore: quem Calorem, ſi prorſus iugulaſſet, hinc inde diſpergerentur ſubiecti partes, Aqua, & Terra, neutraq. horum ſuaue, aut inſuaue redoleret: verùm quia oppugnans reſiſtit perpetuò, hinc fumum aperiunt inſuauem, talia huiuſmodi Corpora, diſſenſionis eius internuncium, quæ inter Calorem, & materiam cōtrouerſatur. Neque enim repures, aliter hic euenire, atq; in muſico contingit concentu. Vbi enim voces conſenſerint, harmoniam concinunt: at vbi diſſolutæ diſcurrant, inharmonicum inſtrepunt. Diſſenſio tamen huiuſmodi in Corporeis quibuſque materijs non à ſubiecti tantùm peruicacia prouenire exiſtimes, ſed à Caloris quoq; aut impuritate, aut imparitate. Quod nanque ad impuritatem: acrior, aduret. Quod verò ad imparitatem: languidior, deſtituet opus, & ab officio recedet. Quemadmodum ſuperiorem copia materiam, Caliditas non premet: Impuram verò, fruſtra elaborabit: & illinc halitus non victæ, inſuauis, iſtinc verò elident ſordes vincentes, fætorem. Peccata Caloris depræhendes à multo ſpiritu, ſiue etiam à pauco; illud quidem dum acredine vicerit, iſtud verò ſi languore obrutus, ceciderit. Peccata materiæ, Conſiſtentiam eius ſi perpendes, æſtimabis. Nuſquàm tamen mendax, ſi puſillam inſuauitatem, puſilli Caloris filiam accuſaueris: multam verò, largi eius profiteberis: à ſolo ſiquidem ſubſtantiæ modo ceſſante Caloris opera, Odor nullus.

Inſuaue ergo vinum, vt lædit olfactum, ſic lędit ventrem, & viſcera.

Ab Alimentatione alienum.

Spiritus tùm Cerebri, tùm Cordis interimit, quibus aduerſatur inepta terreſtreitate, infecta Aquoſitate, morboſo Calido, & deniq; totius ſubſtantiæ largiſſima diſſimilitudine.

Sed animam præ cæteris obtundet ſic, vt eam perdere ſit non impotens: ſiue ob infeſtiſſimum ſpiritum, ſiue ob auram alienam prorsùs: & propterea ferociter ſe ſe gerentem,

contrà

contrà ſanguinis ſpirituum, atque medularum temperaturam.

INODORVM VINVM QVAS Promat Facultates.

CAPVT XXIV.

NOn mouet ſenſum olfactus, Inodorum: vel ſi mouet, nec ſuauis, nec inſuauis, ſenſibile vllum adportat. Primam Inodori deſcriptionem, nominis ſubminiſtrat vis. Alteram Galeni, monita ſuadent, qui medium, inter ſuaue, & inſuaue non iniuria Inodorum reputauit. Cauſam huius moderationis vini, ſuperior Odorum generalis dictat doctrinam: nam Calori ſemper frugiliſſimo imputabitur: non raró Aquoſitati: aliquandò terrenæ Qualitati, ſemper imputandam Inodorationem fragili Caliditati, ſtabilis illa ſuggerit doctrina, quod imperans Calor aſpectus ſui faciem non ceſſat vnquam aperire niſi ſub ſaporis, & odoris ſpeciebus, functionis ſuæ ſempiternis monimentis. Quare deficit vbi Odor, ibi Calor deſideratus. Inodorum propterea hanc vnam ob Cauſam, frigidum iudicādum. At cum Aqua inodora per ſe ſit, quis non adſtruet largam Aquæ Vndam, ab inodorabilitate vini præmonſtrari? Non raró tamèn terrena quoq; in mixto victoria, Inodorationis cauſa; ſiquidem, Caloris vim coercet, indeq; obſtaculum objicitur, & exeunti halitui, & Calori operanti: veluti contrà impetum fulminis, aut Agger, aut Propugnaculum. Ne tamen triplicis huius Architeti inodorationis, te effugiat reus, iſtas attentus obſerues neceſſe eſt in vino notas. Perſpicuitatem vini non fulgidam: ſiue etiam Terreſtreitatem confuſam. Tenuitatem euidentem. Groſſitiem duram, turbidam. Hæc ſi quidem cuncta, Calorem imbecillem denotabunt. Ex ijs demùm manuduceris in vini Inodori facultates.

Frigefaciet Inodorum, per ea, quæ referebantur.

Debilem digeſtionem franget.

Sanguinem attenuabit, & tenuem in ſerum conuertet.

Pitui-

Pituitæ flumen augebit.

Spiritus emolliet, & Animam manſuefaciet.

Neruos laxabit.

Corporis vniuerſum elumbabit. & ob Aquoſitatis, & Frigiditatis culpam hæc.

Quæ etenim Terreſtria, Inodora ſunt, grauia primùm viſceribus hærebunt in Canalibus: Vrinæ mingendæ infenſa, Venis limoſa. Ex quibus ceſſabis adhuc afferere, inodorum febricitantibus noxium? Eſtuoſo? Iracundo? Bile feruido? Aduſto? Sicco? Galenus 3. de vict. acut. Innoxia Acutis, palàm hæc enunciauit: vt ſimplici eo in vocabulo frigiditatem atteſtans ſuperiora, quæ proculi inferet certiſſima.

DE ESSENTIA ET ORIGINE Saporum.

CAPVT XXV.

IAM tempus adeſt, vt poculum exſiccemus. Eius quandoquidem Colorem cum fuerimus contemplati: Conſiſtentiam cum perluſtrauerimus: ſpiritum explorati, quid amplius reſtat, niſi ſaporem degustare, labijſq; natantibus, liquorem tandem delibare? A primordijs, vſq; Orientis medicinæ, munus interpretis reconditarum facultatum ſimplicium, conceſſum eſt vni ſapori: tantumq; ſapori poſt illud tempus detulerunt authoritatis, cuiuslibet ſectæ Medici, vt Radicibus, Germinibus, Plantis, Floribus, Fructibus, Liquoribus, Foſſilibus, Mineralibus, Simplicibuſq; cunctis, non ſint veriti conſtituere virtutem, eum Saporem earum, lingua prius exploraſſent, & ſolos poſtremoſq; iſtos, guſtu demum percepiſſent. Hinc ſimplicium medicamentorum libri illi Galeni laudatiſſimi m pondus ſuſceperunt. Hinc Theophraſti de hyſtoria Plantarum mirabilis illa educta doctrina. Hinc Dioſcoridis ſempiternum illud de medica materia volumen abſolutum. Hinc cuiuſlibet tàm quidèm Philoſophantis de intrinſicis ſimplicium omnium medicamentorum, alimentorumq; omnium viribus, ac poteſta-

tibus,

tibus, ſingularia inſtrumenta, per quæ ſanitas præſens conſeruatur,& amiſſa emitur,atq; recuperatur. Tantùm ſi producitur ſaporis dignitas,bibere conueniet paulatim: animumque interim totum à Cerebro & Corde abigendo, in fauces conuocare. Hic æſtimato prudenter vini ſapore, præter quam quod voluptate geſties, ſapientiam quoque nanciſceris admirabilē: quippe qui valebis inde, minima quoq; fragmenta diuitiarum vini,meditando expiſcari: & in ſalutem hominum de communiſſimo liquore,non quidem communiter,vt fit,ſed ſolertiſſimo cum ſpiritu ratiocinari. Præſtat verò per ſuſceptam viam progredi: & propoſita primum definitione generica Saporis,deinde de ſpeciebus eius ſingulis,& de vini cognitis ſaporib. diſcurrere: quamq. tandem exerceant Virtutem, in Corpus humanum coniecta,ſolito more indagare. Vnanimes conſpirant Philoſophātes,quod Sapor ſit affectio quædam mixti,quam imprimit humido aqueo,ſiccum terreum,opera Caloris.

Hęc Saporis quidem definitio, dummodò tamen eam, vt materiale quoddam accidens contempleris: nam ſi vt obiectum guſtus acceperis, tunc ſuperiori contextui definitionis addendum, immutans ad actum, qui potentia annexus eſt nobis, guſtum. Imprimere verò ſiccum Terreum (vt expoſitione pateat definitio) aqueæ humiditati, affectionem hanc, Saporis, ſola poteſt ablutio ſiue percolatio. Id quidem, quod ſenſus manifeſtat, in Aquis pluuialibus, in Riuis, in Mare, in Fluminibus, Stagnis, Aluuionibus, Inundationibus: in quibus ea percipitur Sapiditas, quam terræ ſuper quas percolarunt, impreſsère. At quoniam nec ſimplex Aqua, nec pura terra inſitum vllum ſaporem ſeruare deguſtamus: quoniam præterea negant ſapientes aliquam Actiuarum Qualitatum conceſſam, binis iſtis elementis, idcircò commiſtionem illam in ſe inuicem, quæ connectitur Ablutione, ſiue Percolatione, cum ſine Coctione perſolui non poſſit (cuius munera ſunt, coniungere, concernere, conſtipare, componere) Calori Principi adſcripſerunt, Calori vnico coquēte, connectante, ſtipante, denſante, componente, appoſuerunt. Tria ergo concurrunt ad Saporis Vitam, Calor, Terra, Aqua. Calor, veluti agens: Aqua & Terra, veluti materiæ, & ſubiecta proximiora, in quibus mixtio, coctioq; imprimantur. Verùm Colores quoque nec non Odores, per talem Ablutio-

nem

nem naſci contendes. Nulli id quidem dubium, ſed definitionis vltima, ſoluunt nodum. In ijs verò legitur, Finem Ablutionis Guſtabilium eſſe, immutare Guſtum. Ad producendam ſi quidem hanc in nobis affectionem, reſolui neceſſe eſt ſubſtantiam ex ſapido, vt docet Auic. quæ linguæ humiditati admixta, comprenditur à Guſtus ſenſu, eodem modo, quo alterata linguæ familiaris humiditas perſentitur.

Adhùc tamen vltrà progrediendum, & in grauiſſimo affectionis huius negotio (in quo veluti diximus fixa medicæ materiæ ſtant fundamenta) nihil videtur prætermittendum, quod ſaporis eſſentiam ſub oculos euidentiſſimam non ſupponat. Sapor (vltima definitionis particula loquebatur) immutat ſenſum Guſtus, de potentia ad actum. In lingua, bini ſedent ſenſus, Tactus, & Guſtus. Guſtus ne ſolus iudicando erraret, ſocio firmatus eſt, cuius indiuiſibili fruitur commercio, roboraturq; præſidio. Non enim, vt Plato, Venis donatur lingua, in Cor tendentibus, per quas ſaporum via, aperiatur in iudicium: neq; enim hæ patēt, neq; ſi paterent, aut tàm breui ſentiremus, aut tàm difficulter interna afficerentur ſapidis facultatibus: at certè, vt Ariſtotili placet, cum Guſtu, Tactus, ſempiterna lege naturæ conſociatus. Guſtus etenim, relinquit tactui officia diſcernendi Calidum à Frigido, Aſperum à leni, Durum à molli: ſibi verò reſeruauit ſoli imperium dijudicandi Alimentum in mixtis à non Alimento. Quo verò mota conſulto natura binos iſtos coniunxerit indiuiſibiles in lingua, Tactum & Guſtū, breui recitat idem Ariſtot. 2. de Anima. Tactus primus omnium ſenſuum eſt in vita habentibus; ob id datus mortalibus, vt quibus primis componuntur ſenſum haberent. Componimur autem Calido, Frigido, Humido, Sicco, Duro, Molli, Aſpero, Tenui & reliquis ſecundis qualitatibus commixtioni aduenientibus: quare hæc quoq; obuia linguæ illico compræhendit. Ei verò obuia perpetuò aduenire iubet Natura, quò ſcilicet ijſdem perduret, quibus natalia conſequutus eſt. Quam etiam ob Cauſam, tàm in decernendo de ſenſilibus, quàm in conſeruando ſe ipſum, prima hæc amica expoſcit, antiqua hæc fœmina cęco quoddam impulſu requirit: & nudas quidem ab aliena qualicumque copula affectaret, ſi puris illis, & nudis ſciret animal conſtitutionem ſuam, & conformationem conſecutum; Verùm

quia

quia ijs per occultam quandam proportionem, & indicibilem nobis concurſionem, ſubducimur ad Vitam, hinc refectionem ab ijſdem expectantes, cogimur potentiam cōnectere, ex cuius facultate, illud quod expedit velut perutile ſeligamus, quod verò officit, tanquàm inutile refutemus. Potentiam huiuſmodi arbitrij, Guſtus ſibi adoptauit. Quo circà cum Tactu linguæ, Guſtus datus ei indiuiſibilis ſocius: commiſſumq; ei à Natura, vt iudicia ferat, non quidem omnium indifferenter, ad reſtaurationem aduenientium, (id enim Tactui delegauit officium) ſed conuenientium, & incompetentium, quæ verè dicta ſunt alimenta, ſiue eſcas, & nutrimenta. In ijſdem ſiquidem non inſeruntur nudæ ſolum qualitates tangibiles, quibus componimur primis, ſed latitant ampliùs, qualitatum proportiones illæ, quibus poſtremis perficimur, & quibus meritò nouiſſimis, actus ac viſcera ſuſtentamus. Vidit neceſſitatem huius commentationis Ariſtot. libello de ſen. & ſen. & eruditum optans eum qui circa doctrinam ſaporum verſaretur, promouit hanc dubitationem. Immutet ne ſapor Guſtum, vt Guſtus eſt, an potiùs immutet ſapor Guſtum, vt Tactus eſt.

Soluendoq; nexum, docuit idem quod nos ſuprà: & quid ſit ſapida ſubſtantia, ſiue Nutrimentum, præclariſſimè explicauit. Sapida inquit ſubſtantia, nō ijs tantùm prædita eſſe debet qualitatibus, quę Tactum mouent, ſed alterius inſuper compotem eſſe neceſſarium eſt, quæ Guſtum alterat. Alterant autem Guſtum, ſola Alimentoſa: hoc eſt illa, quæ retinent in ſe præter qualitates ſimplices concurſum earum in Corpus, conueniens noſtro. Quod ſi curioſius percuncteris, in quo nam rerum modulamine conuenientia iſthæc conſiſtat in cuius forma latitat Alimenti Natura, Ariſtot. lib. eodem parauit reſponſionem, & genio ſatisfecit, euidentiæ & diluciditatis auido, Dulce, illud eſſe docens. Dulce enim, abſoluta mixti perfectio: Dulce ſymmetrum, numeris omnibus, & gratijs elaboratiſſimæ compoſitionis expolitum. Dulce, leuius Corpuſculum: leuia verò cum trahātur facilè à Calore, hinc Dulce, Caloris noſtri coniunctiſſimum. Reliquas Sapidorum ſpecies, vel condimenti gratia receptat Calor, vel tanquàm priuationes vnigeniti, & veri Nutribilis complectitur. Dulce veruntamèn, & Suaue, videntur aliquo modo ſimilia, & aliquo alio diſſimilia. Similes quidem

Quali-

Digitized by Google

Qualitates, quia ſemper Suaue, omne Dulce: at tamen diſſimiles, quia non omne Suaue, Dulce. Verùm dixerim ipſe, Dulce, ſuauius quid ſimplici ſuaui: ſuaue verò guſtabilem eſſe qualitatem parum à Dulci deflectentem. Homerus idcircò

Caſeus & mel Dulce, ſuauis ſtillaq; Vini.

Vnde Dulce quidem, proxima Alimenti materia, non eo tamen minus, ſuaue. Hæc à vino non aliena: quæ ſi ad pleraque alia inuitentur, & planiorem reddent hanc de Saporibus lectionem mirabilioremque, & vinum attollent in celebritatem, & dolos detegent, largè iam diuagantes, qui Hippocraticam Artem, Peripateticamq; Scolam, ſummo cum Præceptorum dedecore, & antiquiſſimæ eorum nobilitatis faſtidio defædarunt. Et huc peruentus liceat opto digredi parumper, & grandi in negotio cupidus exaudiri, detur quæſo venia prolixitati.

Tangit hoc, Extracta illa medicinalia cõmuniſſima, & Quintas, quas vocant eſſentias, Chimiſtæ, ex metallicis, & mineralibus, per ſuam fundendi Artem, educta; quæ quidem celebratiſſima, ſub nomine alimentorum, per vniuerſum circumferuntur, & manibus Principum, atq; Potentum admiranda, geſtantur. Et vt de Extractis primùm loquar: metalla quam plurima, Aurum, Argentum, Perlas, Corallos, Margheritas, Smaragdos per ſuſoriam Artem parata, offerri ſolent noſtro hoc ſeculo familiariterq; ægrotantibus prædicantur in refectionem præcioſa; tanquàm Alimenta quidem, at ea non conſueta, ſed recondita quadam ope eius Artis, exactiora: puriſſima ſcilicet, immunia ab excrementis, vitalia vbiq; Cæleſtia. Tantùm porrò rerum iſtarum, proceſſit ſtudium, vt vel medicum derideant, qui Chimicam non ſapiat vel Philoſophum repræhendant, qui in Chimicam obloquia contorqueant. Neque rei nouitas hic ſtetit, ſed longiùs progreſſa, ſtudioſos ſui plurimos fecit, plures illecit in fraudem, multos perdidit confuſione: quorum Conſortiũ (quod reſtat peioris) tanto cùm tumultu nunc oblatrat, vt Apollineũ Medicum, germanęq; Philoſophiæ ſequacem, Deo ſcilicet, vt inquit Hipp. in Præcept. æqualem, contendentem contrà Chimicos, illorumq; inania machinamenta, validiſſimis conſilijs deſtruentem, exaudiri non permittant.

At vos qui extracta iſtiuſmodi Nutrire aſſeueratis, quam aliam, docete, proponitis Nutribilis Vitam, ab ea quæ dulce te-

net

Digitized by Google

net in ſe, & ſuaue vnctuoſum? Si ſolum Dulce Guſtum mouet, ſi ſolum Guſtabile, alimentum exhibet? Quod nam modò Dulce promunt metalla? Quod ſuaue vnctuoſum Mineralia? Quem nutribilem ſaporem inſtillant lutoſa Terreſtria, aut frigido preſſa Foſſilia? Hoc ergo inſigni nomine negandū illis alimentorum Priuilegium. Verùm, Alterationis facultatem ijſdem fortaſsè aſſignabitis, quando Nutritionem nequeatis. Ego verò Alterationis quoq; vim, nullam ijſce contendam ineſſe: vnde ſi inepta, ea ſenſitis figmenta ad nutriendum Corpus, eadem ineptiſſima ad alterandum audietis. In gratiam veruntamen Auri, Argenti, & Gemmarum, hæc valeant dictata, in quæ propenſus inhiat extrahendo ad celebrem cordialemq; Corporis humani refectionem, Fuſorius. Nulla præpotente, pollent Aurum, & Gemmæ, qualitate: cuius extat conſilij argumētum eorundem inſipiditas. Si ergo ſenſum Guſtus non mouent, quomodo Altricem agitabunt, cuius interpres obuiat Guſtus, & Linguæ Tactus præcurrit? Quod ſi à formæ reconditæ aliqua proprietate, vt Plotinus, & Claſſis eius optarunt Authores, id ea præſtare aſſeueraueritis, in aliud continuò abſurdum recidistis: per hæc ſi quidem, vera negabitur Alimenti ratio, quam Philoſophi ſanciuère, Alimentum nempè eiuſdem fore ſpeciei cum deperdita noſtra ſubſtantia, ſed huic per vos addendum, poſſe noſtram ſubſtantiam, ab alia aliqua qualitate, ſiue vi nobis incognita reſtaurari. Sentimus præterea, eodem moniti experimento, non valere ſanum Corpus vllum, lapidum, aut metallorum, Extractorumq; ſuorum præſidio conſeruari. Cur itaq; infirmum, confingemus ope illorum reuicturum? Sed non alterare repetamus, initio ſumpto à Calore, quem ex nullo iſtorum ſentimus augere: neque ex vllo arguere poſſumus id futurum, quandò Guſtus ab ijs in Calorem non alteretur, quo præuio nuncio, venturas virtutes prælibamus? Quandò condenſata à frigore, Vinci frigido non coniectemus? Quod ſi ſiccitate agere ea dixeritis intra nos, non video ipſe cur in pauca Quantitate deuorata, non pereant abſorta in Alueo ventris, & Pelago humorum non perdantur. Terrea etenim ſiccitas, non poteſt Aqueum humorem incraſſare, niſi copia præualeat. Adſiſtendum porrò ſanguinis fluxum, ex rupturis Venarum erumpentem ediſcimus medico exercitio, non quidem puſillum, ſed plu-

rimum

rimum pulueris inſpergendum. Ad quid ergo pauxillus datur ægrotantibus Cordialium veſtrorum, ſi colluuie tumet Corpus, ſi diluuio humoroſitatum inundat? Vires adhùc exeri magnas à minima quãtitate ſubſtantiæ nõ potuerunt mei ſenſus ad hũc vſq; diem percipere: nam trahere Magnetem paucam, ferrum, at paruulum vidi quidem, eandem tamen animaduerti nec magnum trahere, nec loco quatere. Multa ebullit intrà nos eluuies, febre dum opprimimur, & veſtra potiſſimùm, ò Veneti magiſtri, maligna; quam alterare, & vincere non quidem bolus, ſed nec ampliſſima alia ſiſteret maſſa, aut inflecteret. Alere itaque non poſſunt metalla, nec lapides, ſiue extracta metallorum aut lapidum. Alterare pariter nequeunt. Nec tandem ſi ſpecifica aliqua proprietate valerent, ſenſile tamen beneficij opus aliquod promouerent, quum puſilla inſtituatis decoranda. cui ſi lubet addere alterum, non poſſe ſcilicet Quinctas eſſentias quas promulgant plerique fabuloſas purgare Corpus ab impuritatibus morboſq; ob id depellere id certè non inanem habuerit euentum. Nàm fidunt Chimici protectores ſuis illis illuſionibus, quod Aurum conſocietur cum natiuo noſtri Calore, quo aucto, Calor inde inſurgat in abigenda, & profliganda faſtidia Corporis. Commentum iſtud quas condat fabulas attendito. Id præſtare aurum Qualitatibus elementaribus negant: id enim defendere non poſſent quamquàm verè Philoſophiæ, compotes. Ergo in proprietates abditas neceſſarium confugium. Aiunt itaq; Cæleſtem eſſe Calorem Cordis, & Cæleſtem Auri Calorem ſiue virtutem. Cui inde addunt ſuppoſito, defectibus tunc præſto eſſe Aurum noſtri huius Caloris, ſi quando langueat, quo reuiuiſcente, grauiora expediat, & in obiecta mala potens inſurgat, ijs Ego. Æternitatem per tantas nugas parari nobis certiſſimum; quam nullus tetigit. A morbis adhùc ſecuriſſimam abſtinentiam, & immunitatem, quam nullus habuit. refectionem inſuper ſalubriorem quam ſenſit nullus. ſed proximius accedas: Natiuum vos Calorem, Cæleſtem profitemini, & liberè publicatis, nec innumeris viris ſapientibus aliter ſentientibus reſpondetis? Cæleſtis itaq; Calor ab elementari, hoc eſt alimentali, & a Cęleſti, diuerſis ſpeciebus ſuſtinetur? Alteratur, minuitur, augetur, perit, reuiuiſcit, cæleſtis? Cæleſtis ergo & elementaris paribus priuilegijs gubernantur?

net in ſe,& ſuaue vnctuoſum? Si ſolum Dulce Guſtum mouet, ſi ſolum Guſtabile, alimentum exhibet? Quod nam modò Dulce promunt metalla? Quod ſuaue vnctuoſum Mineralia? Quem nutribilem ſaporem inſtillant lutoſa Terreſtria, aut frigido præſſa Foſſilia? Hoc ergo inſigni nomine negandũ illis alimentorum Priuilegium. Verùm, Alterationis facultatem iiſdem fortaſsè aſſignabitis,quando Nutritionem nequeatis. Ego verò Alterationis quoq; vim, nullam iiſce contendam ineſſe: vnde ſi inepta,ea ſenſitis figmenta ad nutriendum Corpus, eadem ineptiſſima ad alterandum audietis. In gratiam veruntamen Auri,Argenti,& Gemmarum,hæc valeant dictata, in quæ propenſus inhiat extrahendo ad celebrem cordialemq; Corporis humani refectionem,Fuſorius. Nulla præpotente, pollent Aurum,& Gemmæ,qualitate: cuius extat conſilij argumẽtum eorundem inſipiditas. Si ergo ſenſum Guſtus non mouent, quomodo Altricem agitabunt, cuius interpres obuiat Guſtus, & Linguæ Tactus præcurrit? Quod ſi á formæ recondita aliqua proprietate, vt Plotinus, & Claſſis eius optarunt Authores, id ea præſtare aſſeueraueritis, in aliud continuò abſurdum recidetis: per hæc ſi quidem, vera negabitur Alimenti ratio, quam Philoſophi ſanciuère, Alimentum nempè eiuſdem fore ſpeciei cum deperdita noſtra ſubſtantia, ſed huic per vos addendum, poſſe noſtram ſubſtantiam,ab alia aliqua qualitate, ſiue vi nobis incognita reſtaurari. Sentimus præterea,eodem moniti experimento,non valere ſanum Corpus vllum,lapidum, aut metallorum, Extractorumq; ſuorum præſidio conſeruari. Cur itaq; infirmum, confingemus ope illorum reuicturum? Sed non alterare repetamus,initio ſumpto á Calore,quem ex nullo iſtorum ſentimus augere: neque ex vllo arguere poſſumus id futurum,quandò Guſtus ab iis in Calorem non alteretur,quo præuio nuncio,venturas virtutes prælibamus? Quandò condenſata á frigore,Vinci frigido non coniectemus? Quod ſi ſiccitate agere ea dixeritis intra nos, non video ipſe cur in pauca Quantitate deuorata, non pereant abſorta in Alueo ventris, & Pelago humorum non perdantur. Terrea etenim ſiccitas, non poteſt Aqueum humorem incraſſare, niſi copia præualeat. Adſiſtendum porrò ſanguinis fluxum, ex rupturis Venarum erumpentem ediſcimus medico exercitio,non quidem puſillum,ſed plu-

rimum

Digitized by Google

rimum pulueris inſpergendum. Ad quid ergo pauxillus datur ægrotantibus Cordialium veſtrorum, ſi colluuie tumet Corpus, ſi diluuio humoroſitatum inundat? Vires adhuc exeri magnas à minima quãtitate ſubſtantiæ nõ potuerunt mei ſenſus ad hũc vſq; diem percipere: nam trahere Magnetem paucam, ferrum, at paruulum vidi quidem, eandem tamen animaduerti nec magnum trahere, nec loco quatere. Multa ebullit intrà nos eluuies, febre dum opprimimur, & veſtra potiſſimùm, ò Veneti magiſtri, maligna; quam alterare, & vincere non quidem bolus, ſed nec ampliſſima alia ſiſteret maſſa, aut inflecteret. Alere itaque non poſſunt metalla, nec lapides, ſiue extracta metallorum aut lapidum. Alterare pariter nequeunt. Nec tandem ſi ſpecifica aliqua proprietate valerent, ſenſile tamen beneficij opus aliquod promouerent, quum puſilla inſtituatis decoranda. cui ſi lubet addere alterum, non poſſe ſcilicet Quinctas eſſentias quas promulgant plerique fabuloſas purgare Corpus ab impuritatibus morboſq; ob id depellere id certè non inanem habuerit euentum. Nàm fidunt Chimici protectores ſuis illis illuſionibus, quod Aurum conſocietur cum natiuo noſtri Calore, quo aucto, Calor inde inſurgat in abigenda, & profliganda faſtidia Corporis. Commentum iſtud quas condat fabulas attendito. Id præſtare aurum Qualitatibus elementaribus negant: id enim defendere non poſſent quamquàm verè Philoſophiæ, compotes. Ergo in proprietates abditas neceſſarium confugium. Aiunt itaq; Cæleſtem eſſe Calorem Cordis, & Cæleſtem Auri Calorem ſiue virtutem. Cui inde addunt ſuppoſito, defectibus tunc præſto eſſe Aurum noſtri huius Caloris, ſi quando langueat, quo reuiuiſcente, grauiora expediat, & in obiecta mala potens inſurgat, ijs Ego. Æternitatem per tantas nugas parari nobis certiſſimum; quam nullus tetigit. A morbis adhùc ſecuriſſimam abſtinentiam, & immunitatem, quam nullus habuit. refectionem inſuper ſalubriorem quam ſenſit nullus. ſed proximius accedas: Natiuum vos Calorem, Cæleſtem profitemini, & liberè publicatis, nec innumeris viris ſapientibus aliter ſentientibus reſpondetis? Cæleſtis itaq; Calor ab elementari, hoc eſt alimentali, & a Cęleſti, diuerſis ſpeciebus ſuſtinetur? Alteratur, minuitur, augetur, perit, reuiuiſcit, cæleſtis? Cæleſtis ergo & elementaris paribus priuilegijs gubernantur?

E Aucta

Aucta ergo Cæleſtis ſi amouet vltrò peccata humorum & Corporis, ergo Pueri, & fortiſſimi nunquam tacti morbis? Quid tandem? efficiunt cæleſtibus, terreſtria? enecant cæleſtem vitam, & ſublime principium viuendi fęces alui, excrementa ſanguinis, elementaria? Alias tamen ſatius transferre exquiſitiorem huius propoſiti doctrinam; eo nempè loci, vbi de medicamẽtis omnibus ediſſeram, Deo protegente ſtudia & vitam. Audio tamen repugnantiam à Plotinicis illis & Aſtronomis: ſpiritum dicẽtibus cæleſtem imitari, & trahi in paratam materiam; quæ ſi cõfundatur, & conſpurcetur euaneſcere & perire, tãquàm aliquid ſpiritus medium, inter Corpus, & Animam. Ijs ergo puriſſimis ſubſtantijs inſertum eſſe aſtruunt plurimùm eius exquiſitioris & Cæleſtis ſpiritus. qui non ſegnis ſi occurrat ſpiritibus Cordis puriſſimis, eos clarificabit vltrà, & illuſtrabit, qui valeant inde ſaniores, ſanitatem tueri, & animi tranquillitatem propagare. Ijs non obſiſto ipſe: ſed velim hæc recogitata. Naſci ſpiritus noſtros vitales de die, in diem à craſſioribus alimentis & ſanguine: eoſdem perire de die, in diem ob animi patemata, & peccata Corporis. Quamobrẽ non ſufficit ad ſanitatẽ nec ſat eſt ad vitam quod ij illuſtrentur, ſed neceſſariũ eſt, vt regenerentur; id quidem quod nulla metalla queunt præſtare. & præterea non eſt vnus ſpiritus cordis, qui vitam ſuſtentet, ſed præter eum & Venæ, & Oſſa, & Carnes craſſius pabulum exoptant. Quamobrem des quãtum voles horum Cordialium ſiue extractorum, nec ad ſanitatem, nec ad vitæ eſſentiam ſufficient. & fidère iſtis leuiſſimo filo eſt vitam appendi, fabuliſque & commentis eorum ſuſpendi, qui loquacitati primùm ſtudent, quàm demonſtrationi, & veritati. Reliqui rurſus illi ſpiritus, & quas vocatis Quinctas eſſentias ex ſimplicibus erutas, quas teneant vires, in reficiendo, non valui adhuc, aut ſenſu percipere, aut ratione diſcurſu vè vllo introſpicere. Mixtum (mecum diſcurrebam) ſi eſt Corpus hominis, à ſimile quod eſt mixtum conſeruabitur. Simpliciſſimæ ergo Quinctæ eſſentiæ, qua legis benignitate alẽt? Addetis fortaſsè, ſpiritus illas excitare ſegnes, eoſdemq; turbidos ſerenare? Hoc tamen afferto, nutrire non concludetis, ſed ſatiùs alterare. Vellicabunt nanq; (vt ita dixerim) ſegnitiem illam, & impetu erumpentis calorificè qualitatis diſcutient ſuas illas præter naturales Nebulas. Hoc quidem

dem euenire poſſe opinor. At magnificas illas eximiæ potentiæ laudes in populum iactatas vnde excerpitis? Cur veluti Theſaura ſolis arculis ſanctioribus cuſtodienda committitis? Nonne odores ipſi ſuauiores, & acutiores, hanc de ſe elidunt gloriam, & ad hanc ſolam nati ſunt ſalutem adferendam? Quid ergo ſupra Florum, aut Aromatum excellentiam, illas tranſportatis? quos tamen Flores, quæve Aromata vulgari vt potè manu tractata paſſim contemnitis. Verùm ſi iſtis non contenti inſtaueritis Quinctas haſce eſſentias præditas ea eſſe facultate, quæ reponat deperditos ſpiritus, quibus veluti cardinibus ſiſtit vita; ego tunc fieri non poſſe ſpecularer, vt ſpiritus animæ, generet ſine præuia alteratione, adueniens aliquod ab extra: id quidem quod fieri poſſe, conabor eo loci demonſtrare vbi quo pacto vinum nutriat, ediſſeram. Conceſſo tamen, tali in præſentia ſuppoſito, non verificabitur adhùc, Quinctis veſtris eſſentijs hoc eſſe priuilegium delegatum, regenerandorum animę ſpirituum. Si etenim Pingue, & Vnctuoſum nutriunt ſola, Aerei certè & ſubtiliſſimi veſtri ſpiritus minimè pingues, non Aquei, non Vnctuoſi, qua cum Arte nutrient? ſed humanos dicetis aereos. Erratis certè: nam prodeunt ij à ſuccis Animæ altricis, & ab illis nati emergunt. Cuius ſuæ Originis illud adeſt teſtimonium, quod deficientibus ſuccis, ipſi quoque delinquant: corruptis pariter corruant.

Ad complendas itaque reſtaurationis intentiones non debent rationales præſidijs iſtis abuti extractorum, aut Quinctarum eſſentiarum: nec tot tantiſque ob id ea celebrare encomijs: ſed coacti artis ingenuitate, debent ſuam illarum doloſitatem patefacere. Non ea ſcilicet Nutribilia: Non mira: ſed paululùm Alterabilia, inania, pauperrima remedia. Neque Alterabilia tantum, vt ſpei aliquid fructificæ proponant; ſed parciſſimè prolifica ſalutis: quæ dum ſanum hominem nequeũt ſeruare, ægrum neque ſanabunt, ac multò minùs morti proximum reuocabunt. In vnica ſiquidem perſiſtentia virium, quam ſtabilis firmat Nutritio, Vita perdurat. Alteratio verò, quantùm vis potens, ſupponit ſemper hanc virium firmitudinem: qua ablata impotens, & ipſa ruit alteratio, vt potè quam moliatur virium robur, & ſimplex virium integritas ſuccendat. Vina, Vina, Chimiſtæ? Vina Nutriunt. Vina alte-

E 2 rant.

rant. Vina ſuſtentant firmos, erigunt lapſos, cohibent cadentes; Vina edunt miracula, non extracta, non lapides, non Quinctæ eſſentiæ nomina fabuloſa; non boli, non pillulę argenteæ, aureæ, aut gemmeæ, plebis deceptiones, incantamenta marſupij, vituperia ſapientiæ, medicinę opprobria. Hæc dulcia: Hæc Vnctuoſa: Hæc Pinguia: Hæc Leuia: Hæc calidi connati Pabula, corporis humani ſublimia, certiſſimaque Alimenta. Hæc verè ſapida. Hæc propterea celebrando elogijs veſtris, Encomiaſtico cantu, & lira. Hæc ſeueriori diſciplina in vſum Vitæ percolenda, in ægrotantium commodum miniſtranda, & pręſens vt tentat labor commone facere ſemper ſaluti hominum imminentia.

DE SPECIEBVS SAPORVM Generalibus.

CAPVT XXVI.

EXpedita notitia eius doctrinæ, quæ conceperat generationem ſaporis, ordinis doctrina nunc poſtulat, vt ad ſaporis ſpecies orationem deflectamus. At Saporis quidem hæ ſpecies, aliæ ſunt genericæ, aliæ vini particulares. Genericas primùm, vini deinceps proprias recitabimus: vt quam affectamus hiſtoriam incæptam vinorum, eam à generali omnium diſciplinarum promptuario Philoſophia, eruamus. Numerum ſpecierum Saporis generalem retulerunt varium, Viri ſapientiæ fama illuſtres. Alij terdenum fecerunt, vt Plinius in Naturali ſua hiſtoria. Nonenum alij cuius meminit Aueroes 5. colleget. Octonum Alij, quem ponit Ariſtot. lib. de ſen. & ſen. nec non Theophraſtus lib. de cauſ. Plant. 6. Septenum alij cuius fuit Author Plato in Timæo.

Hæ magis famoſæ de eius ſpeciebus opiniones: quæ quamquàm diſcordes numero videantur, non tamen diſſentire inuicem certò fies: niſi velis inter exactum, & imperfectũ, contrarietatẽ conſtituere. Plinius non ſimplices, ſed compoſitas etiam,

compu-

computauit. Plato acuit nimium meditationem. Aueroes non generi cuidam, ſed tùm Cibis, tùm Medicinis ſuam applicuit inſtructionem. Ariſtot. tandem & Theophraſtus, poli duo, circa quos aguntur indefeſſo motu, Philoſophantium Orbes, eas ſolùm memorarunt, quæ generico ſaporis nomini competere ſunt arbitrati.

Ab Ariſtot. ergo ducti, veras ſaporum, nos quoque repetemus ſpecies Octo illas ſtatuentes Dulcem, Pinguem, Acidam, Acerbam, Acrem, Auſteram, Salſam, Amaram. Claudit hic numeri curſum, eo quia præter iſtas, Guſtus nullam diſcreuit aliā. Abſolutus hic inquàm numerus, ſolus etenim qui cadat ſub ſenſum. Plato tamen, harum ex Claſſe ſubduxit Pinguem: eo fretus conſilio, quod cum Dulce coiret, Pingue. Ariſt. eiuſdem ſententię conſcius, ſolo dulci contentus, præterijt non raro, Pingue: recordatus in alterius definitione alterum concludi: & parumper diſtare quæcumq; aliquo tantùm in accidente ſeparantur. Definiebat ſiquidem, vt infrà patebit, Dulce, Theophraſtus, Saporem eum, qui emungit & implet ſquamoſas linguæ latebras cum voluptate. Idem prorſus præſtat & Pingue, at ſine voluptate: quare ſimiles, & ijdem omninò vno in nomine ſapores. Quinimò Polibus, ſiue vt volunt Hippocr. de Nat. Pueri, & de Carn. Pingue alimentum, à dulci nunquàm ſeparat: craſſam enim humiditatem concoquens calor, & calefaciens, edulcat: & calidum metropolim, repetit Pinguis. Et Galen. 4. de ſimp. fac. nunquàm ab alimento ſemotum inquit Dulce: cuius ſignum eſſe ait, quod trahuntur à ventre amica, nec amicū Guſtui, niſi Dulce. Recepta hæc itaq; habeas ſaporum nomina. Cui nominum cognitioni ſi velis adiungere binas alias appendices, diſcurſui ſaporum perneceſſarias, Originis nempè ſingularum ſpecierum, & Operationis quem exercent ſingulæ in lingua morem perfectiſſimum, numeris omnibus perſolues opus, & in vini ſapores, quod primùm optas, paratior ingredieris.

Quod verò ad Originem ſingularum ſpecierum ſaporis attinet, illa tibi ſunt controuerſa contemnenda, quæ plurimorum mentem agitarunt. An ſcilicet ſicut Dulce & Amarum primæ ponuntur ſaporum contrarietates, ità earum author Calor & Frigus contrariorum illorum concurrat protector. An pariter Auerois in Galenum calumniæ, quæ leguntur 2. de Anima

tex. 105. pondus habent, de Galeniq; claritate aliquid demant. Nam ſufficit tibi ſapidas qualitates, in Hominis ſtudium relatas, perpendiſſe: quo cum Articulo ſuſtineberis contrà inſultus tàm prioris, quàm ſequentis contentionis. Generationem ergo Dulcis exorſus, dixeris cum Ariſtot. Theop. & Galeno (relicta ea Democriti opinione quamquàm planiori) proximum hominis Alimentum Dulce eſt, quoniam coctius quoddam: tale gratum homini, quamobrem Caloris temperati proles. Dulce tamen iſtud optimam paſſum temperaturam debet cõſociare ſibi Vnctuoſitatem, eo quia Coctionis, & Coctæ materiæ propria eſt Craſſitudo. Quæ ergo magis Pinguia, ea perducta in exquiſitam compoſitionem à Calorifica virtute, & alimentando magis idonea; quæ verò minus Pinguia, ea parumper cadentia à virtute illa exquiſitæ calefactionis.

Amarum Nutritionis eſt priuatiuum, vnde excrementum. Excrementa rurſus, vel extranei Caloris, vel Frigoris opera: & ab vtroq; volunt exire Amaritudinem, & Ariſto. de Veget. colliget, & Aueroes; quamquàm reclamet Galenus, caloris exceſſum, vnicum Amaritudinis accuſans promotorem, Ariſtot. tamen, & Auerois, tutiùs ſequi partes. Nam amaricare calida non negamus, ſed amaricare etiam frigida in opio experimur.

Salſum, calore deſtituitur: quare cum Amaro conuenit: & exit Calorificæ operationis excrementum. Auſterum, Caloris plenioris ſoboles quod infrà demonſtrabimus, & in vinoſis, lambit vniuſcuiuſque guſtus.

Acre, quod in Pipere, Sinapi, & conſimilibus reſidet ab ęſtuoſa erumpit copia Caloris.

Accidum, quod Aceto proditur, frigore fouetur. Acerbum deniquè quod ex ſilueſtris frugibus exſugitur, Calore orbatur:

Innoteſcent verò magis horum ſaporum originarij parentes, ſi operationes quas exerunt in lingua (quod alterum proponebatur diſcurrendum) ſingillatim meditati fuerimus. Linguæ etenim Tactus, ſentiens qualitates ſaporum, poteſt eadem, dum nectit ſapidum, ſoluere quoq; in orationem ſapidi facultates: in cuius planicie qui inſcribuntur caractheres, ijdem poſſunt, mẽtem ſculptoris notificare. Sed notas iſtas aperire verbis, negotium arbitratus eſt Galenus perdifficile; cum facultas exponendo-

neudorum ſenſuum, nobilior multò, quàm concipiendorum, intelligatur: & exercitati tantùm non cuiuſuis alterius, id detur muneris expedire. Galen. itaque qui plurimùm potuit facundia, palàm profeſſus eſt, à ſe vnico tantos caractheres reuelatos; vnicum ſe ſe præponens, qui facundam exercere, & docere poſſit medicinam. At ego ſe multo facundiores inueni, à quibus edoctus Galen. debebat ingenui ſtimulo, fateri ſe lingua ſuperatum, & ingenio, gloria, atque doctrinæ ſtudijs præcurſum. Plato alter eſt in Timæo. 6. de Ca. Plant. Theophraſtus alter. Hi etenim illa eadem ſcripsère de ſaporum ſingulorum operationibus in lingua, quę Galen. ſibi nimium in hoc iactabundus, arrogauit. Hos ergo viros ſecuti, exaratas in linguæ tabula notas, ſic nos quoq; recludamus: vt quid ferant ventri, & quid polliceantur reipublicæ Corporis, ab ijs relatoribus fidiſſimis, condiſcamus.

Auſtera, in profundum linguæ videntur ſubire; in qua aſperum quendam, & inæqualem mouent ſenſum, veluti reſiccātia, & humorem membri illius, depaſcentia. Ne dubites ergo ex huiuſmodi conamine, talia iudicare ea, qualia protulit ſuperior coniectura: Calida nempe, & plenioris æſtus germina.

Acerba, linguam contrahunt, deſiccant, & in multam profunditatem vſque exaſperant. Et hæc cur frigida non fateberis, qui ſcias frigidum cōtrahere, ſuccumq; frigidiorem, per poros diffluentem obcomprehenſionem humoris exſiccare, & partes inde exſiccatas inæquales reddere?

Salſa, dum linguam contingunt, abluere videntur, & detergere, cum pauxilla quadam adſtrictione. ſubcalida itaq; cuius muneri indictum ſit diſgregare, diſſipare.

Amara detergere ſentimus adeò moleſtè vt exaſperent quoque. Hæc itaq; Caloris præpotentis arma, quæ diſſipant priùs, quodcumque obieceris, deinde ſiccitate inuſta, aſperitatem relinquunt. Acria mordicant, roduntq; linguæ molem, & id acri quoddam cum vulneris ſenſu: vnde non reſtet tibi hæſitandum, torrido ea Calore incendi, cuius flamma humidum quodq; depaſcens, peruertit ſtructuram, continuum ſoluit, & dolorē continuò adducit. Acida, mordicant & ipſa, roduntq; at cum ſenſu frigiditatis, quæ fermentandi quoq; vim obtinent. morſus quidem, & Eroſio à frigiditate exprimente fortiter humorē:

quo in opere quid mirum ſi fermentatio quoq; ebulliat, cum queat vis illa inſignis, congregare æterogenea & violento raptu, trahere in vnum diuerſa?

Dulcia inungunt, implentq; linguæ foramina: reſtituunt inſuper exaſperatas ac veluti eroſas linguę particulas. Officia euidentiſſima, ſuauiſſimi Caloris, qui temperationis, ac mediocritatis, cuiuſq; author, perficit cuncta, medeturq; incommodis. Sed inſigni addendum, cum voluptate, hæc à dulci abſolui; quæ ſi deſideretur, non amplius Dulcia, ſed Pinguia, ſiue Vnctuoſa. Et patet hinc manifeſtè, non differre Vnctuoſum à Dulci niſi per voluptatem.

Qui extent Generationis cuiuſq; ſaporis modi, quæue operationum arcana, ſatis & ampliter agitatum. Reſtat auferre tenebras quaſdam, lucem dictorum obtenebrantes. Nam dubitare non importunum, Aliud ne ſapores iſti, depromere poſſint in interno viſcerum exemplum ſui iuris, atq; in lingua imprimant. Adhuc, quid habet inquies commercij lingua laxa, humida, mollicula, cum Hepate duro, denſo, ſicco, rigido? Vlterius: quomodo fidendum inſtabis linguæ, extraneis ſæpe humoroſitatibus infectæ in ferenda ſententia de exquiſitis puriſſimiſq; ſapidi alicuius operationibus? Altius quoq;. Quæ dices, conſequentia à ſapida ſubſtantia non altercata, ad eandem alteratam, & actuatam? In lingua iudicium ſapidæ rei non alteratæ: intrà nos verò varias ſubeunt mutationes: quare aliam, vt principio dubitatum eſt, intrò poſſunt exercere operationem ab ea quam Guſtus in lingua pollicebatur. Hinc quot amara linguæ frigore, non autem Calore mortifica? Quot Dulcia faucibus, venefica viſceribus? Quot inſipida gutturi, violentiſſima ventri? Commouent hæc, non dubito, animum, at non diuellunt à vero. Quare abigenda nox oculis. Duo inſident in lingua ſenſus, Tactus & Guſtus. Tactu, ſapidi tactiles percipimus Qualitates, Guſtu nutribiles. Quandò docent, ex linguæ ſaporibus firmam nos colligere conſequentiam euentus intra viſcera, verificant id, de operationibus potiſſimùm tangibilium qualitatum: nam Tactus ſenſum communem collocauit natura, inter linguam, & interiora. Cæterum quandò opponitur, linguæ mollitiem, laxitatemq; ſuſpectam eſſe, dicimus nihil ea impedire quòminus præcognitum qualitatis robur, nō promittat eaſdem.

Digitized by Google

dem in intraneis vires,ratione habita mutationũ, & alterationum eius. Quandò inſuper vrges, linguam corrumpi ſæpius: reſpondemus priuatum alicuius peccatum, non impedire, propoſitionis communitatem. Vltrà, cum inſtas non valere conſequentiam à ſubſtantia ſapida,non alterata,ad alteratam, hoc neq; aſſertionis moratur efficaciam: nam recipit aliquam alterationem ſapida res in lingua, quam adauctam in Viſceribus: potentiores ſuos elidit,in actum reducta,effectus. Quo autem tempore emittat victa à Calore ſuam virtutem,& quantam, id medici curantis eſt opus, vel edocere, vel cognoſcere; quod pluribus in locis monſtrauit Galen.nec iſtud nos reſumere,ob tedij culpam auſerimus. Id tandem quod poſtremùm obijcitur de linguę illuſione, quæ ſemper amarum iudicat Calidum, quod intrà frigidiſſimis poſtea agit inſultibus: ſępiùs præterea alimentum opinatur,quod inde medicamentũ experitur, hoc dicimus non appellandum quidem linguæ vitium,ſed Iudicij potiùs æſtimatiuæ animæ erratum, quæ confundit non ſemel cum ſimplici compoſitum,& alteri adaptat,quod alteri imputãdum foret. Contingit ſiquidem vt inter diuerſas particulas,id quod potentiùs Guſtum mouet reliquas obſcuret partes, in internis demùm futuras validiores. Id in Opio; in Manna idem; in Caſſia, & in alijs innumeris locupleti ſatis cum euidentia cognoſcitur.

DE SPECIEBVS SAPORVM Vini.

CAPVT XXVII.

De generalibus ſaporum ſpeciebus egit ſuperior diſcurſus: Iam congeſta in vnum ſupereſt, vt ad priuata, inſtituto deſeruientia,deuocemus. In vino,non omnes hi ſapores inſerti,ſed ex ſolemni numero,tres ſibi abſorbuit euidẽtes, Dulcem, Auſterum, Acrem. Plures negauit Galen. ſtillari ab eo. Acidum verò Amarum, Acerbum, ſi vnquàm tu delibaſſes, nec genuinos tamen vinorum perſuaderes, nec potabiles affirmares.

Acer-

Acerbum enim, de immaturis: Acidum de Aceto. Amarum, de corrupto. Veruntamen ſectione 28. hæc demandata: ſoli interim ſuperſunt cum Galeno primi, familiares, & legitimi potabilis vini ſapores affirmandi. At non leue dubium, Ariſtot. proponit Doctrina 3. Problem. diſſeminata, & dari quartam ſaporis in vino ſpeciem perſuadet. Vinoſitas, inquit Philoſophus, domeſticus inſeparabiliſq; vini eſt ſapor. Proprius certè, nam alio nullo in liquore, animaduertimus. Quartus verò ab alijs, quoniam primus & ſempiternus inter potandum occurrit. Negabit nullus vinoſitatem non immerſam in vino, nec diffundi per fauces patentiſſimam. Sed quartam ſuperuenire ſpeciem ſaporis, proculdubio repugnabit, fretus eo conſilio, quod vinoſus, cæterorum vini ſaporum, ſubſternatur fundamentum. Quinimò celebrares vinoſitatem, vini formam: ſpecies verò illas Dulcis, Auſteri, Acris, qualitates quaſdã, & mixtionis incolas. Id ſignificauit Theophraſtus, Alimenta quæq; congenitum ſaporem ſibi præfigere, quo peculiari, indiuiduales ſibi demum conſciſcunt differentias. Sic Cepa quamquàm Acris, habet tamen propriã ſub Acritudine indiuiſamq; Cepæ ſapiditatem. A formę itaq; principio cum nobiliores prodeant actiones, hinc Inebriatio, à ſpecifica vini forma, à vinoſitate videlicet, non ab Auſteritate, idem determinante Ariſtot. 3. Problem. effloreſcit. & Aquoſa vina, ob id quidem vina, quia ſuam & ipſa includũt vinoſitatem; quamquàm Dulcedinis, Auſteritatis, & Acredinis eluſerint iugum. Sed quæ polliceantur, Sapores huiuſmodi attendito.

DVLCIS VINI IVRA.

CAPVT XXVIII.

QVod vinum lenit fauces cum voluptate, illud Dulcis nomine dignamur. Talem Dulci Sapori accomodauère ſuperiùs definitionem, & Galen. & cum Theophraſto, Ariſtot. atq; Plato. Voluptatem verò afferre, eſt perficere ſenſum, & ſuis defectibus præſtò eſſe: quemadmodum Guſtui intereſſe, nihil aliud,

Digitized by Google

aliud,niſi Alimenta in Eſcam dare,concedunt. Et profectò,in vera nos voluptate natamus, quo tempore ſenſuum ridet harmonia. Neq; hanc Tactus,ſed & Guſtus,& cæteri,vt ſuum venerantur Deum. Verùm perpetuam non ſentiunt: decorat enim breue tempus,cuncta;& Naturam ipſam dilaniant interritæ Elementorum contentiones, vt inde propterea cadentibus ſuffragia perpetuò neceſſaria. Pereunti ob id Calori, ſi Calor ſuccurrat voluptuoſum: ſi Frigori,Frigus: ſi Humori Humor: ſi Siccitati Siccitas. Nec aliter Mollia,Mollibus: Aſpera,Aſperis;Dura Duris,amica. Hæc ſiquidem tactum ſuſtentant,quãdiù opportuna aduenerint,& pro neceſſitate,optata: quare ſubleuant preſſum Caput ſenſus, & in motu ad Antiquam ſui abſolutionem, ad priſtinam quoq; perfectionem hillarantur, geſtiunt,Voluptatis ſenſuum,veræ, & fidiſſimæ voces. Guſtus pariter potentia Animæ tunc temporis abſolutiſſima ſuis numeris,quandò integrant eam incorruptæ guſtus concinnitates, cui tunc nobiliora Alimentorum ſuauiſſima, ob familiare inter eadem commercium; nec ſi paulùm defecerint, acerbæ, quinimò voluptuoſæ, ob regreſſum ſcilicet in Antiqua ſolatia.

Dulce has ob cauſas Vinum, Tactui ſemper voluptuoſum, Guſtui nunquàm non ſuauiſſimum, quia lenit fauces ſiccitate aſperatas,& ſquamma inæquales, ſubſtantia qua donãtur molli,leni,atq; vnctuoſa. Quo etiam titulo Tactus viriata Organa emendat· deinde Guſtui attendenti nuntia profutura Corpori gratificatur, voluptatem affundens, fidus Alimentorum interpres. Quæ cum eſſent Cordi magiſtro principi medicinæ Hippocr. ea ſummoperè Pleuritico commendauit, faucibus ſiccato ob febrem, & Arterijs ſcabro, ob tuſſim. Quæ tamen faceſſerent ſitim,à non ſiticuloſis diſcriminauit: conſcius Dulciũ alia Potentia,alia Imbecilla delibari. Sed hanc ingredi diſtinctionem importunum in præſentia.

Conſentanea primùm concludas homini cum afferat ſemper Dulce vinum,quem ſuſtentant ſolum, ſiue componunt vni cum,temperata,quid ceſſas terminare,Dulce vinum condidiſſe quandam Caloris benignitatem concinnaſſeq; mod peranteṁ Calorem,partes vini quaſq;in æqualitatem,atq; concordiam?

Recipiunt tamen qualitates menſuram,& maiori,atq;minorieu ariantur,quibus ijſdem ſubiacent regulis Dulcia: horum

nanq;

nanq; alia excellere Dulcedine, alia languere, alia in horũ medio iacere, ſentimus. Quapropter, nec tangunt vnam cunctametam officiorum; nec nobis quælibet, pari amicitiæ gradu, domeſtica. Imparem hanc Dulcedinis ſpeciem, quæ ſecreta, quæue diuina producant, quæſitum non inefficax. Caloris hæc, vel robur, vel infirmitatem decernunt: nec dubitãdum pro ſubiectæ materiæ dignitate, inæqualem ad vina aduenire, ita vt, in pingui, Craſſa, & corpulenta ſubſtantia, fortis adcurrat; in tenui verò, molli, & fluida, impotens, languidus. multa enim & Hippocrati, & Galeno ſemper coniectura, ex bonis corpulentiæ: & eam diuidere aptam, genera Vinorum lib. ſæpiùs citato, & de ſucc. bon. & vit. decretum. Vnde falſum non ſit, nec abſurdum conſentire experimentis, & horum Dulcium, Pinguium nempè, cuncta conſtituere calida; cæterorum verò hoc eſt Tenuiorum, vniuerſa determinare frigida. Nutriunt illa, ſi priuato cuiuſq; cedas teſtimonio, hęc verò lubricant. ſiticuloſa quidem illa, hæc verò ſitim ſoluentia. replent illa, hæc exinanire ſenſeris. Tumefaciunt illa hepar, detergunt hæc hippocundria. Bilem augent illa, minuunt hæc bilioſa. Obdurant illa replendo, hęc mollificant humectando. Illa incraſſant bibulos, hæc ſitibundos anguſtant. Illa Demùm anguſto ſiccantur Calice ſaturantia plurimùm, hæc latiſſimo, ac fęcundiſſimo ſiccari, nam perniciſſima ob tenuitatem ſubſtantiæ, & ſubeuntia anguſtias quaſq; ob eiuſdem ſubtilitatem. Illa ergo nulli dubitandum calida: at hæc cur calida, ſi negantur ſiticuloſa? cur calida, ſi excurrunt confeſtim per Vrinas? Cur Calida ſi humectant largiſſimè? Cur Calida, ſi gutturi arefacto in acutis (quod in me quoque ipſo expertus ſum auxilium, cum adſtantium acceptiſſimo documento) adueniunt mollimen, & ſuffragium? In ijs conquieuit coniecturis Hippocr. 3. de victu. acut. quod ob id bonas appellauit, quia ſenſui confirmando ſufficientes; cui & obſequitur, & fidem præſtat potiorem medicus, quàm ratiocinationi, aut præclarorum legi. Verùm, proprio vt plurimùm calori vinorum, non credita Imbecillorum dulcium, dulcedo, ſed adſcititio potiùs & ſolari: quam propterea amittunt quàm citiſſimè, & intra nos exalant ſine fructu vllo Calorifico, vt potè in languidula materia vinoſa, infirmo, ac fragiliſſimo. Diſtingues facilè duplicem hanc dulcedinem à Voluptate, & à Pinguitu-

dine

dine quam deportant ebibita. multa Voluptas cum non impari Vnctuoſitate, vina proponit æſtimanda primi gradus Dulcedinis dulcia. Pauca verò voluptas cum pari Vnctuoſitate, deprimit precium eorum, & ſecundi ordinis dulcia exiſtimanda, reddit. & profectò Typus dulcedinis, Voluptas eſt: indicat verò ſpeciem corpulentiæ, Pinguitudo. Nec ſine germana voluptate pinguitudo vnquàm aliena. Quemadmodum ſine Caloris copia præeſt nunquàm Pinguitudo ſuccorum: cuius proprium ſcimus Caloris, multum ſuccorum à Terrę Aluco abſorbère, & craſſare attractos, ad coctionem, atq; vires indicandas. ex oppoſito verò, Caloris inopia in macilenti reſidet ſucci materia, vbi ſtratum, & domicilium ſuum deſiderat legitima Caloris indoles. meracia ſemper recenſuère Dulcia Antiqui, quia nullius generis imbecilla decorauère. Ea ſemper in proſpera valetudine conſueta: hęc raro in aduerſa perſpecta, aut comperta. Hanc ob Cauſam breui de ijs Hippocr. 3. de vict. prolixus ac ſtudioſus Galen. Ille in Aſia, hic in Italia: Ego verò in Italiæ Theatro, Venetijs, vbi tùm generoſa, tum Aquoſa non impari Copia, effuſa. Hæc ratio cur viderit nunquàm Hippocr. Alba dulcia, quoniam in Æſtuoſa regione commorabatur; nec Galen. eadem commendauerit, quia cum cæterorum muſis, meracibus Sólis inſtàbat: ego verò Alba dulcia, probauerim, imbecilla facultate, inuigilans hoc in rerum ſæculo ſalubriori Diæta Æſtuoſis atq; Febrium rabie adflictis.

Non dubitemus ex ijs propterea conijcere partibus primi generis vini dulcis Iura eſſe primùm Nutrire plurimũ, ob Pinguitudinem nempè ſuam, quam paraſſe in ſucco naturam ipſam didicimus & ob materiæ probitatem, & ob opificis ſui virilem efficaciam.

Dulcia alia, generis infimi, quandoquidem ſoleant in tenui ſubiecto fundari, quæ infecunda vegeti Caloris languent, quæ propterea Vnctuoſitate deſtituuntur, ſubtilia, fluida, negãt hæc optatã Corpori Alimoniam, & quam breuem miniſtrant, eam ſolubilem, infirmam elargiuntur.

Primi generis dulcia, Generoſa ſcilicet, frangunt breui appetitus robur, quum repleant protinùs carnes, extendantq; ad nauſeam vſq; Viſcera: Acida hinc dilecta, necnon Acerba, ad correctionem, ne guſtus nempè nauſeet. Mollificant quoque

ob

ob Vnctuoſitatem; quo nomine, & Nauſeam, & Vomitum, & Ventris citant lubricationem. Eadem cum Vnctuoſitate exaſperatas pectoris potiſſimùm partes leniunt. Tuſſes hinc demulcent aſperas. ſputamina educunt tardantia. laxant pectora.

Alterius generis dulcia, Imbecilla, flatus quandoq; citant, ſui paupertate Caloris. Sitim ſedant, Aquoſa. Decurrunt per Renes & Veſicam, tenuia. Refrigerant, Aquoſa. Lubricant, mollia, Priori in ſumma generi, ſtragulum terrea humoroſitas ſentitur: poſteriori verò Aquea. Illa ergo figitur in ſolido fundamento meraci, ac firmiſſimo, quæ propterea, & multos in annos conſcendit, & in domita geſtit per viſcera: hæc in aqueo innatans Pelago, & momentò perit, & languens tumultuat per interiora. Quamobrem euenit illi, vt Calido ſuſtineatur Cardine, huic verò contigit neceſſariò, vt frigida pro generis diuerſitate infirmetur textura: & quicquid Terreæ, fortiq; materiæ, cum robore Caloris adſcribuntur illi meritò conueniat. Quicquid verò Aqueæ cum molliſſimo calore, competit, huic alteri attribuatur.

DE AVSTERIS VINIS, ET De eorum facultate.

CAPVT XXIX.

AVſterum vinum, quale definiri debeat nequaquam poteſt Oratio, antequàm, quid Auſteritas ſit determinare. Galenus ſcriptum reliquit vocabulum Auſteri à Græcis depromptum, idem ſonans apud eos, atq; mediocriter adſtringẽs, apud noſtros. Dicimus propterea, Auſtera illa in Arte medica, quæ mediocrem in lingua imprimunt adſtrictionem. & dictum id quidem ad differentiam Acerbium, quæ non mediocriter contrahunt, ſed multum conſtringunt. Contrahere verò huiuſce vini, non idem opus exiſtimes, atq; conſtringere Acerbi: nam Acerborum motor Frigus; Auſterorum verò, Calor robuſtus, protector. Quamquàm enim quaſdam inſerant particulas Au-

ſtera

ſtera vina terreſtres,& ſemicrudas, quibus aduenit, & fortaſſis linguæ ſubadſtrictio,nihilominus, parum ſi immoreris iudicio ſenſus,inde perceperis fuſionem quandam, Caloris robuſtioris ſobolem. Fundere enim,Caloris miniſterium, & Fuſionis ſunt certè Auſtera productiua. Quò circa non acquieſcas licet in Adſtrictione, dū Auſterum delibas, ſed vltrà productus noua obſerues oportet,& maximam amabilitatē ex Fuſione illa coortam,quam dixeris ſatiùs Voluptatem,attendas. Triplices Auſteri,non fallaces,nec iniocundæ vnquā m notæ: quibus dignatum eſt huiuſmodi vinum Illuſtrioribus Elogijs dici,& merax, & Generoſum,& vinoſum.Merax quidem;nam Caliditate atq; Voluptate integris, patefacit ſua inteſtina: cuius forſitàn meliori ope,quam ſupradicta terreſtrium particularum, exiccans, paruam illam inducit adſtringentiam. Generoſum quoque, quoniam ab Antiquiſſima nobilitatis ſuę ſtirpe non degenerat: qua & fouere Corpora humaniſſimo Calore, & reficere gratijs atq; ſubſtantia, donatū prodijt. Vinoſum deniq, ad contēſtādam plenitudinem ſuę munificentię,& ad promptitudinem frugiferæ meſſis coindicandam dùm & munit Calorem, & mentem excelſam miniſterio, propagat. Tria ergo requiras Guſtu, in vino hoc Auſtero licet; Caliditatis primo ſenſum; Voluptatis deinde ſpiritum; Adſtrictionis denuùm lentæ fructum. Quibus deguſtatis, inferas confeſtim, vinoſum iſtud,meraxq; Generoſum.

In hunc fermè ſenſum Galen. 4. de ſimp.fac. Auſtera,inquit omnia,depoſita adſtrictione,Dulcedinem tempore acquirunt, atq; Acrimoniam. Vt nempè intimum eorum robur ſtare Calido decernat. & hanc pariter ob cauſam Aueroes. 7. colligit Aromaticum dixit Auſterum vinum, ſine amaritudine addens & Hypticitate: quod quidem fuſiùs inde definiens, hoc illud inquit eſt vinum,quod eſt vinoſum, in principio pungitiuum, & poſtmodū delectabile,ſine aliqua aut amaritudine,aut ponticitate. Id quoq; docet eius eſſe Caliditatis, quæ per vniuerſum corpus valeat penetrare, & pererrare: id præterea in ſthomaco parum admodum morari ad digerendum, at multum in hepate. Quod ſi legiſſes Galenum lib. de med. per loca:foliùs adſtringentię memorem in Auſteri, id reputes in gratiam medicamentorum dictum. In methodo enim vbi vinorum proprius

prius ſermo intumeſcebat, & Alimentorum modus meditabatur, cum adſtringentia, Granditatem, & Vinoſitatem, commiſcuit. Sabinum etenim, Adrianum, Albanum, Ariſinium, Titacarenum, recenſuit Auſtera; quæ certè non adſtringere ſolùm reputantur, ſed cum Adſtringentia, gratari faucibus & Calefacere iudicantur; vnde Meraciora, Generoſiora, Vinoſiora eo loci ab eo prædicata, & Nobilia celebrata. Nobilia inquàm ad differentiam Pauciferorũ, quæ ad ignominiam, Ignobilia protulit. Nobilia ad eorum coindicandum excellentiam, qua nobilium ſeſſorum epulas fumantes faciunt, & animas compotantium ſpumantes. Nobilia ob ſexcenta bona, quæ hominum generi diſſeminant temperatorum. Nobilia demùm, nàm veluti præcioſa in Annos exeunt, quàm longiſſimos: nota certè vinoſitatis, ac Potẽtiæ certiſſima, quos tangunt ſenos, & vlteriores, ſi credimus Galeno: nam Dioſcorides Annum hunc eorum eſſe ſentiebat, quæ mediam, non quæ arduam ætatem conſecuta erant. Quem Annum tantum abeſt, vt attingant Paucifera, quæ potius à primo etiam, cadunt.

Non incongruum arbitror hic adnotare, quod ſi vina deceat ea tantùm denominare per Galenum, Nobilia, quæ ad ſextum vſq; conſcendunt Annum incorrupta, deceat quoq; cum veritate aſſerere, Nos vel nulla, vel pauciſſima Nobilium colligere: quum omnium quæ noſtra hæc Ætas delibat immenſa copia, hodie binos penè videant potui integra. Et nihilominus eorum, quæ terminum hunc pertingunt, nos ij ſumus, qui temeraria nimium iactantia, Auſtera nominamus. Inferiores quanto Antiquis? apud quos ſuorum Auſterorum Nobilitas, Annis, vnde & genere præualebat. Quare ſublimem cenſuit inſinuaſſe laudem, vbi Permanentiam Homerus edidit: ſic enim ſui ſunt Pramnij datæ à Grammaticis, Græcis expoſitiones. Inferiores præterea diuitijs vinorum; quibus conceduntur artuum minutiorum libamina, non valida ſcandere gradum multorum Annorum abſq; fractura, aut ſepulcro. Niſi fortaſſe diceres maluatica hodierna, atque maritima plurima, locanda meritò inter Auſtera, quod quidem negare non auderem; calida ſi quidẽ, gratijs tumida & exſiccantia: at cum nec eadem ipſa ad tantos perueniant annos, dedignata iccircò nobilitatem antiquorum, contumaciter aſſeuerarem. & nos iterum illi idem ſumus, qui

vinis

vinis noſtris laudes Nobilium Antiquitatis temerè accomodamus. ij inquam (quod primum deplorandum) qui antiquorum attributa, noſtris inſani donauimus. Vetabant illi, teneræ & innocenti infantiæ vina Nobilia. Nos verò audaces, contulimus Paucifera noſtra cum ſuis, quorum nunquàm admiſerunt eloquium, & Paucifera minantes prohibuimus. Interdicebant ipſi, ſuas à vino Puellas, Matronas, & Nutrices, ne Temetum, vt inquit Plinius, olerent: Nos verò Imbecillum noſtrum indigna nimium cum lance librantes, cum Nobilibus illis, quibus ſolis ebullit fragrantia Temeti, Aquoſa quoq; denegauimus. Calidum Veteres Nobile prædicarunt, vnde in edaci viſcerum incendio, nimium eius vſum interdixerunt (nimium inquàm, nã nec potare nec noctare prohibuère, ſed perpotare, & pernoctare) & tutiſſimè bibi, quæ mediæ ſunt ætatis Dioſc. docuerit; & mediæ ætatis indicauerit, quæcumque ſeptimum Annum ſenſerunt. Nos inſegni etiam flamma Oligophorum pertimeſcimus; ſin Hippocratis omnia per ſapientum ſæcula ſapientiſſimi, qui cum Priſcorũ proficuo decreto concurrens, non Pueris, aut Virginibus conceſſit, ſed 3. illo de Victu in acutis flagrantiſſimis febre, conſultus inſtituit.

Scio per ſuperappoſitionem recentium perduci vina iſthæc noſtra Generoſa ad pleniores Annos, & ad longiores multò, quàm ſenos. At ſcio quoq; neſciam fuiſſe Antiquitatẽ huiuſce doli: ad quod credendum adducor: quia ſi per recentis incorporaturam Auſtera Antiquorum ad ſextum tantummodò perueniſſent, Ignobilibus noſtris longè inferiora fuiſſent, quæ tali cum artificio, vltrà ſextum perducuntur. Id autem aſſerere, abſurditatis Caput: laudes ſiquidem intonueruut illorum præclariſſimæ; & opera ipſorum exaggerantur, à Poetis, ſublimiora: id præterea repugnaret & fecunditati Cœli illorum, & Solis ſalubritati decantatiſſimæ, Regionis adhuc Italicæ færaciſſimæ, quam amplificat Theophraſtus, & Greciæ demum totius ſaluberrimæ ac frugaliſſimæ, quam ſublimauit tantorum hominum concurſus, cõcelebrauit tàm ſublimium ingeniorũ Oceanus. Tantis bonis, quantò nos quæſo inferiores? & tamen Nobilioribus potiri contendimus? Ergo non quidem Ignobilioribus noſtris conferenda, Nobilia illa, ſed Nobilioribus ſemper noſtris eminentiora, excelſiora, Nobilia ſubſiliunt Antiquo-

rum. Relinquitur ex ijs indubitatum, Auſteri verum propriũque nomen, dici de Vinis illis, quæ & Adſtringentia ſentiuntur, & Calidiora, & vinoſiora. Cui addito ſimul, Auſtera Antiquitatis, veluti Caput omnium, ſceptrum obtinere, ad hunc vſque diem Auſterorum; diciq; ob id noſtra per participationẽ quandam, non per ſummam, & legitimam potentiam, Generoſa, atq; vinoſa.

Vinoſitatis modò cauſam inuenire, & principia in Auſteris iſtis inquiſitori illi non redditur difficile, qui principem actionis efficaciam à Calore prouenire rependat: ex quo inficiabitur nemo, inſertum in iſtis prodigum Calorem. Illud enim penetrare in antroſa linguæ: illud exaſperare, exſiccare, ſubitaneo impulſu humorem fundere, fugare, quem Calorem non pollicentur? Nàm temperata Caloris menſura Dulcium propria, ſi voluptatem parit, excedens certè Auſterorum, feriet guſtum, & ſupra dulcedinem elata, Adſtringentiam promouebit, & Generoſitatem, atq; vinoſitatem induens, à Dulcedine, in Auſteritatem pertranſibit.

Calefacit ergo Auſterũ, Adſtringit, Roborat, Reſiccat, Exaſperat, Inebriat, Cogit, Abigit Excrementa. Aperit regias & anguloſas vias Corporis, ſudores mouet, Vrinas, Inflammat Vehit, mentem fœcundat, loquacitatem inducit, ruborem ſuperadducit, Carnes indurat. Alit optimo meraci & cordialiſſimo nutrimento, Animoſitatem compertitur, vitam propagat, Felicitatem cum ſanitate compertitur.

Calefacit primùm, eo quia vinoſum.

Adſtringit, quoniam ſua cum Caliditate humiditates abſumit; quibus conſumptis concidunt partes in ſe, & expreſſa humiditate concurrunt inuicem. Quo nomine medetur fluxibus ventris à cruditate oriundis: & inteſtinis humectioribus, ſiue & frigidioribus, ſthomacoq; laxo adcurret in ſubſidium.

Corroborat, quoniam adſtringit: vnita etenim omnia, robur antiquum communiunt, quaſi in virtutem propriam conſpirata. In raro propterea, ac denſo, paſſionum principia locauère Antiqui; exiſtimantes quod ſicuti denſo robur, ita raro languorem contraherent.

Reſiccat ob eam cauſam quòd calefacit, & in profundũ penetrans, humida cõſumit: quo etiam titulo Cruditates iam di-

ctas

ctas definit, atq; fluxiones. Tantoq; obeſt, vt Caput offendat, quod vulgò æxiſtimant, vt potiùs debile atq; fluidum exſiccet humiditatibus in illud corriuantibus depaſtis. Graue nanq; merum, non merum ferit Cerebri grandulas, & medullã. Inebriat ob Calorem tendentem vltrò ad ſupera, ſi perpotetur & ob particularum ſuarum ſubtilitatem, quibus cedit Calori ſubleuanti: hæ verò cum peruenerint in Cerebri faſtigia, commota illic & agitata ſpirituum turba, prudentiam præcipitat morantem, & in furias adducit feruentem Animam.

Exaſperat, nanq; ſiccat: Leuitatem etenim humiditas: aſperitatem verò, ſiccitas facit.

Cogit, quoniam ſiccat: & tali cum opere inducat atq; putrefactioni cuicumq; reſiſtit.

Abigit excrementa, quæ abſumit vi Calorifica: vnde Galenus de med. per loc. reſiſtere hæc habuit patenter Putridinibus.

Aperit Vias quaſq; Corporis tàm latas, quàm anguſtas, ob id quod abigit excrementa.

Sudores prolicit: nam mobilitate ſua calorifica, & partium ſubtilitate, inſinuans ſe ſe in externas vſq; Corporis fores, pellit humoroſitatem, quam conſumere nequiuit. fundit prætereà, vi Caloris.

Vrinas ergo ob fuſionem incitat.

Inflammat rempublicam Corporis, nam auget Calidiſſimum Alimentum, Sanguinem acuit; ſpiritus incendit.

Vehit, nam pellit atquè fundit.

Mentem fecundat, cum parſimonia, & cum Arte potatum: nam ſegnes tunc ſpiritus irritat, turbidos ſerenat, otiantes motat beneficio id Caloris atque vinoſitatis.

Loquacitatem parat quia mentem fęcundat, copiam ſpirituũ affundens, & Imaginum varietatem repræſentans.

Ruborem Carnibus illinit, quum Calidum progignat ſanguinem & ſubtilem: nec non ſpiritus multos procreet ſtimuletque per Corpus.

Carnes indurat, ſi quidem exſiccat. Alit probè, nam placet mirificè; & temperamento communi, Hominum præſertim temperatorum vt Europæ, arridet.

Animoſitatem compertitur ob caliditatem, atq; ſpirituum Copiam, quam communicat Corpori liberaliter.

Vitam propagat; liberat ſiquidem ab excrementis, quum ſuperfluam frangat humiditatem; roboret adſtrictione, calidum genuinum ſuſtineat proprio quo donatur viuifico Calore, ſpiritus regeneret extinctos, acuat tardos, & tandem quoniam bonum, ſecurum ac fortem animum influit.

Fęlicitatem nec non ſanitatem benigna ſua manu diſpenſat, nam & Animum hillarat, & mentem auget robore, qua vincimus Fortunam, & Corpus liberat ab excrementis, & ſerenat iudicij atq; cogitatiuæ munia. Excelſo propterea Cantu Anacreon.

Bromius Chori repertor:
Bromium iuuant Canentes,
Bromium iuuant iocantes.
Bromius Cupidini par.
Bromio calet Citheræa,
Temulentia & per ipſum
Genita eſt, Clariſq; pulchra.
Per eum dolor ſopitur,
Per eum quieſcit angor.
Vbi Poculum quietum
Pueri tulerint venuſti,
Fugit vſque cura mixta
Rapidis Noti procellis.
Oneremur ergo Vino,
Cura & leuemur omni.

Anacreonte verò ſuperior Flaccus; cuius vinoſitas ſcandere in ardua illa potuit, in quæ nec Anacreon, nec Homerus, nec Theocritus valuère, Auſa enim inde, veluti ex Arce proſpectior declamare. Non aliunde maior ad vtramq; fortunam occaſio homini, quàm ex vini vſu.

Sed quid opus Anacreonte, & Flacco, ſi Poetarum celeberrimorum Chorus commixtus, Homero Antiſtite intonet omnis beata eſſe munia Auſteri, ſiue Nobilis; & talia ab eius potu homini viniſluo expectanda, quæ & Voluptatem abſoluant, & Cõuiuiorum magnifica illuſtrent, & Commeſſationum varimorigeram compleant ebrietatem, & quotidiani vſus pocula coronent, & medicinalia demùm iucundiſſima miniſtrent.

DE ACRI VINO EIVSVE facultate.

CAPVT XXX.

ACrem Saporem, eum eſſe ſupradictauimus, qui linguæ ſenſum mordicat, valida quadam cum Caliditate. Ex compendioſa Acris hac deſcriptione, Acre Vinum, Caliditatis vehementis dicere partum non dubitabimus. In quo, ſuperat gradum Caloris tàm Dulcium, quam Auſterorum, non ualentium mordicare, ſed aut lenire ſolùm, aut adſtringere, aut exſiccare linguam. Huius verò Acris calorifica uehementia, cum primùm in linguam peruenerit, ſuos exacuens ſpiritus, ueluti fulmina citat per totum eius Corpus; quorum tantus rumpitur ictus, vt reſiſtens quodq; propellant, laxumq; ac fragile erodãt: primùm quidem illud, ob flammeam partem: ſecundum uerò aliud, ob ſubiectam materiam, cui inſidet, Acrem aduſtum, mordacem. Deguſtaui huiuſmodi generis vina, Hiſpanica quædã, & ex Inſula Cypro delata nonnulla, acria intantum, ut non quirent niſi guttatim, tollerari. Horum vſus in opere ſanitatis tuendæ, videtur mihi prorſus inutilis, imò potius incommodus, & noxius. Quod vt comprobem, definitio Acredinis preſtò occurrit. Feriunt inquàm: neq; Caloris ſuo illo exceſſu poſſunt ſuaui noſtro Calori amica peruenire; at potius quoniam ſuperant, & vincunt eius modeſtiam, idcircò iugulare, ac extinguere ſuſpicanda, indeque reliquum familiæ Corporis demoliri, incendio comportato. Nec prodeſt vt fultus ea opinione vtilitatem eorum defendas, quod in vſum cadant medicamentorum: quod nempe eos iuuent, qui Pituita affluunt tenaci, viſcida, lenta, ad cuius eſtirpationem ſolo abutuntur medici aceto ſcillitico, quàm accerrimo, Piperibus & reliquis ſimilibus: Nam fatebor & ipſe, Acre vinum, non inutile futurum huiuſmodi excrementorum generi: at patienti, adderem, & illicò, obfuturum. Incedit quidem contumacem illum uiſcidæ Pituitæ humorem; at in viſcerum parietes perductum, corpora

F 3 eorum

eorum erodet; quæ ideò debilia eſſe oportet, cum excremẽtum illud genuerint, alieniſſimum à Natura, & victa pertulerint. Nõ ergo proficient adeò, quod officere etiam non valeant. Tale non meum, ſed Hippocr. legitur conſilium in lib. de vict. in acut. fructuoſiſſimum illud ad medendum cum ratione; contemptiſſimum tamen apud noſtrates qui non curata digniſſima hac intentione; tàm ſenibus, quam morti proximis, ſcilliticum Oximel, & vinum iſtud Acre curioſiſſimi inſtituúnt. Quod tamen idem præceptum adeò curauit Aueroes, vt nunquàm ſit auſus ſimplex dare oximel, qui illud priùs vel fæniculo, vel maſtice, vel alio ſimili, non emendauerit. Vt medicamentum itaq; requirit Acre vinum, caſtigationem, qualem ipſe crederem, ſi in pauxilla quantitate bibatur, faciliori quàm Calor Corporis euincat. Vt Alimentum verò nunquàm proficuum, ob eam infractam rationem, quod debeant introductæ partes Nutrimenti, reponere eandem ſpecie nobis ſubſtantiam: verùm nõ Acris, ſubſtantia noſtri, non mordicans, non aſpera non flammea: quamobrem neq; iſtud Acre vinum Alimentum; mordicatiuũ, errodens, aſperum Acre. Dura attamèn Corpora quædam robuſtiſſima, tolerant fortaſſe huius in ſe ingreſſum, quoniam ad quamlibet inflexionem, generoſa. Verùm ſi iiſdem in multo præeſſent vſu, nõ dubito quin mala ſæuiora inuſta, non flecterẽt vigorem illum robuſtorum: iiſdem complexionibus, quamquàm Senioribus in medicinam quoq; non denegarem ad debellanda Craſſæ Pituitæ vitia à plenitudine ſiue cruditatibus introducta potiùs, quàm à virtutis eorum imbecillitate, verùm euitarem copiam.

Summa ergo propoſiti totius talis per me Acrium vinorum vſus, vel non probatur ad ſanitatem, vel illis tantum cõceſſum, qui fortiſſimi, ſe ſe groſſioribus impleuerint Cibis. Non permittet ſi quidem Acre, Cibaria illa in Craſſitiem moleſtam pertranſire: id quidem, quod de Pipere Galen. de ſan. tuenda aſſerebat. Eadem ſi temperatum hominem ſubeant, ineuitabilia huiuſmodi afferent mala. Inflammabunt viſcera, ob mordicationem inductam. Sanguinem torrefacient: proinde ex iis æſtum priùs, deinde grauitatem quandam in Corpore, & moleſtiæ ſenſum, febres poſtremò, corruptelæ, fluxiones, eruptiones, papulæ, puſtulæ, pruritus, vlcera; & melancolicæ,

Digitized by Google

vt plurimùm adflictiones, ſiue aduſtarum paſſionum vulnera.

INSIPIDA AN DENTVR VINA, Et cuius facultatis.

CAPVT XXXI.

AQuoſorum omnium Galen. inſipidam ſentiri ſapiditatē voluit 3. acut. 8. Inſipiditas ergo vinis quoq; accomodatur,& vina pariter inſipida,quamquàm,nec Acria,nec Dulcia,nec Auſtera:ob eam cauſam, quòd Aquoſa in genere vinorum repoſita ab Hippocr.& Galen.3.acut. Verùm Aquoſa cum pura non conſtent Aqua, ſed Vina ſint non admittentia Aquæ commercium, nonne conſentaneum ab inſipiditate Aquę ſciugari? quæ itaq; illis attributa ſapiditas? ſiue quænam in illorum inſipiditate ſapiditatis nota, diſtinguente ea, ab ingenuis Aquis. Vinoſitas certè,arcanus Vinorum ſapor: ſed penè ſenſilis in Imbecillo,videturalium ſupra ſe non tollerare. ex iam aſſignatis, ſaporem. Vnde inſipida meritò credita. Ni velles tu ſubdulcia ſiue ſuauia opinari. eo fretus argumento quod Placeant,& Nutriant. Nutrit verò,vt noſti,ſolùm Dulce.Placet pariter per excellentiam vnicum Dulce. Quamobrem Dulcia hæc quamquàm imperceptibili ſenſu accepta.

Acerba,& Acida,fortaſſe non vina;quoniam immatura. Verum Imbecillorum hæc gratiſſima officia; quibus & frigiditatē colligimus,& humiditatem, & iucunditatem. ſed veſtiges infrà,meliora huius propoſiti.

DE FACVLTATE VINORVM.

CAPVT XXXII.

PER ſuperiora, in vini facultatem peruenimus, via monſtrante Colore,Corpulentia,Odore,Sapore:anteriora quę-

dam nobis & ſigna:quamquàm facultas,natura prior,tã Odori quàm Sapori,Corpulentię,atq; Colori,cauſam præbeat,& Originem. In præſentia perducemur in eandem facultatem,effectu ipſo monſtrante Viam,& operibus coadiuuantibus,quæ præclariora enitent nobis,immediati ſui authoris teſtimonia. Medicus rationalis hoc ſemper init iter,cum in alicuius vel Alimenti vel Medicamenti vim,contendit introduci: qui quidem non conquieſcens in demonſtratione, nec in cognitione, ſed jn opere ſemper, ſtudet quoq; rerum ſuarum finire rationẽ ex producto effectu,ædificio iam completo. Hoc propterea vltimum inſpectandum ſeuerius in vino. Nec contenti monitis Conſiſtentię,Coloris,Saporis,Odoris, ipſam eandem facultatem euidentioribus ſe ſe manifeſtantem euẽtibus, tenemur ſolertes introſpicere: vt inde demùm,ſatis perſuaſi, Naturam Vini, Virtutes, Robora, Potentiam, Opes aperiamus.

Facultas uerò Nomen eſt,quod accipitur à Galeno, & à Nobis pro ea cuiuſq.rei Potẽtia,cuius impulſu actio editur. Quoad enim ſubſtantiam ignoramus cauſę agentis, eam appellamus Facultatem. Siue etiam Potentiam; ſiue Proprietatem. & ſicuti dicimus Venas obtinere facultatem ſanguificatricem, ita ſcribunt habere Calefactionis, & Inebriationis Facultatem vinum. Per hæc itaq; Facultas vini dicitur,& vis, & Proprietas, & Potentia,qua opus ſuum elidit. Quale autem ſit huiuſmodi opus non prius poteſt pronunciari quam vinorum generalis quædam præmittatur diuiſio.

VINORVM FACVLTAS, Alia Potens Alia imbecilla, Alia media.

CAPVT XXXIII.

NON ſtatuit cuncta, vnius facultatis & efficaciæ vina Galenus,quemadmodum pleriq;, & confecta penè Scola,& ſcriptorum, & practicantium arbitratur, ſed ea ternas ingredi diſcordes ſenſit uias. Alia ſiquidem in vires ſolui, & ſummam potentiam uoluit;quæ ob id Potentia,& Meracia, & vinoſa, &

Gene-

Generoſa dixit. Alia in impotentiam vertere ſcripſit, hoc eſt in imbecillitatem; quæ ob id, & Imbecilla, & Aquoſa, & Tenuia, & Debilia, & Languida propalauit. Alia in medio conceſſiſſe reputauit, quæ & media ſuo à Robore enunciauit. Horum ſi diſtingueretur facultas, per alterantia Accidentia, & illa quæ ſummum ab infimo auerterent, non controuerſa, nec ſuſpecta vnquàm vinorum Elogia. At quoniam genere elongantur, quemadmodum & Nomine, hinc tot hæreſes in medicina, tot turpia in contentionibus de vinis defædantia: primùm Veritatem ſui ſemper Imperij, & ſapientioribus intemerādam: deprauantia poſtmodum ſanitatem, cui molioribus bonis nefas vnquàm ſuccurrere, quàm vinis. Id ergo intelligas potiſſimùm, & perſpectum habeas priùs, quàm cætera appræhendere ſtet in animo. Nam eruta hinc, quæcumq; in Febrium, & Morborum gratiam abſolui poſſint, de vino documenta.

POTENS ALTERVM ESSE VINI Genus ab Imbecillo.

CAPVT XXXIV.

ERrant ij quàm longiſſimè à vero, qui nulla prętentata vinorum diſtinctione, de eorum viribus ac facultate, definitam proferunt ſententiam. Quorum Scola multiplex cum perducatur ſpiritu Seniorum Ducum Philoſophiæ ac Medicinę, interrita putat nullis vitiari poſſe dubitationum Criminibus. Hos verò legas licet concordes, vinum omne, Caliditatem importare ſecundi ordinis euidentem ſcilicet, ſiue & vehementem, nullum verò inueniri, quod euidenter frigefaciat. Patitur nihilominus correctionem, perennis tantorum Doctorum memoria: nàm qui non admiſcère alia libamina vini, præter ea, quæ penitùs vina ſunt, meracia ne mpè: nec vidère vnquàm alio poculo menſas inſtructas, quàm Pactoli & Falerni, non peccatūt, quòd Calidum memorauerint vinum. At nos qui vinorum latices in compotatorum cōmercia, præter meraces adueximus, & alios, Aquoſos ſcilicet: quìvè Neruis molliores, dum horremus Generoſo-

neroſorum obſidionem, multa vnda Bromium enecamus, ſeiuncti plurimùm à ſcola prædictorum, non aſſentiemur immoti, vinum quodque Calidum, neque quicquam inſuper de vino ſtatuemus, priùs quàm Genera eorum, ſuas vt decet in Regiones, diſtribuerimus. Conſtat autem, nec deſidem vnquàm, nec reſolutum, coluiſſe Antiquitatem Bacchum potaturi: cum atteſtetur Galen. de ſucc. bon. & vit. vina tantùm meracia, & maritima, ſolitum recipi in Sacris, Conuiuijs, ac Celebritatibus. Idemque rurſus profitetur, ſe primum monſtraſſe Aquoſa, ab Hipp. 3. de vict. in acut. anteriori ommiſſa, vel quia in opulenta ſcriberet Græcia, vbi ferè incognita, vel quia ſemper, & vbiq; tempeſtiua non reliquerint opinionem methodi aut Artis, quàm veruntamen ſibi adſciuerunt arduam, apud Medicos noſtri temporis, & ſuſpectiſſimam apud Plebem. Repetit eadem 1. Problem. Conciliator. Nec ſupra hæc noua excogitauit, aut Dioſcor. aut Theophraſtus. Præſens modò Cælum, temperiem aperit, & Agro, & Viro humaniorem. Bacci cura ſub benigniore die, mollior. & Italicum ſolum, ſuæ Glebæ molimine illa largè compertitur vina, illas enutrit vberes Potiones, quas Galen. ſuo quoq; ſæculo ſubguſtauit lõge diuerſas ſapore ac ſubiecto à Meris & Generoſis: & tùm in ſecunda, cùm in aduerſa valetudine, contrà vulgàrium diſſentanea placita, proficuas. Quæ vina, ſi inodora, Inſipida, Tenuia: Antiquorũ verò celebrata illa, Sapida, Fulgida, Fragrantia, cur longiſſimo inuicem diſtincta ſubiecti & materiæ interuallo, non definiemus, & nos cum Galeno facultate, nomine, mentis, ac tandem genere diuerſa? Dum perquiſiuit anxius huiuſmodi talia in quacumq; gente Galen. 3. de vict. acut. ſuaſitque vt in medica documenta à poſterioribus adnotarentur, ſenſit alium manifeſtè hic inſidere liberum, ab eo quod Pura connutriunt. Non tamen nimiùm illic, ſegne autem iſthic ſed nudum in Aquoſo, incompotum, ſuo verò tumultuantem in luxu, in Mero. Talia inquàm aliqua reperit vbique Terrarum Galenus, vbiq; certè Terrarum at plurima Rure in Italico offendit, quæ deprompta ex vite, quadam irrorata vinoſitate, errantia per frugales Pateras, parabili quaq; in menſa domeſticas cum cognouiſſet, in Catalogum & ipſa vinorum, iure & meritò conuocauit. Verùm diſpacata hęc eadem à Nobilibus, cum ſimul obſeruaſſet, negatumq; ſibi propterea

Digitized by Google

commercium cum cæteris vidiſſet, aliam continuò ijſdem parauit, in qua collocata dum è directò Nobilibus opponerentur cum illis quoq; de gloria laticis, & de dignitate ſalubritatis cõtrouerſarentur. Genus porrò illud vini primùm appellauit Potens; hoc verò alterum imbecillum iuſſit nuncupandum. Illud Generoſum pariter, Venoſum, Merax, Purum. Iſtud alterum, Pauciferum, Oligophorum, Aquoſum, Inodorum, Tenue. Non deſunt tamen ex Artis medicæ profeſſoribus plurimi, qui contendant, ſummo quidem, & infimo aduerſari vina, at nunquàm tamèn Genere opponi. Et quemadmodum Diogenianus ille Medicus, apud Plutarchum Incrementum opinantur, & Contentio, magnitudinem poteſt & multitudinem apponere, ſed ſubiectum de ſuo genere non emouet. Ridiculum etenim putant negatum Priuilegium Lactucis, Maluis, Cæpis Atriplici, & cæteris ſimplicibus, idem ſine ſuperum licentia donatum vino. In Genere quidem illorum, maius & minus experimur, genus tamèn diſcreuit adhuc nullus in ijs ergo, Vna ſi cuiq; vinoſitas, maior quoque pro viribus, & minor à Tellure communicata Caloris inſerti qualitas?

Hunc veruntamen ſcrupulum exemit Galen. de ſucc. bon. & vit. diſcrimina enim contemplatus, quæ inter qualitates ſimplicium idem memoratorum interſunt & vinũ, in eam coactus fuit ingredi ſententiam, quod illic vnum ſimplex congregaretur Genus, ex multis ſpecie, & numero lactucis: at hic duplex diſgregaretur, vina quamquàm Nomine, & Natalibus vna. Propoſiti huius rationem, ſi quæſiueris, ea dabitur à Galeno, quod quæ diſtant inuicem ſuis facultatibus parùm, & nota diſcrepant ſolùm maioris ac minoris, ea inquàm optimè ad vnum Genus deducta: at verò quæ prorſus virtute oppugnant, quæuè ſubiecto non coaleſcunt, hæc vna ſub lege morari, impoſſibile, ſed ſua quælibet iura colunt, proprium & ſeparatum agnoſcunt ſingula imperium. Cæparum quædam amplificatam, quædam diminutam ſortita ſunt Caliditatem: nec aliter ſanè ſimplicia cætera operari probaueris: at vina, tantùm diſtat, vt hanc ſolummodo admittant agendi conditionẽ, vt eam potius aboleant prorſus, & alterum detur quod vehementiſſimè calefaciat, alterum quod refrigeret ſenſibiliter: quæ expreſſa eſſe verba Galen. lib. de ſucc. bon. & vitio, tutemet perleges. eodem prorſus pacto, &

Philo-

Philomedicus philoſophabatur apud Plutarchum in ſimpoſ. qui repræhendebat Diogenianum contentiones, & remiſſiones non facere differentiam, neq; Genus mutare, reputantem. Hac etenim lege inquiebat Philo futurum Acetum, ab acreſcente vino nō differre: neq; mentham à mentaſtro: neq; Loliginem à Tritico. Iamq; tempus erit, vt Cæcitatem nihil à viſus imbecillitate diſtare pronunciemus. Vinorum itaq; non vnum, nec ſimplex genus, ſed duplum & diuiſum. Potens vnum, Imbecille aliud: nomina per eundem Galen. 3. de vict. acut. aſſignata generibus, quæ ſi prætereas, ordinem & diſtinctiones omiſeris, ſine quibus, in regiam ingredi diſciplinarum impoſſibile.

POTENTIS VINI EFFIGIES.

CAPVT XXXV.

POtētis effigiem, quod nobilius eſt Genus vinorum delineauit Galenus Coloribus, & Artubus conſpicuam, eamq; repræſentauit Oculis medicantium non ſemel 3. illo, ſed ſæpiùs iiſdem ſemper notis florentem, iiſdem vbiq; cultibus compotā, ac contentam. Colores quibus prælucet, ſenſit, excepto Albo, reliquos omnes Potenti familiares. Subſtantiam perpetuò ei aſſidentem, ſiue vt dicunt, Corpulentiam ſtatuit Craſſam, qua laborat vt plurimùm; ſiue & Fulgentem, quo non tarò laxatur ſtamine. Odoras & Fragrantes addidit exhalare diuitias domeſticas. & poſtremò ſapidam & vinoſitate plenam definiuit ſuppellectilem reliquam qualitatum ſibi connatarum. Tunc ergo Potens in manibus, quando hos explicat luxus vinum. Tunc quoq; Potens, quando niſi veſtiat omnes, ſaltem miſceat ſibi plures.

IMBECILLI VINI EFFIGIES
Vbi quædam de imbecillimo.

CAPVT XXXVI.

IMbecillum vinum,quod aliud eſt vini Genus, in quod vina diſſecantur,ſtudioſa magis indagine conſiderandum,quàm prægreſſa prodiderint. Controuerſiæ ſiquidem de vino finient omnes in Febre,Imbecillo, nec Adſpectu, nec Facultatibus latente. Quibus ergo medicis viuit ſub Pectore, & Virtus & Amor veri,adſit diſtinctus imbecilli apparatus,quem primus ego prodam,tùm ad conciliandam, cùm ad ſubleuandam valetudinem, laudatiſſimum. Nam Frigidum vt patebit, Virium cuſtode ſorbitionum eximium, Particulis ſuis vbilibet æquale, gratiſſimum,in ſitis lucta mirificum,excrementis vacuum, Acutis fortaſsè omnibus,ſemper ſaluberrimum.& à ſpecimine eius, vt demùm exordiar, Hippocr. obſcurus nimium id vini genus demonſtrauit: qui Patrium lare vnicum excurſus,ſpiritum & calorem vbiq; offendit. Vina propterea optatus frigida, cum non comperiſſet, ea confecit ex Arte, diluens Aquis, & pro rithmo ad eas vario,varijs conteſcens modulis. & Græci poſt eũ; ſic cæteri, Dioniſiacas confecerunt decantatas in vino harmonias. De diluto itaq; hoc eſt de Imbecillo per Artem fabrefacto,non de Naturali egit bis Hippocr. & 8.nempe particula 3. acut.& 20.merax Diluto opponens. Quare Pauciferum libentiùs quoq; id appellauit,& Oligophorum, & Aquoſum, quàm noſtris titulis Imbecillum: Galenus verò peregrè profectus ad medicinæ decora,non diluens vina,ſed ſuo iure delibans,in Italia potiſſimum comperit Imbecilla, per ſe quidem ea, & ſpontè naſcentia,quod patefecit in comment.8. tertij illius:euidenter ergo proceſſit magis: tunc quandò faciem eius excudere tentauit. Nam diſperſa veſtigia per illud 3. vultus Potentis reliquère laborem ſequaci, & incertitudinem ſuæ præſentiæ curioſo Amatori. At reducta in vnum periodum comm.8. quæ Imbecillum exprimerent,non permisère aut intemperiem,aut turbi-

dum

dum Aerem, per quæ ſupereſſet difficultas explorandæ ſuæ Imaginis, aut impoſſibilitas expendendę virtutis. Quæ porrò in vnum adduxit hæc cunctò.

Quattuor neceſſaria concurrunt ad hoc, vt ſine fallacia de Imbecillo determines. Coloris Albedo, ſubſtantiæ Tenuitas ſiue verius Aquoſitas: Inſipiditas: Inodorabilitas, ijs inuicem congredientibus exerit illicò Caput Imbecillum. Et propterea Galenus imbecillum, ſubdit, illud ſtatuas quod Album eſt Colore, ſubſtantia tenue, nullam earum quę cæteris vinis inſunt habens qualitatem, neque auſteritatem, neq; acerbitatem, neq; dulcedinem, neq; acrimoniam. Ad differentiam hæc, materiæ vinoſæ, in cuius Gremio, & Odor & Sapiditas, & Corpulentia, & Colores recumbunt. Vt euidens appareat inter hæc bina genera oppoſitio: nulluſq; ſuperſit, qui offendat nodus, vbi dubitãdo hæreamus, An ſimplex detur genus vinorum: ſed à diſtincta vtriuſq; materia, diuerſos ibi inſidere ſpiritus colligamus, & in diuiſas liquorum Naturas, non cunctanter poſtremò in diuiſa genera abeamus. Occurrunt tamen impedimenta in hoc diſcurſus imbecilli veſtibulo duplicia, aliquantulum incæptos progreſſus retardantia. Alterum eſt, Poſſit ne alio Colore, quã Albo diſtincta imbecilla, tribus tamen impreſſa reliquis caratheribus, imbecilla nuncupari. Alterum verò, Poſſit ne legitima credi imbecillorum habita effigies, quando explicuit infrà delineamenta eius alia, à præſentibus longè diuerſa.

Amouet impedimentum primum Galenus tunc quando eodem loci ſeueriora huius vini meditatus, Coloris vltrò oblitus, in Corpulentia & ſapore vitam eorum concluſit. Valdè inquit Tenuia, & Aquoſa, eiuſmodi ſunt vina. Quinimò & ſermonis proceſſu, preſſius adhuc ad vnum ſaporem, tanquàm ad Cor & Viſcera imbecilli ſummam coegit; quælibet inſipida, Aquoſa nominatus. Addas, Colorem in ſimplicium examine, vim nullam nactum, qua rerum medicarum indagatores in ſui reuerentiam perſuadeat: omnem ſi quidem adoptauit ſibi ſapor, ſiue potiſſimam conciliauit: vnde cum Theophraſto, & reliqui ſalubrium conſultores, in ſapore conquieuère, ſemina ſibi & radices materiæ Medicæ ſciſcitati. Non obeſt itaq; Color, quin de imbecillo vera profiteamur, dummodò enim Inſipida vegetet in vino qualitas, certiſſima pandet ſuæ virtutis ſecreta. Aquoſum

ob

ob oculos ponens: inde poſtmodum Odor nullus, & Conſiſtentia tenuis, teſtes fidiſſimi Aquoſitatis, ac Imbecillitatis; vt propterea Carentiam quoq; Odoris comm. 2. ſufficiẽtem celebrauerit normam huiuſce vini. At qui, quæ in vino cum dicat Carentia eſt Odoris ea Imbecillitatis, Frigiditatiſq; efficaciſſima exiſtit nota. & hæc eadem reuiſes tuo marte confirmata, & lib. de Alim. fac. & de ſucc. bon. & vit. & in meth. & de ſan. tuenda, & cæteris permultis. Quibus tandem vniuerſis hanc tibi certitudinem comparaueris, Adſpectum Imbecilli (Colore neglecto) in Carentia odoris ſubſtantię tenuitate, & qualitatis inſipiditate, euidentem, præclariſſimamq; conſtitui.

Secundùm modò quod obijcitur impedimentum, validiùs illud, tale nihilominus, quod ſuperatum meliora exſoluat præſentis doctrinæ. Hippocr. 20. text. huius 3. acut. Pauciferi, & Oligophori nomine, imbecillum deſignauit; quæ eſt alia eius pictura, à ſuperiori longè admodum diuerſa. Tale verò id profeſſus eſt, quod ſi temperetur, minima egeat Aquæ mixtione: ad differentiam Polipheri, & Multipheri, meracis nempè quod multam commixtum tolleret Aquam. Et Galen. conſpirans in eandem ſententiam, dum commentatur Hippocr. mentem, admittit ſine controuerſia doctrinam Præceptoris, & poſſe imbecillum ſuſtinere ſociabilitatem cum Aqua, confirmat; dummodò tamen pauca ea ſit, non autem plurima: veritus ob plurimã exſolui, & ad potum inutile reddi: certus verò ob puſillam conſeruari. Hoc recipit ipſum lib. de ſucc. bon. quo loci Adſtringentiam quoq; vino huic Paucifero compettitur. Sabini prætereà, Gaurij Aminei, & ſimilium meminit, tanquàm Imbecille; eorundem ſollicitat non obliuiſci: quæ quidem dici ab eodem ſcimus in meth. Nobilia, & in ſeptimum vſque Annum incorrupta protrahi: & nos pariter non ignoramus delicatiora in Agro Romano, & Neapolitano prælibari, multo honore Italicos latices cæteros, quanquàm ex Nobilium genere præcellentia. Antiqua Aquoſa 12. meth. præſcripſit ſincopi, Alba, & Tenuia hoc eſt imbecilla lib. de Atten. Dięta, inciſiua craſſorum humorum addidit. Quid pluribus? Roborare ea virtutem: coquere maleficos humores: emendare errata Potentis. Sub ingredi in eiuſdem Potentis vicem, paſſim componit Galen. vocabula, in decus Imbecilli. Quæ ſi perorauit ad veritatem, non

ad

ad maieſtatem liquoris exaggerauit, quanta hinc diſcordia inter ſtemmata Imbecilli? Tenue, in ſuperiori eius exemplo, didicimus Corpus eius, ſeu Aquoſa merſum Vnda: hoc verò in altero Pauciferum audimus, hoc eſt cōſiſtentiæ eius præditum, quæ non ingenuam quidem vndam repræſentet, ſed quæ portiunculam Aquæ inſolutum ſoſpitetur. Illic ſapida nulla qualitate gratum: hic Adſtrictionis cuiuſdam non ignarum: Illic Aquoſum: Hic Nobile. Illic frigidum ſenſibiliter; hic viribus conſtans in multos annos. Illic inodorum: Hic reparator ſpirituum. Illic madefaciens: hic ſubtile & ſecans. Illic tandem elumbe: hic diues artuum, & caloris. Hæc nemini dubium contrariari, quare deſtruant quoq; formam primo poſitam Imbecilli, vel deturpent neceſſe eſt.

Hæc veruntamen ſpecimini eius primo, conſentanea prorſus comperies, ſi noua cum Galeno, tu quoq; recogites. Subdiuiditur Imbecillum ex mente Authoris noſtri, in verè Imbecillum, & in Imbecillimum: ſiue in Aquoſum, Oligophorū, Pauciferum, & in Exolutum altera ex parte, ſiue Languidum. Id verò ſanxit in primis Galen. lib. de ſucc. bon. & vit. deinde in illo de Alim. fac. vina quidem ambo, & Aquoſa: at quorum vltimum ad Aquam propiùs accedat, primum verò ad vinum reflectatur. ambo quidem ſenſibiliter frigefacentia, at vltimum ſine participatione opum prædictarum, primum verò capax frugis eius optatiſſimæ.

Quattuor illis 8. comm. memoratis proprietatibus, Albedinis, Inodorationis, Inſipiditatis, Tenuitatis expromere deſtinauit membra Aquoſi elegātiora, ad quæ veluti ad Lydium lapidem demandarentur, quæcunque velis comprobari Imbecilla, exemplar, idea Imbecillitatis cuiuſq; vinoſæ. Abſolutum enim omni ex parte creditur, & in extremo vertice ſui generis collocatum quod quattuor iſtis communitur prærogatiuis. & huiuſdi tale cenſui ego, Imbecillimum nominandum: cui Galen. de ſucc. bon. & vit. ſuffragatus eſt conſilio, Exolutum cum appellaret, & languidum quoque; ad differentiam Imbecilli, quod paulò ante, ſua in oratione complectēbatur, alijs moribus expolitum. lib. nec non de Alim. fac. ſimile quodammodo Aquis hydromeliti faciendo appoſitis deſcriptum. Id ſi quidem reatis illud in quo ineſſe contraria vinoſi (quæ ipſa ſunt Galen. ver-

ba)

ba)ratiocineris: id cuius in vlnis, ſenſibilis vigeat qualitas frigefactiua: id cuius virtus minimum omnium germinet alimentationem: id cui conceſſa ſedes medij inter vinum & aquam, cuius vtriuſq; euitat æquè mala, nec calefaciens, ſiue mordicãs, aut fundens, aut mentem feriens, nec ſine nutribilitate inundans: non inuium, non cœnoſum nec ſola qualitate amabile: id deniq; quod monſtratum à Galen. & in Italia, & in Aſia, & in Britinia naſci, verborum & notarum illarum ea cum proprietate, quæ Imbecillimum iſtud ab Imbecillo conſpicuè diſtingueret: ibi, inquiens, talia aliqua huiuſmodi prolis fundi, vbi valde Tenuia & Aquoſa producere conſueuit Agrum, & Natura.

Tenuia ergo & Aquoſa, Imbecilla, Paucifera, talia verò aliqua Imbecillima, & Exſoluta. Inuenire ſcilicet huiuſmodi vina, & in promptu ea habere arduum credidit Galen. vnde Talia aliqua protulit: nam ſepta cunctis ijſce proprietatibus, inter vinum & Aquam ſæpoſita, vehementer refrigerantia, minimùm nutrientia, rarum. Vbi verò ſita (ne vnquam coargueres infæcundę doctrinæ) docuit pariter, quando ad valdè Aquoſa & Tenuia te perduxit. At tandem quo auito nutriantur ſolo, vt identidem cognoſceres, in Italiam te relegauit in Aſiam in Britiniam; ne vllam Regiones minus feruidam exciperes, & impotem vitigini huius laticis mendax profitereris? In tanto rerum commeatu condidit Galen. Imbecilli vini doctrinam. Peragrauit, perquiſiuit, deguſtauit, expendit, diuiſit, ſubdiuiſit, ſignauit loca, indicauit. Nempè vt ſcires Romanum ſiue potius Romani Imperij excelſum medicum, in Temporum, Ventorum, Aquarum ratione, in Ciuitatum ſitu, in Terrarum differentijs, in Diæta deniq; emetienda non dormitaſſe; cui Reipublicę ſalus, commiſſa obdormiebat. Communiſſimam autem, & ſaluberrimam vini potiſſimum materiam, qua maximè potus forma capiebantur illius quoq; ſæculi homines, turpè nimium putaſſet tranſcurare, qui ſenis Hippocr. alumnus, complexiones, mores, & morbos ſuorum ignoraſſet hanc principem Potionem ſi præterijſſet. Hanc ob cauſam à Mero eam prius ſeiugauit; & expiatam per regiones, cum Inodoram, Tenuem, & Inſipidam delibaſſet, ſenſibiliter inde frigefacientem aſſeruit. Culmina poſt hæc à radicibus potentiæ, procul diſiecit, Imbecillũ aliud, Imbecillimum iſtud, mero ſufficiens. & demùm aſſurgere hanc

G meri-

meritis, & ſalubritate ſupra Aquas proclamauit, innoxiamque Febricitantibus poſtremò promiſit.

Sed inſtat nunc tempus, vt Imbecillimo longiùs meditato, in Imbecillum tranſiliam. Parua in mixtis qualificans mutatio, non abducit mixtum, de Antiqua in Nouam Naturæ ſortẽ: nec quæ Accidentia, maiori & minori proportionibus diſtant, ea ab vno in aliud prædicamentum transportantur. Vini diſcors Tenuitas, ea veruntamen, quæ dubiam non faciat Tenuitatem, non impedit, quo minus vinum illud, Imbecillum, non pronunciemus. Id velim receptum, & de Inſipiditate & de Inodorabilitate. Nam qui odor non promit ſemetipſum ex Scola veri odorabilis, ille quidem inodorus: ſicuti & quæ ſapiditas diminuitur abſolutis titulis Inſipiditatis, illa quoque inſipida. Quæ de Saporibus, & Odoribus dictata percurres Galeni de ſimp. fac. In rem modo noſtram conuerſi, dicas. Extrema Tenuitas, Abſoluta Inſipiditas omnimoda Inodorabilitas, ſunt proprietates conſtituentes quidem vinum, at illud extremè Imbecillum. Ergo proprietates eædem, moderatiores tamen, nec tantoperè diminutæ, veluti Tenuitas temperatior, Inſipiditas non penitùs languens, Odorabilitas non extincta prorſus, Imbecillum quidem obijcient, at illud non in extremo articulo ſedens imbecillitatis, nec propterea imbecillimum quamobrem imbecillum: & à Tenuitate compoſitiori deducta Vocabuli occaſione, Oligophorum, ſiue Pauciferum, per Hippocrat. & Galenum. Id ſi quidem vinum, ob aliqualem Conſiſtentiam, admittit in ſui commercium aliquam Aquæ portiunculam, quam non permittit vnquàm, languidum: vnde languidi refugit cognomen, & Pauciferi, ſiue Oligophori ſuperadduxit. Id rurſus, quia ſapidam ſubſtantiam non deſpexit quamlibet, nec Odorem negauit omnem, id circò in Cilicia quoque in Paleſtina, Syro, & Creta compertum, vbi iubar ſolis ardentior, & tellus peruſta. Plurimùm tamen per Italiam diffuſum, quam molliùs deſpicit Cęlum. Quid modò miraris ſi Adſtringentiam Imbecillo attribuat Galenus, quum talem, quam deſcripſimus induat ſubauſteram liquiditatem. Quid mirum ſi Nobile dicatur Imbecillum, quum debilioribus aptetur ſuo lenimine Corporibus, temperatis nempè, ac continentibus litterarum amatoribus, vrbanis, & populo-

pulorum præſidibus? Quid mirum ſi in ſeptimum vſque Annum viuerent imbecilla ea, quum puriſſimos geſtantia ſpiritus, materiam nacta ſui Corporis caſtigatiſſimam, & inter exceſſus mediocrem, nec ruere ab alto pertimeſcerent, nec paupertate vinci horrerent? Quid mirum ſincopi præſcripta in ſubſidiū, ſi Nobilia, ſi obſequentia calori, ſi promptiſſima vehendo, ſi puriſſima? Quid denique mirum inciſiua muniri poteſtate, ſi ſubtilia, & viuida? Roborantia virtutis, ſi Nutribilia? Coquentia rebellium humorum, ſi adſtringentia, & Caloris noſtri intima? Emendantia Potentium errata, ſi frigefactiua? Vicaria Potentium, ſi ſuauiſſima, ſi negocium nunquām faceſſentia?

Reſtat itaque vt fateamur cum Galeno, & Hippocr. notas illas Inodorationis in vino, Inſipiditatis, & Tenuitatis eſſe germanas imbecilli expreſſiones; quæ tàm de Exſoluto, ſiue Imbecillimo, quàm de Paucifero ſiue Imbecillo verificantur. Ambo ſub materno vno genere contenta. & ambo vna illa poteſtate impreſſa, qua ſubiectum hoc Imbecilli à vinoſo ſegregamus, Frigiditate ſcilicet, & immunitate læſionum mentis.

MERI QVOTNAM SCRIBANT Facultates.

CAPVT XXXVII.

GAleni ſi ſteteris in documentis, triplices Potentis colliges fructus, Cæteros, alius ſubit numerus laudationum: quippe quos, & Galenus idem erudiuerit, & Chorus grauiſſimorum ad id commouerit. Via nunc Regia Galeni preſſa: quare per eam procedere, neceſſarium. Diuertere verò in cæterorum amęna poſt hæc melius.

Princeps meri fructus per Galenum Calefactio eſt vehemens; Alter Calefactio celeris; Tertius Capitis percuſſio. ijs veluti miniſtris merum ſuam aperit maieſtatem: & potentiam venerabilem gentibus, tres per iſtos explicat ſemper Tibicines. Nec

Digitized by Google

hoſce Galen. vnus honorat potentiæ vinoſæ Triumphos, ſed cũ eo, longa Philoſophorum manus, & vulgi interrupta vox, colit aulicos vini primarios, plaudit luxus Bacci ſupremos. Vox tamen tàm inconcinna, tàm obſcura noſtro huic æuo, vt quæ debuerat vnius Potentis vicarios declarare eos cuiuſcumque vini fecerit conſortes. Cum vulgo conſenſit, & Medica Plebs, Artis ignominiæ: cuius ea adhùc fatuat opinio, Calefacere omne vinum, Caputq; ferire quodcumq; vinum. Sed pectora vulgaria non intrat Virtus, oditq; vulgum Sapientia. Galen. vt dixi, & cum eo ſolertiores Potens, dicunt, Calefacit vehementer, Calefacit celeriter. Caput ferit. Tres iſtas poteſtates vinoſi, ternis, & nos Capitibus ad Clariorem notitiam, examine diligenti peruoluemus, ne Nobilem fugiat medicum integra cuiuslibet poteſtatis cognitio. Quod enim & Coquat, & Corda firmet ac ſuſtineat, & mentem fęcundet, & vehat, & roboret: & quod deniq; Nullum inſigne communicet malum niſi immodicè, vt ab Ariſtot. Problem. dicitur, ebibitum: ſiue vt à Curtio, Perpotatum, & Pernoctatum; at bona ſanctiora contribuat, ea cum moderatione ac continentia hauſtum, quam & hiſtoriarũ Conditores, & Poematum Fabulatores, & Ariſtot. 30. Problem. ſuadela docent atq; diſcurrunt, id quoq; verum; ſed quoniam à Sidere illo Calefactionis inſeminatum, hinc poſt meditatum ſidus, horum aggreſſa per nos colloquia. Vno præterea Meraci conſueuiſſe ſemper laudes, & memoranda hominum, tùm ſapientum, tùm inſipientum, id quoq; præuideas licet, ne huic quod competit vini generi, accomodes per incuriam alteri, videlicet Imbecillo. Vinolentiæ ſiquidem damna vnicum Merum accuſant auctorem. Reges illi, & modiperatores Conuiuiorum, quos præferebat in Cęnis Priſca Vetuſtas, huic feroci imperitabant. Cerimonię Baccanales, Pithęgia, Ectropias, Simpoſia, Vinalia, Brumalia, & Feſta reliqua, Potenti ſolum ſacrabantur. Bacchum in Deos fabuloſos relatum, obęſum & ventroſum fecère, vt ab illorum Concilio exiſtimaremus, remotum exile & Aquoſum. Alexandri, Marci Antonij, Homeri, Scytarum, & reliquorum bibacium agmina in hanc meracis tranſcripti Coloniam affluxère. Quæ prodidit Eſculapius mira de vino: quæcumque Aſclepiades, quæ Plato, & Ariſtotil. ea vinoſo huic ſimplici decantata. Myſteria vegetan-

Digitized by Google

tis Naturæ, ſub Dioniſij abdita fabulis, per venerandam Antiquitatem, integrum Dioniſium, hoc ſcilicet Purum, nō languidum, nec deformem occlusère. Geſtarum in ſumma rerum flos, ſemper nouiſſimus laudatur, at vini cecinit Pindarus, non aliud vnquàm, quàm Vetus, & vinoſum. In huius propterea laudes confertiſſimi vndiq; Oratores confluxère; Encomiaſtica Carmina, & liras conſequutum, vix tandem Græca eloquentia celebre ſatis. Eo & Flaui, & Homeri, & Alcæi, & Theocriti, & Ariſtophanis, & Anacreontis, & Pindari, & Euripidis, & ſexcẽtum aliorum intumuère Poemata. Quo eodem mea etiam hæc irrigabitur Cedula, ad ſobriam tamen ſalutem potiùs, quàm ad Ebriam cum illis ſuauiloquentiam.

MERVM CALEFACIT Vehementer.

CAPVT XXXVIII.

PRimum Potentis vini, ſiue Meracis, & vinoſi miniſteriū vehementia eſt Calefactionis. Non quidem Calefactio vnica, non euidentia calefactionis ſed vehementia eius, Validitas, Efficacia. Id Galen. & Ariſtot. id tùm Philoſophorum, tùm medicorum omnium placitum: id demùm vulgi ipſius pleniſſimum, ac conſtantiſſimum aſſertum. Calefacit tamen merax iſtud, non ea quibuſcunq; admiſcetur, ſed humanum Corpus, in cuius reſpectum, & cuncta eius attributa recitantur, & Alimentorum, atq; medicamentorum conſiderantur ſemper à medico, poteſtates. Calefacit rurſus vehementer, non quemadmodum ignis, ſed Potentia primùm antequam ſcilicet, veluti Alimentū habuerit in Corpus, ingreſſionē: Actu poſtmodū, vt Alimentum quidem, poſtquam ſcilicet à Corporis naturali Calore, in eius ceſſerit imperium. Verùm & qua cum Arte calefaciat Potens: & quid agat Calor noſter dum ſtudet tranſmutando de Potentia ad Actum Alimenta: & quibus terminis elongentur calefactiuæ qualitates Alimenti, à Calefactiuis medicamenti, & quid tandem ſit vehementer Calefacere, tardiori

Digitized by Google

quoddam greſſu emetiri opere pretium. Siquidem, in Potus huius laudatiſſima precia conſcendere per hæc ſola conceſſum.

Calefacit inquàm humana Corpora Merum, quoniam Potẽtiam eſt ſortitum à Natura illam, quæ calefactiuos ignes excutiat tranſmutatum ab inſito nobis naturali Calore, & ei deniq; commixtum. Potentia verò huiuſmodi, in quo nam conſtituatur proximo ſenſibili obiecto, nemini referre permiſſum. Potentiæ nempè iſthæc, creduntur ſubiecti diſpoſitiones quædam, quæ nullum nactæ nomen, nec definiri, nec manu compræhendi poſſunt: ſicuti Ariſtot. iubent dictata Phiſic. Niſi velis tu more Medico repetere tecum liquoris huius prima incunabula: & inde præſagio ſolerti, de ſuo Alimentoſo munere iudicare. Generoſum, hoc fultus principio, dices promitur ex Vite in ſolo implantata ex ſucco calido; cuius pectora, radijs exponuntur ſolaribus aperta, in Regioneq; apricatur feruenti. Hic probabile ſubſtantiam ſeruari Calidam, vireſq; inſeri igneas; prolem pariter non inueriſimile ſubeſſe, quæ à Parentibus indole non degeneret. Quapropter non inſulsè colliges, vina huiuſmodi in ventrem demiſſa, agitari illicò à Calore noſtro, proindeque expoliari continuo à remorantibus diſpoſitiones iam dictas accidentibus, ad Actum inhiantes, quibus exemptis, cum nuda prodeat nutritiua ſapida humiditas, eam depaſcit internus noſter focus, eiuſmodi edulij amantiſſimus, indeque & vires proprias adauget, & Corporis congeriem refectus ſuſtentat. Medici ſtudium hic contemplando ſua in materia ſiſtit: neq; vltrà huiuſmodi acumen, curioſiùs erigitur, qui operum, & effectuũ, tùm Alimentorum, tùm medicamentorum ſtudioſus, ijs quoq; multo vſu perceptis, non vltrà meditatur. Sed altiori indagine illuſtratur elegans ille Hippocr. aſsecla, qui cum Philoſopho contubernalis nihil eorum præterit, quorum ſcrutatur Philoſophia rationem. Ad celſiora itaq; ſcandens repetẽdum altiùs, quomodo fiat, vt Corpus vniuerſum, vini huius Calorifica virtute incaleſcat. ſi calefaciat Merum, neceſſarium certè, vt Calorem noſtrum augeat intrinſicum: Alimentum nanq; vires addit, & augumentat Alitum; nec vires aut augumentum, niſi in Calido, in quo vno ſtant vitæ ſacraria. Auget verò Calidum, & addit menſuræ eius moderatæ, largiores terminos, ope tùm ſanguinis primùm in quem breui commigrat, tùm deinde euaporationum,

rationum,ac fumoſitatis beneficio, quas exhalat tenues exſuccas,in flammam, quàm facillimè propenſas. Quæ modo Alimentum Calidum producunt, quis negabit Calorem Corporis non augere? Viget ſiquidem Corporis cuiuſq; materia Sãguis, ſiue Alimentum,id docente ſæpius Ariſtot. ſed 2. de part. Animal. præcipuè. Feruidum progignit ſanguinem Merum, vt ex ſignis bibacium eius conijcimus, Puſtulis, Venarum amplitudine, Rubore vniuerſi Caliditate, paſſionibus animi impetuoſis, viribus validioribus, alijſq; ſimilibus permultis. Vnde pabulum interni Caloris, necnon viſcerum ac totius nutrimentum, flammeum aliquod exiſtens, augeri inde Calorem per euidens hoc principium, erit ſine controuerſia conſentaneum. Euaporationes quoq; permultas effundi ex mero antequam in Chilũ ſubeat, citæ Capitis tenſiones demonſtrant, celeres calidiſſimæ Auræ per totum motationes, & paratiſſimæ morum à Poculis tranſmigrationes. Nullam enim partem quanquàm inuiam relinqui à Mero intentatam, tàmq; breui expediri iter ſuum ingeſtum, ferunt imaginem inconcuſſi huius argumenti, quod tenuiſſimæ ex vino prodeant portiunculæ ſpiritoſæ illę ob pernicitatem: quæ ob id flammeæ, & Calorem noſtrum acuere ſint aptæ, & in ſpiritus igneos diſſolutæ quàm citiſſime munus ſuum Caliditatis abſoluant. Has verò ſpirituoſas particulas, ſi velis tu acie oculorum contangere, obſerues cum Ariſtot. Temetis titillationem illam, notam non fallacem præſentiæ ſpirituum. Sed præter id, fragrantiæ inuigiles, quæ eſt ſicca vt antea noſti euaporatio (ſpiritoſa videlicet, nec non ignea) ex cuius ſubſtantia accendi flammam, nulli non inconfeſſo pateſcat. Hæ quidem Artes, quibus Merum Calefacit. Scrutari modò ſecreta interni noſtri Caloris, & quibus conatibus in Alimenta, hæc exerceat numerata, & reliqua grandiora tot miracula prodat, non deſtitère medici cordatiores. Nec enim Calefacit tantùm membra vinum, ſed ſenſus & Animam, tàm quidem Appetitiuam, & Iraſcibilem, quàm Cogitatiuam, ardentes reddit. Senſuum quidem flamma flagrantior à vino eorundem atteſtantur paſſiones atq; ſenſationes expeditiores, promptiores, acutiores. Animæ verò feruidior effecta virtus manifeſtant à Potu, & morum liberiores proruptiones, & frigidarum ſolicitudinum fugæ & ſpes erectæ & fureſcentes ſæpè impetus (quas non-

incuria exardeſcentias vocitamus) & ipſius deniquè eiuſdem mentis accenſum illuſtratumq; munus. Nullum ex ijs certè à reliquis Alimentis emanare bonum obſeruauit medica aut Phiſica adhuc ſolertia. Quamobrem & vini ſubſtantia frugaliſſima, & Calor humanæ ſortis cultor huius accuratus. Frugalitatem liquoris, plenum hoc volumen magnificat. Culturam verò Caloris noſtri, circa illum præſens oſtendit opportunitas. Calorem cunctis partibus diſpenſatum à Corde vitalem, quo viuunt, ſentiunt ac nutriuntur, nemo negat. Miniſtrantem enim quandam ac ſeruam quælibet facultatem ab ortu ſortitam aſſerunt: at dominam, imperantemq; totius in Corde ſitam illincq; diffluentem ſubiungunt. Calor rurſus hic, ſpiritus eſt, in quo Animæ maieſtas, tanquàm proprio in ſolio locatã ſplendidiori propterea quo ſplendidior ſpiritus, viliori etiam, quo ſpiritus obſcurior. Spiritum collimat germinatq; Cor pro ſuà facultate ſanguinis vnda à Iecinoris promptuario deriuata, quaſi animam deducat ex ſanguine, veluti ſua ex minera Cor, pro materiæ eiuſdem potentia, nobiliorem aliquandò, aliquando etiam ignobiliorem. Peruia hæc Philoſophis, ſed Aueroi, præter cæteros, amica. Quicquid verò de Cæleſti dicatur, eo loci tractabitur vbi de Cordialitate vini, ſermo habebitur. Sed reſumẽtes priora dicamus ſerenitatem ſenſibus ſi elargitur Merum, ſi item menti acuitatem, ſi ambobus Caliditatem ampliorem compertitur, quis non conſenſerit, cum ſtabili huiuſmodi ſententia, enixiùs elaborare Cor, circa vini ſubſtantiam, quàm circa reliqua ſe ſe conuoluat quæcumque numerare valeas exquiſita libamina? Ex ſanguine craſſo illo, hepatis alumno excudit Cor, diuino ſuo fomite ſpiritus communes, deferẽdos per Arterias, ex communi Alimonia: qui ad exemplum maternæ ſpeciei, ferunt pariter animæ ignobilis, ex grege conſuetarum, delineamenta. At verò ex ſanguine vinoſæ frugis, Animam dum viuificat vegetiori Calore, Calor Vitæ; dum ſpiritus nobiles, atq; egregios efformat manifeſtum offert documentũ, vnico hoc, atq; ſingulari Alimento vini delectari, in cuius ſemper complexus ardet, in cuius reformandis actuandiſq; virtutibus, tàm anxiùs tàmq; acer elaborat. Ex parte profectò materiæ, quæ ſubſtantifica, totaq; ſpiritoſa extat nihil mirum, ſi ſpiritus ſi anima emergant; quandò cedant facilè in ſpiritus, quæ ſpiri-

toſa

Digitized by Google

roſa ſunt,ob ſimilem Naturam, ſiue conſortem. At ex parte motoris, & perfectoris alimenti, qui noſter eſt Calor intrinſicus,mirandum certè in vini laudes, tàm ſolertem peragi ſollicitudinem, quæ actuet ad tantam perfectionem vinum, vt inde cum membris, Anima ipſa ver nouum induat,iuuentuteq; geſtiat. Opportunitas præſens inuitat, vt hic ſiſtentes maximũ, atq; vtiliſſimum aliquod appendamus. Quam appendicem proferunt non amputandam,ſuperiora rerum ſemina,quinimò animaduertunt ad futura allaturam auxilij manum non impotẽtem. Nam colligere ex dictis eſt neceſſarium, Calorem hunc meri,non eſſe (quod multi opinantur) extraneum, Impurum, Vitæ hoſtem,morbificum; ſed vitalem prorſus, puriſſimum vndiq; ſpiritoſum,Vitæ ſoſpitem,ſanitatis ſemper & Parentem, & Seruatorem. Extranei, Impuriq; proprietates recenſuit Ariſt. 4. Meth. Indecoctiones, Putrefactiones, Corruptelæ: quas tantum obſtat,vt meri Calor inducat, qui potiùs emendet præſentes,præpediatq; futuras. Si enim Vita vegetus Calor, puriſſimi,& ætherei ſpiritus animæ opponuntur,Corruptelæ: hęc certè dum generat merum, propulſabit ſimul contraria, frangetq; ad minimum,ac diſſipabit aduerſa. Iam enim patuit circum agi amantiſſimè circa ipſum viuifica noſtra virtus illicò ab eius poculo,trahereq; inde momentò & ſpirituum neruos, & Animæ vigorem,& Caloris ipſius amplitudinem, patẽtes Meri effectus iàm ſupra memoratos. Cui ergo dubium relinquetur in tàm grandi, tàmque obſtrictà neceſſitudine Caloris huius cum calorifica humana ſorte,poſſe locum aperiri inimico Calori,extraneo,morboſo,vnde ſeditio,vnde Febris, vnde vltima mortis violentia ſubſequatur?Neq; obiecta impedient tantam poſitionem,qui videamus à largo vini hauſtu iugulari Homines, inſanabileſq; ruere inde morbos: nàm moleſtæ hæc ſunt mala copiæ, non vini damna. Proſperitates confertæ, non aliter Homines in perniciem compellunt, quas iudicare quis nam poſſet mortiferas ſi ſummum Vitæ culmen, lætiſſimum illud complectuntur. Has propterea ſi pro recipientis quoq; ſthomaco debeamus emetiri,ſecus, indigeſtionem facientes, vt de Tantalo Pindarus cecinit,præcipitant in malorum inferna: Vinum non aliter dixeris pro viribus epotantis menſuratum,beatam quam enarraui comportabit Vitam; at ſuprà ventris capacitatem ingurgitatum,

gurgitatum, in morborum Pelagum protrudit. Terminis in ſũma ſuis continentur vniuerſa, quos qui tranſilierit, in nouum neceſſariò rerum ſtatum commutabitur. Sed aliud quoq; dubium inſultat meri Calorem, extraneum contendens. Quę vehementer calefaciunt, mutant Corpus noſtrum à temperata menſura Caloris, in altiorem quàm ſine dubio dixeris intemperatam, ſiue præter naturalem. merum id apportat, per hunc diſcurſum: quamobrem meri Calorem, præternaturalem, extraneum, aſſeueraueris. Ego vt infrà oſtendam, morboſum, extraneumq; Calorem eum velim ſolummodò dici, qui ſpecie diuerſus eſt à Naturali, non qui Gradu aut Quantitate. Nam magnum & paruum non ſunt contraria, & tamen Naturalis, & extraneus Calor, contrariè opponuntur. Vel ergo meri nunquàm extraneus: vel contrariorum regula mihi nequaquàm cognita. Nec moueor tamen obiectis tuis, qui poſſes ſic mea caſtigare. Magnum & Paruum, niſi opponantur cõtrariè, propriè, ſaltem impropriè oppugnant; vt in Metaphiſ. 5. lib. diſtinguit Ariſt. vt potè quæ eidem ineſſe non poſſint ſubiecto, ſed ſe inuicem repellant; ex quo quidem damno Corporis ametria, ac cõpaginum eius, diſſolutio. Nam corruent iſta, ſi cogitaueris, me pro oppoſitione ac contrarietate duorum Corporum, ſiue etiam ſubſtantiarum, non intelligere quamcumq; contrarietatem, ſed veram & legitimam eam, qua vnà refragantur ſibi inuicem ſubſtantiæ, & occidunt contendentes, & talia huiuſmodi ea ſolummodò eſſe exiſtimes per eundem Ariſtot. in metaphiſica, quę ſua in ſubſtantia diſcordant: hoc eſt quæ in cauſa, & forma ſuæ eſſentiæ non conueniunt. Forma ergo ſubſtantiæ Caloris noſtri connati cum non ſit Quantitas, ſed quædam vt dicunt Æthereitas, hinc quomodo vehementem vini Calorem, cuius forma vt monſtrauimus, & infrà fuſiùs oſtẽdemus, eſt eadẽ illa Æthereitas ob ſimplicem vehementiam Naturali Calori aduerſam, profitebimur cum ratione, præternaturalem? quomodo extraneum calorem ſuum, nobis effinxerimus, qui noſtro in ratione formæ non repugnat? Gradu itaq; fateor libens, hunc meri Calorem prætergredi Naturalem noſtrum, quod opera eius palàm profitentur. At ſpecie contrarium Naturali noſtro profiteor quoq; falſiſſimum. Illa enim eadem vini opera loquuntur à vino extranea nõ prodire; nam vitales inſuflat ſpiritus, animæ arridet,

ridet, calorem natiuum ſerenat, hillarat mẽtem, roborat artus. extranei ſiquidem & Naturalis effectus recitauit Ariſtot. 4. in meth. diuerſiſſimos quidem, at illos in quorum Claſſem introductum vinum, mereret cum Naturalibus ſemper contubernari. Naturalis Calor concoquit, (docet) perficit: Extraneus verò Putrefacit, Corrumpit. Meri ergo Calor cur Præternaturalis, ſi Coquit, ſi Perficit? Sed cur potiùs non iunctus affinitate cum Cęleſti, ſi præter coctionem, Calorem ipſum vitæ auctat, ſi ſpiritus communit, ſi vires firmat, ſi Animam exacuit? Miror ego propterea medicos illos qui definiunt Calorem extraneum, per Calorem auctum. miror illos, qui Calorifica Vitalia, arbitrantur, ingeſta extraneo ſuffragari. Miror nec non conſuetiſſimum illud placitum, quod in remouendo extraneo, ſemper & vbiq; per remittentia intemperiem, & gradus Caloris, ſiue exceſſum ipſius procedunt; nunquam vel parciſſimè per remouẽtia ſpeciẽ ſiue formam caloris, quæ vera eſt ratio ſui eſſe, & extraneitatis cauſa connitantur. Hæc fortaſſe vera illa Curationis forma quæ per Contraria proponitur. Hæc illa forſan occulta cæcaq; forma Temelij. Hæc totius ſubſtantiæ miracula. Hæc meta in quam intẽti Antiqui, mala grauiſſima puſillis quibuſdam, & incognitis nobis ſanauerant. Hæc vera ratio cur quidam à conſuetiſſimis medicamentis & leniſſimis lædantur, à durioribus verò, & nobis ſuſpectis, curentur. Hæc cauſa cur Antiqui ſolliciti adeò fuerint in commiſcendis medicamentis, ex quibus aliquibus expectabant confuſis illud cõpertam ſubſtantialiter cõtrarij, quod in ſingulis inquiſiuiſſent fruſtra, atq; vana cũ ſedulitate. Hæc medici cuiuſq; per Aueroẽ vera & vltima ſtudij ſui Anſa, qui 7. colligit ſcripſerat, Videtur mihi, quod narratio medicinarum valentium vnicuique membro cum narratione Ægritudinum, eſt via completiua in hac ſumma. Hæc in ſumma germana ſenſus Hippocr. ſententia de Febrium Calore: quam dum negauit ſæuire ob Calidum tantùm, voluit ob ſpecificam quandam ſubſtantiæ Calidæ conditionem peccata ſua committere cui optabat dirutum conſilium, & ſubſidiũ medici curantis aliumq; laborem deridebat, veluti eum qui ſemper remittere ſtudet intenſionem Qualitatum; quam tamẽ hodierna ſolum colit conſuetudo medica atq; temeritas. Sed nimium protracti ſumus ſuper id, ſermonẽ. De Arte adhuc, qua calefacit

cit

cit merum, & de operationibus Caloris Naturalis in ipſum abundè egit diſcurſus.

Duo ſuperſunt modò non inferioris emolumenti aggreganda inceptis, quæ in Capituli huius exordio, agitare pollicebamur. Alterum, quæ interſit differentia inter Calefactionem Alimentorum & Calefactionem medicamentorum: ex quo noua exſurgit meri commendatio, ſiue potius vini cuiuslibet. Alterum quid ſit vehementer calefacere.

Et quod ad primum: palam iactant calefactionis opera dici æqualiter tàm de medicamentis, quàm de Alimentis. ſi enim calefacit vinum, calefacit quoq; Rihubarbarum: ſi Palumbi, neq; certè aliter Naſturcium: ſi Crocus aut Aromata, profectò & Euphorbium, & reliqua eius generis innumera. Si ergo cum medicamentis Alimenta, & vinum eodem officij gradu concedunt, quæ vini laus cum plebe medicamentorum congeſta? Quod ſi vini laudes non ſtent Cordi quid imprimet diuerſi Calor noſter in iſtorum atq; illorum actuatione, patefaciendum, vnde ſtudia eius in alterutrum, varia ediſcamus; & amborum precium, ac vſuram diſtinguere poſt hac ſine periculo, valeamus. Calefacit Merum vehementèr; ſed ea cum diſparitate alterutra aget vis, per quam ſubſtantiæ medicamentorum, ab Alimentorum ſubſtantijs, diſparantur. Alimentum reponit aliti partes, eaſdem ſpecie prorsùs cum deperditis: medicamentum verò reponit quidem illas eaſdem partes, at non illas eiuſdem ſpeciei, ſed tales, quæ vim habent actiuam, & commutatiuam in alteram ſpeciem à deperditis. Id Galenus voluit tunc quandò Alimentum, & medicamentum definiunt ſi credimus Aueroi. Subſtantia non aliter Alimenti à ratione medicamenti tanto interuallo ſeparantur, Calefactio modò, qualitas eſt ambobus communis ſubſtantijs, quæ an ipſa pariter æquiuocè vtriſque conueniat, an ſecus illud non permittit dubitandum, quod cum ex modo ſubſtantiæ pares ex eis emergãt qualitates, hinc ab æquiuocis, non aliæ quam æquiuocæ expectandæ. Siue ſi qualitates ipſæ, fuerint formæ, cum eæ vna cum cõpoſiti materia conſtituant compoſiti conditionem, quam dicebamus æquiuocam cum Alimentis, conſequentia iubet, non ſecus credendum differre qualitates calefactiuas medicamẽti, ab ea Alimenti, atq; differunt inuicem Alimenta à medicamentis. Oppones

pones

pones veruntamen: Ab exceſſu Caloris, Combuſtiones, à vino ergo, extranei operationes: ab eodem exceſſu excrementa, à vino itaq; doli morboſitatis. Ego longum exceſſum corrumpere non recuſo naturalis temperatiuæ formam, & in extraneũ proinde, vitalem hunc pertranſire. Sed hæc eadem cum non ſint Calorificæ qualitatis vini peccata, ſed Quantitatis: hinc nõ permitterem adſcribi caliditati eius attributum, quod competit Quantitati: ſicuti e conuersò Qualitati calorificæ medicamentorum, id iure & perpetuò aſſignatur. Credibile propterea contraria prorſus exerceri opera à Calore noſtro, cũ obuiat medicamento, & Calori eius, atq; illa ſint, quæ edit cum Calori vini occurrit. In vinum iàm actuatum inhiat; in medicamentum iàm exutum impedimentis potentiæ horret. Illic trahit ad ſe Cibum: hic refugit ab eius facie. Illic Calidum fouet, hic calidum fatigat: Illic ſubſtantia vini inueſtiuntur ſpiritus, hic ſubſtantiam medicamenti arcent à ſe viſcera. Vnde dum Quatitur refugit ac pugnat, illud euenit admirabilis, quod ſolus cognouit Ariſtot. vt nempè procedant in Aluum fæces à Venis & toto Corpore, tanquàm ille, quæ cum leuiter adhærerent facilè ceſsère concuſſioni. Nec offendit quod culpæ medicamentorum dicantur tranſire in medicamentoſa Alimenta, quorũ confertiſſima ſtrepit Silua. Illud namq; de iſtis aſſeueramus quod ſupra de Alimentis, Æquiuocam nempè obtinere Naturam Alimenta, quanquàm medicamentoſa cum medicamentis: cum nec Calor nec ſubſtantia amborum, in vnam ſpeciem cõſpirent. Verùm quæ medicamentoſa largius ingeruntur, ea beneficio quantitatis alterantia non negauerim: Quorum ſi adhùc copioſior ingereretur corrumpentia etiam non aliter atq; ſimplicia medicamenta crediderim: quibus quidem veritatis facem poſſunt anteriora præbere. Ego qui Caloris noſtri functiones mihimetipſi illas propoſui, quæ in ſuperioribus explicaueram à medicamentoſis in curando Alimentis, libentius ſemper abſtinui. Si etenim ſtabile agitari interiora noſtra à medicamẽtis, indubitatum quoq; contigit à medicamentoſis plus vexari, quã refici ac refocilari. Pugnam cernis eodem tempore, & amicitiæ ſtudium nec vera tùm à Cibo requies, vbi pugnare opus. In ambiguitate ideò, neutrum perficitur. Nec longiùs te circa hæc detinebo cum rear iſthæc ſufficienter compleuiſſe Calefa-

ctionis hiſtoriam. Velim tamen mouere rurſus memoriam, & Idola extraneitatis quam ex dictis licet fatearis duplicem. Alteram quæ opponitur Naturali in ratione ſubſtantiæ, cum principia alterutrum opponantur è directò. Alteram quæ opponitur Naturalitati in cauſa Quantitatiua, & hæc huiuſmodi impropria eo pacto dicitur extraneitas, quemadmodum impropriè magnum & paruum contrariantur. Huius confert vſus diuiſionis, vbi in ſecundo lib. de Febribus, diſcurſus inchoabitur: & etiam eo loci, in quo Febrium malignarum fabulas euelabimus. Iſtis vniuerſis addere reliquum eſt illud quod in Capitis principio pollicebamur, Quid ſit nempe, vehementer Calefacere. Id Galeni non deſtitit doctrina ſignificare, lib. de ſimp. med. fac. 4. Quæ inquit, ſupra euidentiam Corpus mutant ea validè ſiue vehementer agunt. Quod itaq; vinum Calefacit noſtrum Corpus, ſupra euidentiam, & valenter, illud vehementer affirmaueris Calefacere. Generoſi cuiuſque hæ extant dotes, quando menſura ſolerti, quam loco ſuo infrà dimetiemur, pro cuiuſq; neceſſitate exhaurietur, cum Socrati alia, & Critoni alia commendetur, alia Græco, alia Italo conueniat: & neque leuis eius afflatus ineptus complendis vacuis neceſſitatibus ſatisfaciat: neq; largior attollat alas Caloris noſtri, ſed torreat, ſtimulumuè figat, & ſtilum ad præcipitia atq; ruinam. Cadent ſæpius iſta in ſequentes ſermones: hanc ob cauſam fuſiùs protracta.

VINVM POTENS CALEFACIT Celeriter.

CAPVT XXXIX.

ALter effectus quo vina meracia in apertum veniunt: ſiue ſecundum ſignum quo Generoſa nominis aditum habet manentis in Sæcula erectum ſuprà cuncta libamina, & decertans laudibus ac meritis, cum fabuloſa illa Poetarum Ambroſia, hoc illud eſt per Galenum, Quod Calefaciat celeriter: ſiue illud idem quod Græci in cenſu virium, atque laudum eius dicunt Tranſiens, ſiue Traijciens.

Cele-

Celeritas, quædam eſt motus velocitas: ſiue expedita citataque hinc inde excurſio. Citiſſimè inquàm Calefactionem ſuam vehementem inuehit Potens in Corpus. Quam proprietatem ob id inſerere ſibi exiſtimes, quod Calore pollet primùm ſpiritoſo, ſubtili, flammeo, vegeti, non turbido, non craſſo, non ſegni, non fulgineo: quòd deinde Corpulentia eius, nulla obſita lentore: quod deniq; eadem ſubſtantia, ſuam dumtaxàt humiditatem inuoluit, puram, alienis quiſquilijs penitus intactam. Attendit hinc citiſſimam ſuam motionem vinum, & tùm ſubtilitatis ſuæ cauſa, tùm leuitatis, tùm puritatis, probat ſe ad omnes motus expeditiſſimum, & in quancumque Corporis latebram, quàm celerrimis alis introducitur, inſpergens bona & lepores. Neq; enim ſi tecum huius celeritatis factum reuoluas, aliã excogitare poſſes cauſam, niſi hic pedes ſiſtas cogitationis, & in ſpiritu primùm quo intumeſcit Potens, conquieſcas, deincepſq; in cæteras cauſas acceſſum quæras.

Vno hoc ſpiritus iurè fretus Ariſtot. in Paruis naturalibus, concurſare Calorem natiuum per Corporis ſpacia conſenſit: Hippocr. ſpiritus, per impetum facientia expoſuit, quaſi impeterent hinc inde per rempublicam, & per hoſce veluti per alas properaret in ſeruitia. Quod porrò Potens ſpiritibus efferueſcat, pluribus non ediſſeram: ſeruabo ſiquidem tractanda hæc, veluti propria in officina, in ſequentibus Capitulis. ſed quæ fert occaſio conferet fortaſſe retegere. Vinum Potens, per Ariſtot. titillat: ſpirituum iſta dimotio. Subſiliunt ſiquidem corpuſcula bullas eleuantia, pſallientia ex eo multa; quæ certè nec terrea, nec Aquea: quamobrem ignea, aerea, quod idem concipit ac ſpiritoſa. Fragrans inſuper & Odorum eſt Potens: quare ſpiritibus opulentum. Odorata verò calidiora, & Aerea ſubſiſtunt emittuntq; cuncta, quaſdam ex ſe expirationes, quas ſpiritoſa dicas corpuſcula oportet. Ora tertiò ſi parum delibata attendantur deliniunt; quod quidem nequirent ſi amotis reliquis, ſingulari operarentur Corpulentia, ſpirituum Choro non ſtipata. Beneficio itaq; ſpirituum expedit Potens, ſuæ Calefactionis pernicitatem: & adnumerat ſibi hoc alterum præter vehementiam præclariſſimum, quod Celeritatem dicunt, Calefactiui muneris inſtinctum.

Corpulentia eius deinde lenis eſt, mollis, humida quidem, verun-

veruntamen Aerea largiùs, quã ignea ſibi appropriat facultas, vt potè quæ conſentiat cum Aere promptius, atq; in eam commigret velociùs, quàm in Aquam. Ex Aere nempè rarefacto, ignis; quem Aquæ nec agitatio vlla, nec attritio ardua, produxère vnquàm. Subita ergo ab Aerea humiditate in fauillam igneam tranſitus, ob commune conſortium. Hìc autem ſi correxeris vocabulum ignei, & pro eo cæleſtem ſubſtitueris noſtrũ, non reſtitero opinioni, ſed Igneum elaboratum pro Naturæ artificijs, cum Cæleſti, cum Aphrodiſæo componam. Addam propterea inter Merum, atq; noſtrum æthereum, breue interpoſitũ ſpacium, tale quidem quod momento expeditur. Vt non immeritò dicat Galen. id Calefacere celeriter. Ab eius quidem ſubſtantia, hæc deriuant.

A compoſitione modò, alia inſuper comparaueris, Excremẽtis vacat Merum, & illud præſertim quod Temete dicunt, fulgidum, terreſtreitatis expers: quinimò addas impoſſibile ijs conſpurcari, quùm à Terreſtreitate egeri nequeat Aereum, & Fulgens. Vacuum ergo ſordibus, fęcundabitur pura, mundiſſimaque linpha. Hanc ſubigit Calor noſter breui, quum familiariſſima, potentiori cedant confeſtim actore: neq; impedimentis implicitum, retardabit ſeruitia motori; quare momento Calori ſubſeruiet. Impedimenta Caloris humani, ſunt excremẽta alimentorũ, quæ nõ aliter conterunt oſſa, atq; ſiccitas faciat ſiue frigus Ariſtot. teſtimonio lib. de Iuu. & ſeneƈt. ope itaque ſcaturiginis ſpirituum, quibus oppletur; ob lenem deinde atque mollem ſubſtantiam: & poſtremò ob eiuſdem puriſſimam vndam, indubitabili cum ratione cõfirmatur, Meracia penè hauſta, perniciſſimè fouere, Calorifica, & vitali fauilla.

MERVM CAPVT FERIT.

CAPVT XXXX.

VT primùm diſſecuimus Potentis facultates, ea bona patuerunt, quæ valuere Hominum genus vaſtiſſimum, in ſui ſolam fidem repræſſis reliquis Potionibus, inuertere. Vt primùm

mũm tamen cęptum abuti, ſparſit rumorem infidi & doloſi, proiecitq; ſibi deuotam reuerẽtiam, in ſceleris atq; damni opinionem. Inſertum propterea in Aſtris laudatione, & maieſtate, poſt illud tempus damnari, inde detrahi, momordi datum; & fouit infamiam eius medicina. Medicina quidem, at illa quæ generalia fundens, ſpatio ſex menſium emetita, minutas nõ potuit numerare diuitias inſtrumentorum ſanitatis, annis pluribus, & largo ſolùm labore conquiſita. Quamobrem iuris eius patientes populi, peiora verſarunt; & addito robore medicinalibus, ciuiles etiã per leges velut infenſum prohibuerũt. Quod verò appoſuere ei vitio, Galen. illud eſſe propalauit, quod Caput feriat. Quod damnum quia non reticuit Galen. idcircò nec ipſe omiſi; ille ne famoſiora forſan eius occuliſſet, ego ne grauiora eius prætergreſſum videar: ille ad mala eius euitanda perſuaſus, ego ad excitãda bona eiuſdem, facilè incẽſus. Ferit profectò & Cerebrum, Potens, & mentem cerebri hoſpitem: quoniam & diſtemperãdo diſſoluit fibras eius in quibus robur ac vita: & aggrauando ſeueros eiuſdem obruit animos; & obſtruendo, alligat in anguſtias ſpiritus; & rodendo diſſecat continua Corporis; & rotando vaporoſa, rapit ordinata idola in cõfuſionem, & ignes ſuſcitando, coquit denique mentem, mollit, diſrumpit. Vulnera certè dolentia. At illa quæ vino imputantur (vt compendio calumnias confodiam) non per vim iuris aut medicinæ, nõ per authoritates aut Ciuiles inſtitutiones, ſed per nefas Potentum, & per iniuriam imperitorum: & ab ijs etiam, qui doli eius conſcientia corrupti, ſe ipſos à culpa exiſtimant ſubtrahere, dum vinum peccati participem, & principem accuſant. Telum eſt ſine dubio vinum quo plagæ illæ exſcinduntur Grauationis, Eroſionis, Obſtructionis, Diſtẽperationis, Ebriationis. At hominis manus Telum vibrat, non vinum. Non merum itaq; ſed Homo Caput ferit. Inde profluxiſſe certum

Balnea, Vina, Venus corrumpunt Corpora noſtra.
Sed vitam faciunt, Balnea, Vina, Venus.

Quod ſi placet vinum culpa mordere, cur veluti parricidam, cur veluti hoſtem non relegamus a menſis, non abſterremus à Cõuiuijs potius, quàm ſoſpitem (quod ſanctum obſeruamus à mundi vſque principio inſtitutum) inter Penates primum

H venere-

veneremur? Cur mali alicuius Genij facturam priùs non aſſentimur, quàm Deorum opus frugaliſſimum admittamus? Cur proniùs non dedecoramus notis venefici, infenſi, liuentis, quàm decantemus, vbique locorum, & in qualibet fortuna conſtituti titulo viuifici, amati, hillaris? Homerus vt in bella Hectorem acriorem reducat, capiteque ſciat inde valiturum firmiori, non ieiunum à patrijs laribus, ſed fæcundo Calice perfuſum madidum eliminat. Vliſſem pariter, quò roboret, non quò frangat Capite, in prolixam, & memoriæ indigam firmæ, ſui itineris narrationem, epotum, & calenti vino fotum introducit, & quibus, ob id ſtudium, viſus eſt Homerus, vinoſus, iiſdem ſanè ſuſpicionem inſignis ſapientiæ reliquit. Lucanus, ſpumanti Falerno refectum & accenſum, imò laſſatum (vt canit ipſe) Bacco, Cæſarem promouet compellantem Achorea, qui primordia pandat Nili, & gentis Ægyptiæ ritus reuelet: auditu altiſſima hiſtoria, capaxque non læſi capitis, ſed mentis diuinæ, & eius, ſub cuius lumine virtus viuat ſaniſſima. Anacreon verò, cuius facundiæ ſuauitas, condiderat veraciſſima Philoſophia,

Vt vbi ſit vua ſecta
Vigeamus abſq; morbo
Vigeamus vſq; membra
Vigeamus vſq; mentem:
Redeunte donec anno
Redeat nouus Liæus.

Vegetat ergo mentem, non vulnerat Potens: & quemadmodum Horatij quoque concinnunt Carmina, non conijcit in ſæua pericula, ſed in dulcia perducit.

Dulce periculum eſt
O Lenea ſequi Deum
Cingentem viuidi tempora pampino.

Sed quid moror? Nonne laxamus omnes eòuſque ora in vinum, quouſque fluctuent murmure; exiſtimantes graue caput eo in ſtudio leuari, & mentem torpentem inter diffidia

dia adflictionum, tranquillari? Reualituros ſperantes noua mente, & ſerena, vt idem Poeta cecinit ad Capitis firmitatem, atque integritatem? Ad huc ergo perſtaueris ferire Caput vina? Non lædunt vina, non vulnerant mera, ſed frangit Homo Caput ſuum, intentat Homo Capiti ſuo flagella, latice abuſus vini. Ampliori ſiquidem Patera, ſiue potiùs impuro redundans, calorem primo micat largiorem: intendit deinde Calor idem, quæ ſua eſt propenſio, ad Corporis culmen: eleuat præterea euaporabilia quàm plurima ſecum, poſtremoque ſpirituum ordinem exacuit. Quibus non dubitandum, quin repleat, quin pungat, quin extendat, pulſet, confundat, obſtruat. Sed vini potus ſocia hæc; non prima, aut ſempiterna, ſed eſtera, accidentaria. Vnde quia alias quoquè Potiones comitantur, poſſent alijs quoque attribui poculentis, & timida recenſeri. Ea ſiquidem ipſa Aqua, Capitis angulos obſtruendo ebibita, non Calefacere ſolùm ſed in Furias rapere, vt Alexander author eſt in Problematibus. Nec vino id vnquàm imputauit vitium Hippocrat. ſed Crapulæ. Id quidem quod ſuus atteſtatur Aphoriſmus 5. particulæ 5. ſi Ebrius inquit quiſpiam, repentè obmutuerit, conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut vbi ad horam peruenerit qua ſoluuntur Crapulæ vocem recuperet. Conuulſio inquàm non quidem à vino ſed à Crapula. & Galen. in comm. Liquet autem omnem noxam ex vino factam à Græcis omnibus Cræpalen nominari. Quinimò mirabile dictu, in ipſa quoque Crapula ſublime quoddam, in quo vini diuinitas patet: vulnera nempè vini, à vino eodem ſanata: quos inquàm ſauciat intemperantia ex vino, vinum idem ſeruat & ſanat. Namque nerui oppreſſi ab eius ſubſtantia ſubleuantur ab eiuſdem Calore ac ſiccitate. Vnde quantitas ſi perdiderit qualitas reuocat ac ſuſtentat. Et quoniam Crapula eſt Hominis, non vini Vitium, quam Ariſtotel. in Problem. immodicitatem nominauit, propterea eo nunquàm accuſandum vinum. Quod ſi accuſares, eodem momento celebrares quoque quum ſanet offenſas quas eò manus, atque incontinentia tua incuſſerat. Accidentales ergo meri proprietates eſſe credas Caput ferire: nec alias, atque illæ eſſent Rheubarbari, quando

affirmaueris forti purgatione enecare. At quoniam huiuſmodi fortuita ſub vini latent ſuauitate, & incontinentes vt plurimùm eſſe Homines cognoſcis, hinc ſæpiſſimè, ac penè ſemper egerere iſtas læſiones, & ſempiternas ſcripsère.

Vna tamen læſio communiſſima, in cæteras triumphans illaqueat numeratas ſub ſe læſiones (ſi læſio eſt Ebrietas) quam & Pelagus, & Terra vltrò quæſiuit inuentamque excepit, apud quoſdam laudabilem, apud alios verò deteſtabilem. Hæc, Ebrietas dicitur. Quam clauſit Galenus laudabilem, vt reor, ſub Capitis feritione: non inſcius in vino inſeparabilem, cæteris verò liquoribus incomunicabilem reſidère: verùm obuoluit inter ſilentia, non confiſus ſua eloquentia, vtpotè fluente, qui ſciret ſolo commati & ferienti, ſuam poſſe citari feritionem, atque laudationem commendari. Mihi deeſt quidem granditas orationis, non deſunt tamen pignora ſuæ celebritatis. Quare ſuſcipias pro debito animum: & quantum ſurgat præconio vinum, ex ebrietate ediſcas; cuius illi ſunt mei ſenſus quos in ſequentibus aperuero; non aliunde erutos, quàm à diſcurſus ſenſati ſemine, potentiſſimo omnium veritatis parente.

DE EBRIETATE OPINIONES Aliorum.

CAPVT XXXXI.

Alta adeò ſcandit ebibitum merum vt Animam ipſam diſcurſiuam, ſupra Corpus ſubleuatum, (quod diximus cum Galeno ab eo, & Calefieri, & fereri) non raròcontingat. Hanc quandò impetat vinum, & audax ab Antiqua ſede commoueat, adfectionem huiuſmodi, appellarunt Naturales, Ebrietatem: qui ſanè ijdem, vino dilutos, ſuis tamen antiquis moribus ſtantes, ſobrios dicant. Ebrietatem quidem;

quam

quam animę adfectionem perhorruerunt alij cum Pentheo Euripidis turpiſſimam, ac ſceleſtam morum laruam, dum ſub genere eam Delirij locarunt, & Delirium à vino definierunt. Alij Heroica laude digniſſimam matronam cum Tireſia eiuſdẽ Euripidis affectarunt, dum ſub eo Enthuſiaſmi, diuini ſcilicet Furoris repoſitam, Furorem à vino prædicarunt. Varia hanc ob rixam certamina ſubiuit apud Sapientes, Ebrietas. Nam Deliram qui crediderunt, hæc huiuſmodi ludibria per Scenas, & Apologos congeſsère in Ebrios. Lectulus commodior Ebrio quã Sella: & longè melius Ferula ſuis commiſſa manibus quàm Haſta. De ſtatu ſuo exturbati Temulenti, exuuntur prudentia, & rationem, quam conducit in Anima quieſcente ſeruare, ammittunt fluctuante illa, & lubrica per bibacitatem reddita. Exſiccatorum item Calicum inter conuiuia finis (ſi Sapientum vocibus credas) conſuetudo mutua, Familiaritas, & poſtremus omnium, Amor: non ergo vinum non Ebrietas; nec, ſi placet Alienatio per Bacchum, Cæne meliora. Dimetitum (addunt) Iouẽ reliquis Dijs Nectarem; nec aliter, & Heroibus ſuis conuiuantibus Agamemnonem potum fudiſſe: non alio ſanè arcano, niſi vt Satietatem euitandam monerent, Ebrietatemq; Crapulę hæredem, quàm longiſſimè à morigeratorum Choro repulſarent. Ridiculi tandem habiti Ebrioſi, qui redeant ſardomicum: Nugaces, qui garriant importunè: inſani, qui ſibi non conſtent, & rerum ſuarum rationem ſobrij erubeſcant repetere. Illiberales, & ſordidi, qui ſtertant, vomant, fæteant, puteant, debaccentur]. Quid multis? Nam, vinum, vel prudentem cantare coegit,

Et tenerum ridere pedeſque inſerre Choreis,
Atque tacenda loqui, nec idonea dicere dictu.

Hæc & ſimilia permulta, in Ebrios contorta ab ijs, qui Delirium cẽſent à vino, Ebrietatem. Verum, qui Ebrietatem fecère Enthuſiaſmaticam paſſionem, hi in laudes eius præclara concinnauère. Non enim differre hunc Furorem inditum nobis per Liberum Patrem ab inſtinctu illo diuino quem Apollo inſpirat, docuit cum Euripide Plutarchus, niſi hoc adiecto, Baccationis, & Coribanticæ ſaltationis. Ille ſiquidem in Baccis ea habuit

Etenim ipſa baccatio

Digitized by Google

Et ipſa inſania magnam vaticinandi vim habet.
Quando enim hic Deus in corpus venerit immodicus.
Dicere futura inſanientes facit.

Quo quidem viuente attributo patet, ſapere nos altiùs in Ebrietate, quàm in Apollineo, rapti ſapiamus furore. Eodem ſiquidem ſpiritu per Bacchum, informamur, atque per Apollinem affectu intumeſcamus, ſi fidem concedimus ſcitiſſimis Philoſophorum Plutarcho atq; Euripidi. Appendices ergo illas baccationis, & ſaltationis, Ebriorum indiuiduas pediſſequas, certum eſt addere vlteriorem gradum eminentiæ Ebrietati, quæ ſurgat longiùs ſupra inſtinctum Apollineum, ijs vtique bonis, præclarioribus veluti complementis, deſtitutum. Sibillæ ſcilicet illæ, præter ſeueram Calliopem, Clio, & Taliam, furoris ſui muſas præſides, aliam non obſtringunt ſibi vllam. At verò Baccæ, ſaltantes & reliquas harmonicas, Vraniam, Melpemonem, Erato, Terpſicorem ſibi aſſociant, & obſtringunt domeſticas. Per Apollinis furorem, totus ad Cæleſtia abſtractus animus, ſapit præuidet. Per Bacci Ebrietatem, præter quàm euolet per amæna diſcurſus, vbi & vbertas, eloquentiæ, & opulentia ſapientię vireſcunt, in mundana quoq; propendens: in cuius Numinis afflatu, gratiæ enitent morum humaniorum, & compoſitæ eæ florent voluptates, vnde opinionem conſequimur elegantiæ & eruditionis, atque prudentiæ commendationes, apud quaſque gentes aucupamur. Hanc vnam ob cauſam ille idem Euripides, Diuinationem, & Præuiſiones non quidem Apollineos ſed Bacchicos ſemper annunciat furores. Eandem inſuper ob cauſam, adeptum dicunt Bacchum, à ſapientia cognomentum non quidem incauti, ſed Liſij, quaſi ſoluentem diceres: & validum eum ſtrenuumq; cecinerunt vbiq; Poetæ, quò pleniùs influente, vis magna animo & corpori ſuccreſcat.

Martis quoque partem aſſumpſit.
Exercitum enim in armis & in procinctu ſtantem.
Metu perterrefecit priuſquam dimicaret:
Quæ conſeruatio, eſt Furor a Bacco.

Mores hinc priſci Perſarum, Græcorum, Germanorum, antiquitatem, & molem deprompsère, deliberantium plerunq; in Conuiuijs, & inter Crateres, de rebus grauiſſimis. Concretum nempè Animum ſobrietate, ac veluti immobile, laxari aiũt ſua-

uiter, calefactum a vino : Vnde agilitas, audacia, ſecuritas prorumpunt. Plicas explicari illas tortuoſitatis, addunt; ſoluere linguam addicendi libertatem : & per hanc ſementem, veritatis altiſſimum germem ſublimatũ. Inania proinde Eſopi optata ea, feneſtras cupientis in pectore, per quas in alterius cogitationes liberè perrumpas: Qui per Ebrietatem videas, laſciuire ſemper Corda, inter labia; mores & affectus (auleis veluti explicatis) exilire. Exempla pariter adducunt, & Catonis integras noctes protrahentis inter Calices, ad hoc, vt cum Philoſophis commentaretur: & Conuiuij ſeptem illorum Sapientum, qui quandiù adbibebant certatim, tunc quidem tẽporis, de ſapientiæ maieſtate acriùs diſputarunt: & menſarum Socratis, quæ vndanti vini flumine difluentes, redoluère tamen mellea ſemper dulcedine decteriorum, & roſea Parnaſſi mollicie eluxère. Quæ vniuerſa complexus Horatius in Epiſtolis, hoc mele expreſſit.

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit:
Spes iubet eſſe ratas: in prælia trudit inermem;
Sollicitis animis onus eximit: addocet artes:
Facundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?

DE EBRIETATE, VINOLENTIA Vinoſitate, & Temulentia ad Authoris mentem.

CAPVT XXXXII.

DIſcordes ſententias laudantium hinc, indè verò calũniantium Ebrietatem, ſtuduère rerum humanarum, ac phiſicarum eruditiores, quibuſdam datis diſtinctionibus, conciliare. Puderet certè & me, Ebrietatis eloquia euulgare, ſi cæco ſemper ſcirem rapi errore mentem, vbi impendent ab alto pampina, & Liæus. Verùm quoniam à Poculis gaudia vt plurimùm, gratiæ ſeria, vbera, ſecuraue diſcurſus: & quemadmodum Poeta, Nullus aut bella, aut paupertatem increpat: mente quin-

H 4 etiam

etiam valere in Febribus, vtile per Hippocr. hinc tanquam de Numine quodam curante hominem, tàm in Portu ſanitatis quàm in Fluctu Febrium verſantem, ita de Ebrietate, ex Vino, dicenda aggrediar.

Plutarchus, Bibere, & Adbibere, ſtatuit terminos germanos, quibus Illiberalem Ebrietatem, diuelleremus à Ciuili atq; accepta. Ceù Bibere, ſit inebriari mediocriter, & habita proportione ad Corpus quod vino repletur: Adbibere verò, potu excedere, & cruditate veluti quadam, ex vino, laborare. Qui propterea Bibunt, quouſq; hic ſe ſe continent, qui tantummodò Bibant, ij quidem laude digni, & bonorum hæredes, quibus furor ditatur Apollineus: addito inſuper Bacchico ornamento, hilaritatis, Chorearum ac ſaltationis: Diſcurſu enim opulentiones per vinum, Vita quoq; & Gratijs diteſcunt. Qui verò Adbibunt, ij excuſſo iugo modiperatorum illorum, qui mēſis præſunt, in alienam ditionem ſubterfugerunt, impuram, abhominabilem, cuius accolæ, irrationales, feri, ſordidī, & quod primū eſt veſani, deliri, iniquiſſimi Hominum: inæqualitate ſiquidem & mutatione illa per vinum à Naturali ſtatu alieniſſima, pace ſua Corpus vnà, & Animus abrogantur. Bibentes illos vt pote qui per Licæum obambulēt, flagrante Anima in diſcurſum, admiratur Plutarchus, Adbibentes hos, dormitum compellit. Ebrios illos, in viros excipit laudabiliſſimos: alteros qui vino putent, à commendatione abdicat ad Porcoſq; detrudit.

Plato de Legibus, binas & ipſe vidit ſpecies Ebrietatis. Degenerem aliam, abolēdam penitùs, & à liberali educatione ſeiungendam. Aliam Ciuilem, guſtandam eam, & in Vitæ nobilem culturam conuocandam. Proximam hanc, quam Ciuilem diximus, & Pudorem, & Audaciam ingenerare; ſēſus, memoriam, opinionem, intelligentiam, vehementiora efficere ſcripſit. Priorem verò illam, quam Degenerem nominabamur, cuncta iam enumerata, aſſerit extinguere; ad eamq; tenuitatem deſtructa, atterere, vt ſui ipſius impos euadat bibax, & deuoluatur denuò in puerum, Vir, ſiuè ſenex temulentus. De Finibus porrò Ebrietatum iſtarum nè contentioſiùs dimicaremus: ſiuè nè Myſi, ob limitum ignorantiam, in Phrigas tranſilremus, Arbitros menſis adhibitos voluit idem Plato: quorum cauit decretis, quotò procedendum in gradu, qualivè in menſura combibendum, ve-

nulla

Digitized by Google

nuſta ea Ebrietatis muſa, cupidi condecorari. Scilicet exercitationis cuiuſdam gratia, & tanquàm re ſeria ad temperantiam & metrum officiorum, ſi affectetur Ebrietas, licet per magiſtros illos exſiccare Calices. Verùm ſi tanquàm ludo compotationibus altercemur, & pro libidine arripiat ſibi quiſq; licentiam errorum inter pocula, extorquemur mēſis, & punimur cōtinuò exſibillationibus. Hos verò arbitros Conuiuiorum, & Præſules dixère, & modiperatores, & Reges, & Præfectos, & Magiſtros, & moderatores: quorum intereat, muſici in morē, alios animos potando contentiores, alios abſtinendo remiſſiores reddere; & à diuerſitate, æqualitatem atq; conſonantiam coæquare.

Duplicem hanc Ebrietatem & alij ſapientum præcauentes, Priorem curis diſſipandis præſtātiſſimam, & legitimis voluptatibus adſciſcendis præclariorem, conuocarunt in ciuiles commeſſationes alteram abhominati. Quas vno hoc interuallo ſepararunt quod inter numerum intereſt & numerum Poculorum. Ebulus proindè Poæta, bina tantùm, Ebrio pudico permiſit Pocula: ſatietati primum dicabat, alterum voluptati: tertium ſi hauriendum conceſſit, ſomno illud conciliando, cum remedium ſperaſſet, viſus eſt damnaſſe: quartum inde, & plura Iniuriæ commiſerat. Paniaſis, in duobus, & ille concluſit poculis decoram Ebrietatem: primum contribuit Gratijs, Horis, & Dioniſio: ſecundum Veneri rurſumq, Dioniſio: quæ verò vlteriora ingurgitabantur, ea Iniuriæ & Nocumento donabant. Eſchilus, terno ſalubres lætaſq; menſas claudebat: ideoq; tertio Iupiter inuocabatur. Aſclipiades terno & ipſe in numero, ſana ab inſanis poculis diuidebat: primum ad ſitim pertinere dictitans: alterum ad voluptatem: tertium ad Ebrietatem: reliqua ſupra tertium, in inſaniam deuoluebantur. Vt Aſclipiades quoque, Medicorum notabilis, Ebrietatem declaret, ſe commendabilem ſuſcipere morum affectionem, qui ſegreget eam ab inſania, limen primum turpioris eius Ebrietatis, in cuius infamiam, tot ſordida inuexere.

Illuſtriſſimus Comes Albertus Pompeius (quem ætate noſtra paludatum reuerenter Principes Virum, togatum verò venerantur ſapientes, Archiſophiæ primatem, melioremq; Picū) natam Ebrietatem volens ex irritatione principum Corporis

par-

Digitized by Google

partium, quibus vinum relictis tubulis & meatibus cæteris adhęreſcat, pro genere Viſceris, qui plurimum eius, ex fonte ſthomaci abſorbuerit duplices & ipſe ſpecies illas, viſus eſt cautus ſecuiſſe. Corde ſcilicet, latice eius irriguo, Voluptas, & Robur, eliſa. Splene, eius vnda tumido, triſtitia excita. Iecore onerato, animi & victoriæ conceptæ. Pulmone infarcto, ſtupiditas. Diaphramate, ridicula enixa. Euripides, vbique locorum afficiendum eſſe honore Bromium voluit

Et honore afficiens Bromium, ſapis.

Impudicitiam verò & impudentiam ab eius baccanalibus natam, non quidem à Bromio vnquàm ſed à Natura baccantis proditam credidit. Sic enim voces Tireſiæ ſui ſuccinunt

Non ipſe Dioniſius coget impudicas eſſe
Mulieres, ſed in Natura
Ineſt pudicitia quocunque tempore.

Quinimò percolendum largius ſuaſit in Alceſte, quo vltimum, & ſummum vitæ bonum, Hillaritatem nempè ipſam conſequamur.

Exhilara te ipſum, bibe, quotidianam
Vitam, tuam ducas eſſe: reliqua fortunæ ſunt.

Ijs veruntamen ſapientibus, Ariſtot. anteſignamus: qui binas Ebrietates ſibi proponens, ſectione problem. 3. Ebrietati conuiciatur: ſectione verò problem. 30. Ebrietati applaudit: oppoſitiſq; propterea decretis docet, Aliam dari Ebrietatē Sapiente Viro dignam, votis & ſtudio ambiendam, Aliam verò ſeruilis Hominis ſcortum, ferro ac facibus vbiq; locorum perſequendam. Iniquæ huius Ebrietatis facinora eſſe ſcribit 3. illa ſectione Delirare, prauè Iudicare, Tremere, infirmè videre, in viſionis iudicio peccare, abſurda ſemper morum inſolētia, Brutari. Æquè autem alterius pignora, & Encomia 30. illa ſectione memorat, ſemper refouet bibacem Ebrietas: ad verba ſuadet, Vbertatem, Eloquentiam, Confidentiam, dicenti influit: in Amorem compellit: nouos inſeminat mores, auget connatos. Hæc inſuper addit, tantò celſiora exiſtimanda eſſe bona, quantò Naturæ ipſius bonis præcurrunt, ſublimiora. Hæc ſiquidem, tàm per Naturę munificentiam, quàm per Ebrietatis mirificam facultatem, donata: ſed per Naturæ itinera, ſeriùs compacata, per Ebrietatis verò alas, breuiùs arrepta. Ea illa prioris generis

ris mala, non vini quidem, nec Diuini alicuius opus putaueris, ſed exceſſus & intemperantiæ. Hæc verò poſterioris generis grandia, Bacci quidem munera: quem eius veruntamen Bacci, mediocritas & Proportio, ſiue & Iupiter ipſe cum Cerere, vt Comes Albertus inquit, fecère Deum. Ariſtot. propterea, Exceſſum hunc iniquum Vitæ Sydus, eludendum vt moneret, mediocritatem verò ac Proportionem, proſpera ſemper Numina ad vtilem Ebrietatem adoptandam, colenda, modici, & immodici elaborauit primus regulas: modici finibus, occludens ſobriam Ebrietatem; Immodici verò, peccantem coercens. Per modici & immodici ſemitas, in quamlibet Ebrietatem aditus. Rectà per Modicum progreſſi, in diuerſoria Calipſi acceſſus. In immodicum verò deflectentes, ad Circes Antra brutandi naufragamur. Hic libido: illic Caſtitas. Hic delira, inurbana, ſceleſta ex vino infirmitas: illic elegans, docta, Entuſiaſmatica Ebrietas. Hic mores diſſipati humaniores, & in illorum vicem agreſtes, belluini, ferociores ſuffecti: illic inſeminati nobis per vinum, quod pollicetur Ariſtot. ciuiles. In vini modicitate & modica ebrietate commota mens (quam non commouent, niſi quæ edũt tumultũ vina, hoc eſt meracia, & copioſa) Ebria ergo, vt potè ſobrietate expoliata. In Immodicitate verò ſubuerſa mens. In modico vino expolitus homo, rotundior redditus: quia audet, calet, ediſſerit, motatur. In Immodico verò, deformatus homo, lacerus: quia contumeliatur, inſanit, reſoluitur in morem perditi, perditur.

Oppoſitos iſtos de Ebrietate ſenſus, quicumq; ex eruditioribus non adnotarunt, vbique incuſare pocula, contrà decus ſapientiæ diſſeminare in populum inconcinna vini, in eius abſtinentiam ſollicitare, ſobrietatem, non ſecus ac Continentię oculum in inſignia titulorum erigere, Ebrietatem deprimere, declamare. At verò quicumq; veritatis amantes, omnem perluſtrarunt vinoſitatem, & in cæca vſq; inteſtina eius pererrauere, renunciarunt diuerſa protsùs. Theſauros nempè, in abditis eius comperiri; quibus qui compos participat (participat autem ſciens) diues per vniuerſa Vitæ ſpacia decurrat, lætus ſemper, ſanus ſemper, facundo inter quaſcũq; gentes eloquio gratus, ſuauiſſimis moribus ab aſperis ipſis acceptus, iudicio acer, proſpera demùm fortuna vbiq; locorum beatus. Primæ illius

ſectæ

ſectæ cultores, inertiſſimi cũ Penteo extitere, pauperioreſq; Medicorum ac Phiſicorum: qui inualidi ingenio, deliros obſeruarũt ſolùm à vino, tanquàm obuios ſenſibus, vltra quos conati perduntur impotentes: miros verò à liberali patera, eloquentes, ſagaces, audaces, non perceperunt; arbitrati tàm diuitẽ meſſem, à vino non conceſſam, cuius frugalitatem oculis inuiam, tactui ignotam, prætériere. Alterius verò Claſſis ſequaces, ſolos numeramus Philoſophos, ac Tireſias Medicos celebriores, horũq; Antiſtitem credimus Homerum, claros nomine, iudicio ſolertes, obſeruationibus patientes, indefeſſiq; ſtudijs: quiquidem craſſiora ſenſuum reiectantes, in periſtiora obiectorum introducti, rationem expiſcantur, huicq; ſolidum omne confidunt. Ab Homero cæteri quos ſupra authores recenſuimus proceſsère Dioſcorides, Plutarchus, Plinius, Ariſtoteles, Flaccus, Plato, Euripides & ſeries reliqua numeroſiſſima Clariſſimorum; qui & commoueri mentem à vino, & ſubuerti fatentes, in Commotione Virtutem plurimam, in ſubuerſione Vitium deteſtabile repoſuère; de ambobus deniq; Ebrietatis vocabulum prædicantes. Inebriari ergo quis dubitauerit, dummodò intra Virtutem ſe ſe contineat? Coronare caput, Libare, Bacchari, quis recuſauerit, dummodò tripudiet choreis, lætetur cum tibijs, & curas ſedet, Tranquillam vitam, credens cum Poeta, & Prudentiam, ſtabilem manere, & firmare domum? Quinimò Bibere quis non ſtuduerit ad conterminam vſque menſuram pleniſſimæ ex vino Ebriæ Virtutis? Si namq; imminemus mente irrationalibus, quantò citeriori mente rationabilibus ipſis per Ebrietatem anteibimus, quandò potiſſimùm ſuadelam Reginam inter Homines, vt inquit Euripides, per Ebrietatis ſolatia nanciſcamur? In hanc inuitabat Homerus, ſuos quandò Heroas, pleno ſemper latice fotos introducebat, vel belligerantes, vel conſultãtes, vel cel ſi aliud agentes: tãq. enixè huic inuigilauit miniſterio Poetarum ac Philoſophorum decus Homerus, vt viſus ſit affectaſſe priùs titulum vinoſi, quàm eius quod probatur à noſtris Epici aut Tonantis. In hanc ſollicitauit, quod narrauimus, Ariſtot. 30. illa ſectione problem. quando diteſcere ingenio Homines propalauit, tàm in Philoſophiæ ſtudijs & carmine pangendo, quàm in Republica adminiſtranda, & Artibus exercendis, ob Ebrietatem, melancholicæ paſſioni, quàm ſimillimam affectionem:

nem:

nem: exaggerauitque inde & eloquio diuites reddi Ebrietate Homines, & vberes ſale, & audaces Corde & actionibus infatigabiles, & mente fæcundos. Hùc traxit conſeſſus Hominum Dioſcorides 5. lib. de medica materia quandò diuidens Ebrietatem temùlentam à vinoſa Ebrietate docuit noxam cunctis Temulentiam, at verò vtilem perpetuò vinolentiam: quemadmodum etenim franguntur nerui, Ebrietate Temulenta obſeſſi, ita laxantur vinoſitate meatus, ſenſuumq; inde cæca excrementa perpurgantur. In eandem pellexit Flaccus, quandò relaxationem ingenerari à vinolentia cecinit, & ſpiritus corpore excitari ab Ebrietate addidit; vnde Corporis munia clarentiora ſimulq; promptiora erumpunt. In hanc denique pertraxit Euripides, quandò in Bacciis ſuis, Bacchicas cærimonias, ſacrorum fecit regales: proſpera hominis hîc claudens

Hunc verò cui in diem
Eſt tranquilla vita, laudo.

Nec certè tranquilla niſi per Ebrietatem, cui nulla ſuperior aut antiſtes ſuperſit ſpes optanda. Diuitijs verò & Potentiæ infinitæ ſæpè ſupereemineant expectationes.

En peritæ Ebrietatis bona, per Viros ſapientes laudata. Bona quidem tanto ardentiùs percolenda opere, quantò frequentiùs ſuccumbimus frigidis mæroribus, Vitæ ſæuiſſimis hoſtibus. Tanto ſtudioſiùs procuranda, quantò ſæpiùs experimur deſeri nos à tranquillitate ſolaminum, à fortunæ placidis flatibus, à ſapientiæ monitis, à diuitijs, à ſanitate: quibus deſtituti comitibus nihil reliquum eſt optare poſt illud tempus ſolatij, niſi Ebrietatis amplexus: cuius auribus dulce proculdubiò inſuſſurare, idem quod vxori ſuauiſſimæ Calamitoſus Pompeius. A me quod gaudia, & quod pia officia diſcurſus, tantaq; diſceſſit commoditatum manus incipe Hominem ſola tu Ebrietas ſequi.

At ediſſere, inquies formas, & modos modici iſtius per Ariſtot. in quo ebrietatis honeſtę perſtant ſtamina: quo ſcilicet deceat quemq; ijs inſtructum diſcurſibus, progredi in Ciuiles cõpotationes, & participem fieri eximij ad Beatam Vitam numinis. Ego verò non deero optatis: ſiq; Bacchus docuit vnquàm ſua ſacra Ariſtot. id digniſſimum auditu euoluam omne. & docuit quidem, plurimumq; ſui Numinis ſitienti ſapientia ingenio

nio inſtillauit; quod patefecit potiſſimùm trigeſima illa problematum ſectione, ſæpiùs repetita.

Sobrietatem eo loci, primum ſternit fundamentum Ariſtot. vnde ſurgant tres gradus cautæ, ſobriæ, ac beatæ, Ebrietatis; vltrà quos, terni alij propagantur, quibus indecora Ebrietas ad extremam turpitudinem conſcendit. Sobrietati ergo danda prę cæteris ſtudia: deinde ad licitos, & illicitos mores aſcẽſus. Sobrium appellat eum Ariſtot. qui genuinis à ſuis moribus non diſcedit. Hunc rurſus illum intelligit, qui tàm ieiunus vino accedat, quàm vino dilutus, ab aſſuetis moribus non dimoueatur. Quouſq; ergo ſtet bibax Antiquis ſuis in affectibus, eò vſq; ſobrius dicebitur. Talis hic homo ſemper quidem taciturnus, quia nempè frigens. Vnde Calidùm & Frigidum, cum mores condant per Philoſophum, eodem loci, mero liberaliori idem, dilutus, refouetur, & ad verba excitatur. Vnus hic ſanè, & primus ebrietatis gradus: quia ſi Ebrietas, affectio eſt quædam cõtraria ſobrietati, hic certè morum mutatio: quamobrem Ebrietas. Ea tamen honeſta, quàm Ciuilia quæque exoptent amicam. Tranquillo hoc ex littore, vbi nauigare amænum, abſtrahunt largioris potus ſpiracula, quæ in vbertatem linguæ eloquentiam, confidentiam, veluti in proximiorem Portum deducunt; ſuauiſſimum eum, quia in Eloquentia, veluti in Regia reſidet ſapientia tàm quidem Actiuæ, quàm ſpeculatiuæ Philoſophiæ officina. Alter hic gradus & ſecundus acceptæ Ebrietatis. A quo aliud nihil abducit niſi proceſſus potandi amplior; veluti ſtatus viuidior perducens ab Alcinoo in Itacham Patriã; vbi audacia, & propenſio ad agendum comparata. & in hoc tertio pax atq; requies Menſæ; cuius finis, Amor, Honeſtas, Virtus: & omnium certè virtutum experimentum, Propenſio ad agendum, ſiue audacia: quapropter & omnium virtutum exẽplum, atque refugium, huiuſmodi à Poculis Ebrietas. modico vino & potu, hùc vſquè progredimur per Ariſtot. qui non quidem in guttulis modicum clauſit, vt noſtri aſſolent medici, & moderatores Conuiuiorum; neq; in numero Paterarum, vt Ebulus, ille, Paniaſis, Aſclipiades, Eſchiles, ſed in largiori poculo, in ampliori, in proceſſu potandi: quæ ſua eſſe verba leges primo illo Problem. 30. ſectionis. In modico verò iſto, quod circum ſcribimus plurima vini vnda, obſepta ſtant miranda Ebrietatis

tatis eius; quæ furorem Apollineum præcurrere diximus Nobilitate; hinc enim Frigiditas, indè æſtus conterminæ Regiones: in quas qui pedem infert, ſobrius ille, & Taciturnus, ille verò alius Temerarius, & Delirus nuncupatur. Neq; rurſus obſeruaueris à ſobrietate, in primum illum gradum Caloris à vino, per minimam quamq; per Ariſtot. menſuram tranſmigrari, ſed per liberalius, vt addocet ipſe poculum. Vt ſentiant hic, roboris ſui incitamenta noſtrates Medici excepto Dioſcoride, qui nulla addita appendice, Calefacere vinum vbique prædicarunt.

In immodico vino putens illa reſidet Ebrietas, quæ Delirium dicitur a vino. Hæc verò exorditur per eiuſdem Ariſtot. præcepta, nõ quidem ab hauſtis, aut verceolo, ſed ab eo ſpiritu & hiatu potandi, quem diximus Audaciam in bibente ingenerare. Eo ſiquidem in molem grandiorem amplificato vlteriora attingimus, ſcopula nempè priora; vbi regna inſanientis Furoris: cuius eſto primum, Contumelia, ſiue Petulantia. Neque dubium hunc eſſe gradum abſonæ Ebrietatis, quanquàm primum quia extra ſtationes morum Ciuilium, vbi inferre iniuriam vetitum. Hinc laxato nempè largiùs vtre, fuſioriq; vrna repleto, interiora Regni immundi Ebrietatis peragrata, ad inſaniamq; peruentum. Altiori demùm paſſu, ſi inde properes, reſolueris, & Comitiali velut morbo correptus, torpens & ſemiuiuus vltranea non continges. Et hi quoq; tres immodici gradus, definiendi non quidem numero poculorum, ſed fuſiori ſemper vino, & morum bibuli, aſſidua per Regem menſæ, obſeruatione.

Nulla ergo iniuria à vino Potenti, ſed quæ prouenit ab eius Calice, ſunt immodici damna. Immodicum verò, non incluſum in Cancellis, vnius aut Pateræ, aut Vrcei; ſed effuſum in plura libamina; per tot riuulos diffuſum, quot ſufficiant implendo animam fructibus, & verborum, & eloquentiæ, & audaciæ. Neque rurſus Ebrietas omnis indigna homine probo, ſed Temulenta ſolùm, in petulantiam & inſaniam profuſa: illa verò alia diſerta, audax (quæ alijs nominibus dici ſolet vinoſitas, Vinolentia) illa inquam amica probis, diues bonorum nobiliſſima laudum altiſſima meritorum.

NV-

NVTRIT MERVM.

CAPVT XXXXIII.

PRæter enumeratas Meri facultates, Calefactiuam, atq; Inebriatiuam alias non minus Nobiles vberiorem veluti in cenſum exſoluit Nutritiuam, Vectiuam, Coctiuam, Cordialem, nunquàm tacendas. Quas præsereat quamuis Galen. loco nobis præfixo, idem tamen eleuat eas in celebritatem, famoſa paſſim per volumina, nulli parumper verſato, non conuoluta. Non ambitione vlla, quæſita per me, vini ſanctiora, ſed vita quo vini ſepulta reſurgat, reuocata. Galenus contentus Calefactione & Inebriatione, illud in Potũ ſuaſit 3. Acur. Febricitantibus. Ego Febres fundendum per omnes, à cæteris quoq; facultatibus apprehendo. A Nutritiua vero, tanquàm à nobiliori inchoandum. Hanc (ſi paucis loqui decet) nullus auſus eſt negaſſe non inſidère in vino perpetuam Virtutem. Cui fidens Galen. conſenſui. 3. de Alim. fac. hæc ſcripta reliquit. Vinum quidem ex eorum eſſe numero quæ noſtrum Corpus alunt, omnes fatentur. modo ſi quicquid alit Cibus eſt, vinum etiam in genere Ciborum reponendum. & lib. de Cauſis morb. Vinũ modicè hauſtũ vt quod maximè proprium alimentum ſit, natiuum calorem adauget. Sed quæ cuncti admittunt vera, nefas inſtando attenuare. Illud ſolùm addas opto: ſpeciem Cibi, aliam eſſe Siccam, aliam Humidam, in quas diuiſit Hippocr. lib. de Aliment. ſua Alimenta. Cauſa modo cur Nutriat, fortàſſis obſcura. Nã nutrire Corpora noſtra à ſimilibus ſpecie nobis, nullus eſt qui inficiatur: Nutriendi ſiquidem Actio eſt aſſimilatio: & Nutrire, formam eſſe producere propriam nutriti in ſuo quidem de Alim. ſubdit Hippocr. At ſimile illud animo dum explorant, in Aſtra vſq; & Arcana ſuccenduntur pleriq;. Huc qui peruenère, ex Icari certè familia: quò nulla tamen humanę peritiæ anſa perducitur: quum ſuprà vertices Naturę, Arcanum. Alis alij craſſioribus Icari Cælum non attigère, ſed per Elementa ſpaciantes, hìc ſe ſe clausère, & hi quidem antiquo ab itinere, velu-

ti

Digitized by Google

ti qui peregrè profecti in Patriam redière, plura deportarunt, Nutritionis propria, Simpatyas, Antipatyas, Cōſenſiones, Diſſenſiones, Affinitates, Diſſidia, Similitudines, Diſſimilitudines. In quibus iterū inconſtātiſſimi, pro ſumptis principijs nec non obſcuriſſimi. Legant ſcriptorū haſce memorias, & cæteri. Ego quicquid Corpora nutrit cognatū prorſus corpori ſit illi cui velut nutrimētum proponitur ediſſero. Quam cognationē in primis conſtitui Qualitatibus, Caliditatem, Humiditatem, & reliquas, in ſecundis deinde, haſce conſequentibus, & denique in tertijs & vltimis, authores ſunt Philoſophi, & præter cæteros Galen. in comm. de Alim. Nos, addas modò, ex ſublimiori quadam humorum mixtione conſtamus, qualitates illas ſingulari cum Artificio complectente, cuius eiuſdem (quod per Vndam patet) particeps eſt vinum: Quamobrem ſimile nobis hoc in vectibulo, idem, affine, conſentiens, ſimpatico vinculo conſorte vinum. Ex ſpirituum adhùc connubio ſuſtentamur: in quorum affinitate, qui ſubſultant in vino, & ſpuma emicant coniunguntur. Ex ijs demùm, ſolida: ex quibus itidem, vini Corpulētia, Sed rem arduam, altiori principio retentarè, non diſſentaneum, grauiori rerum propoſito. Nutrimentum illud eſſe definiunt, quod deperditas partes Nutriti, aſſimiles ſpecie adglutinatum reponit. Idem ergo ſua in ſubſtantia, Nutrimentum, atq; illa eadem ſit, qua ſubſiſtit Nutritum: quādò idem ſpecie cum corpore nutriti. Deperditæ rurſus portiones huiuſce Nutriti, quęnam repræſententur proximiùs reuiſere non difficile. Conſtamus per Hippocr. (cui quidem medicinæ parenti Dogmata placuere manifeſta) ex nouiſſimis illis principijs, quæ medicę ſubiacent contemplationi, Spiritibus, Humoribus, ſolidis, ijſdemq; & Animalia cætera, & ſtirpes primis componuntur. Ergo quæ deperduntur partes vel ſpiritus ſunt, vel humores, vel ſolida. Spiritus, de quibus apud eundem Hippocr. lib. de Flat. ſermo habetur prolixiùs, laboribus, Animæ paſſionibus, Venereis, Contagio Venenis ſuffocatione, Diſſipatione, & ſimilibus atteruntur. Humores, de quibus Hippocr. lib. potiſſimùm de Humana Natura, perpetua qua obligantur alteratione, paulatim abſumuntur. Solida tandem, de quibus vbi de Fracturis & Articulis Hippocr. ob indefeſſam quam cōpatiuntur cum cæteris corruptibilibus alterationem, & ob hoſtilem quam exercent cum præter-

naturalibus pugnam, vel mole mutantur, vel loco, vel figura, vel temperie corrumpuntur. Ex ijs ſubſtantia humana pacificè congredientibus. Ex vario verò compoſitionis cuiuſq; modulamine, ſpecifica particularisq; confirmatio.

Nutrimentũ itaq; venturum in refectionem totius, & ex ijſdem conſtare,& ex modo eorundem confici, opus eſt. Quas leges non effugit vinum. At partes eaſdem contemplari in intimiora,& ſecreta fuerit ſubſtantiæ ſuæ penetrare, in quibus Cõſenſio fortaſſis perſpecta. Moles iſta in cuius ſinu vita clauditur, calida eſt calore euidenti, humidaq; humore cocto. Infrà talem Caloris gradum perſiſtant impoſſibile ſana. Calor ſiquidem obſcurus, aptus non eſt in tangibili humido motari, ſupra eundem verò ſcandere gradum ſana, æque impoſſibile. In tertio etenim ordine, caliditas vitalis noſtra ſi ſuccenderetur, humiditatem continuò exſiccaret, vnde marcor introductus, Vitę confeſtim, & ſanitatis compagines, diſſoluerentur. Ad Quartum pariter, tantò minus exſcreſcere potis, nam qualiſcumque aboleretur humiditas, ruerentq; inde ædificia viuendi. Reliquum itaq; vt tùm Caliditas humani Corporis, tum humiditas, in ſecundo ſiſtant ordine: infrà quem viuunt quidem Corporum aliqua, ſed ea ipſa, ægrotantia: flacida nempè, ſi obſerues, occurrit illic tangentibus humiditas, & Calor penè ſenſilis ſimilibus in Corporibus emicat. Nutrimentum propterea, ſi in rerum hoc conſortio aſſimilari dignum eſt Nutrito, debet, quo ad Qualitatum ſuarum virtutem, ſecundo in termino conſtitui. Nec alium occupare vina media opinamur. In ſublimem ſiquidem meracium gradum, quæ attolluntur medicamẽtoſa ſuſpicamur: quod quidem Galeno quoq; placuit 3. de Alim. fac. & veluti huiuſmodi fortis, deponere ſuccum nutribilem protulit methodi 12. Sed obijcies multa nutrire quæ infrà ſtatutum ſecundum gradum, & ſupra eundem temperantur. Imbecilla etenim, quod infrà ego quoque comprobauero, Nutriunt. Meracia pariter generoſiſſima vt ſupra ipſe retuli, & cum Dioſcoride vnanimes ſcriptores edidère, Nutriunt. Non negandum id quidem: at verò conſideres licet, quod vel pro ratione Corporum temperaturæ ebibantur, vel vt Medicamentoſa aſſumantur. Primo modo, Imbecilla debilem, meracia verò feruidã ſuſtentãt naturam. Secundo verò modo, tã meracia, quã imbe-

imbecilla nutriunt quidem vinoſitatis attributo, in pari tamen non conquieſcunt ſubiecto, ſed ob qualitatis cuiuſdam exceſſum, vim actiuam conſeruant: & horum ideo amplior permeat numerus, quoniam abſolutorum parcior vbiq; cumulus.

A primis Qualitatibus ad ſecundas deinde conuertendus animus, & in ijs quoq; perquirenda Nutrimenti ſimilitudo. Habent partes noſtræ ſimilares præter menſuram antedicti Caloris & Humoris, quas primas appellare conſueuère qualitates, ſecundas alias, quæ veluti filiæ, primis obſequuntur; ſunt hæ Mollities, Pinguitudo, Dulcedo, Progenies oriundę à prioribus illis, calore ſcilicet atq; humiditate temperatis. Vt ergo præponderet Alimentum æqua lance cum iſtis, molles habeat partes opere prætium, Pingues, Dulces quas non deſiderabis in vino, ſi temperatum contemplaberis, hoc eſt medium facultate. Dulcia ſiquidem præſeferunt euidenter ternas iſtas conditiones. Auſtera quoq; tàm generoſa, quàm aquoſa, eaſdem dabũt, quoniam Pinguia. Neq; tamen ſiſtas hìc licet in expendenda ſimilitudine, ſed vlteriùs tranſgreſſus, tertias inſuper qualitates rependas. Emergunt hæ in compoſito ex trunco ſecundarum ſi credimus Galeno & Aueroi ſagaciſſimis. Ex mollitie nanq; & Pinguedine germinant frondes iſthæc, Penetratio facilis obſequentia tractui, Aptitudo coctioni, Diſpoſitio aſſimilationi. Quibus, quàm affines conſpirent, hominis Corpus & vinum, illinc educito, quòd ſenſuum teſtimonio, penetrat vinum in inuia queq; Corporis expeditiſſimum, vt vna hac freti prærogatiua, politiores id appellarint, Traijciens. Attractioni adhùc paret tàm promptè, vt auidos viſcerum ſatiet cõfeſtim appetitus. Coquitur inſuper tàm probè, vt audeãt medici in ſanguinem omne conuerſum profiteri, quod bibitur: Et profectò cum nullum aut penè euidens relinquat poſt ſui concoctionem, excrementum, nullo pariter eget Caloris noſtri opere, à quo in alitionem præparetur, quinimò Calori noſtro, vt infrà fiet apertum, focum compertitur, quò coquat, & coctam perhibet eſcam, quò penaria Corpori præmuniat. Aſſimilatur deniq; appoſitiſſimè, cum ſanguificari, nec non roborari Corpora videamus, non multò poſt eius epotum laticem, ſed confeſtim atq; deglutitum, ventrem tetigerit.

Hùcuſq; ſimile vinum, & Humanæ Corporum Conſtitutio-

ni non impar. Per eaſdem enim progreditur vias in ſui formam per quas ad vitam Corpora noſtra propagantur: & iiſdem prorſus inſignitur caratheribus, quibus Corpora noſtra nobilitantur. Verũ quartus exſurgit & vltimus gradus qualitatũ à primis, ſecundis, tertijs illis in mixtum intendentibus; in quo meta ſtabilitur feracitatis qualitatum agentium, & mixtionis cuiuslibet. Et quartus hic gradus in Corporibus, propria cuiuſq; rei ſubſtãtię, ſiue corporis cuiuſq; Forma, ſpecies Proprietas appellatur. Quam tu ad clariorem euidentiam diſcurſus, dixeris, Humanitatem: ad clariſſimam verò perſpicuitatem, dixeris, ſpiritum; ſpiritum inquàm illum, ex quo Humanę quoq; emergunt actiones; & illæ quidem pro ſpiritus diuerſitate, diuerſæ. Humanitas ſiquidem à ſpiritus forma: at verò varij mores humani pro varia & differenti eorum ſpirituum à ſuis principijs ſtructura. Et talis vltima mixtorum Conditio, germen & ipſum trium præcedentium operum Qualitatum. Propria inquã cuiuſq; ſubſtantia, non communis vniuerſorum, vt iubet doctrina Galenica credendum 3. de ſimpt. cauſis cap. 1. Nam ex iiſdem quanquàm principijs educantur plura, primis nempè, ſecundis, & tertijs Qualitatibus, non tamen modo vno, & poſitura aut figura eadem, ſed eamet principia innumeris conſita orbibus, poſituris diſpoſita varijs, figuriſq; compoſita inæqualibus, ſpeciẽ proferent, & formam ſimilem, quam dicebamus Humanitatem: ſed in ſpecie quid proprij atque inapellabilis inſcribent, quod nos nomine, rei ſubſtantiæ indiuidui enunciamus. Fit inde, vt eadem ſpeciẽ viua Corpora, ſiue humana, propenſionibus obligentur quibuſdam particularibus, appetitibuſque varient permultis. Hic in Aquam inclinat, alter ab Aqua abhorret: Hunc lac delectat: Alterum lac offendit. Afficiuntur in ſumma modis inenarrabilibus Corpora noſtra, quanquàm ſpecies ſortita ſint non diſſimiles, pro ratione ſobolis iam proditæ declarata. Quam quidem affectionem extremam, ex tot præparationibus emergentem Propriam, & cęteri Naturalium rerum Scriptores, ſubſtantiam rei, & Occultam quoq; proprietatem, dixère. Sed ea qualiſcumq; ſit Hominis, inexplicabilis oratione, & ob tàm cæcas breueſq; mutationes, imperceptibilis, illa eadem ſperanda eſt, quæ vino connaſcitur, quam pronunciamus vinoſitatem, ſatis ſuis, & ipſa ſpiritibus annitentem: cuius quidem

Digitized by Google

dem deſiderio, ardent eam ob cauſam Homines, quod conſentit prorsùs cum ſpecie eorundem totali. Quam familiaritatem, & Amicitiam, Fernelius in ſpiritibus iſtis ſitam, adeò percepit, vt in ſuo illo de Abditis rerum cauſis protulerit, vinum continere in ſe ſpiritum quendam Vitæ humanæ & Caloris ſui, ita cognatum, vt eius appulſu ſpiritus Calorq; noſter foueatur, ſuſtineaturq; quorum quidem materia mutatione quadam accepta, in Corporis noſtri abeat materiam eiuſq; molē, & alat, & augeat. Polibus verò Hippocr. viuentis diſcipulus, ſiue in ſpiritibus, ſiue in eius ſubſtantia ſitam crediderit, tanta attribuit vino ad Nutritionem, vt ſuo illo de Diæta ſalubri, ſuaſerit dandum puero, quo meliorem, meliorem inquàm Calorem adipiſcatur: quo etiam deueniat maior mole. Quinimò idem repetit paulò infrà à vino præſtabiliora prouenire Nutrimenta. Hinc recreari ab eius potu non mirandum exhillarariq; confeſtim Hominum viua: patrias edi gratias: mores reſtitui puriores.

Effectibus ergo ipſis conſenſus ſubſtantiæ vini, cum ſubſtantia Hominum germana, ſit manifeſtus. ſimilitudoque apparet conſpectiſſima, intercedens inter vtrunq; virtute huius quarti ſubſtātiarū gradus, quæ dicitur forma cuiuſq;, ſpecies, proprietas, abſoluta ſubſtantia. Tantum itaq; ob commercium, quis auſus contradicere, Verum, Vnicum, Singulare non eſſe Hominis Alimentum vinum? Quis auſus contrariari, inter Humanitatem, & vinoſitatem conſenſum non intereſſe obſtrictiſſimùm? Alimentum & egregium Alimentorum ſimillimum noſtri, eiuſdem prorſus ſpeciei, atq; noſtra ſit, nullus eſt qui poſſit denegare vinum: ſed illud primo in ordine quod dicitur Potens: Imbecilli verò alia ratio, de quo infrà ſuo loco.

EXCELLENTIA NVTRIMENTI A Mero.

CAPVT XXXXIV.

PRoximum noſtri Corporis Alimentum, ſanguis eſt. id norint omnes & recepère Sapientes indubitatum. Vinum ergo

ſi alit, in ſanguinem mutatur. Neq; hoc aliud dubium fecère medici. Cum itaq; quæritur de vini nutritiua ſubſtantia, breui reſponſum datur; Quod ſanguinem generando, vinoſa quidem craſſum, Aquoſa verò tenue, hominis reſtaurant deperdita. Verùm communis hæc cunctis Nutribilibus lex: ob cuius popularitatem, non videtur nobilitate vlla præſigniri vinum, quod tamen laudabiliſſimum Alimentorum, & ſupra celebrauimus, & hic atq; vbique inſigne amplificabimus. Et profectò ſi attentus perpendas præclariora vini facinora, quibus, quantiſq; præconijs anteibit cæterorum celebritatem? Optimum ſuccum, ſalubrem, ſuauem, ſolidum, ſtabilem, purum generant ex Carnibus, atq; frugibus plura. Non alienum certè præparat Corpori, vinum, medicorum omnium, & meliorum potiſſimùm conſenſu: vnde melioribus non cedunt edulijs. Ludunt quidem vina in faucibus, ſed ludunt inquies & pleraq; alia. Calefaciunt, & exillarant non pauca obſoniorum, vt Abſtemiorum Natura docet, & Populi monſtrant illi, quorum menſas non coronat vinum. Quamobrem quæ vini præminentia? Quæ liquoris ſui tanta ſitis? qui nam hic humor, quem totum ſollicitemur per agros exquirendum?

Id quidem poſſe cum vino, & reliqua Alimentorum egregia, ſcias. At quo vno vincat cuncta vinum, quoue obſcuret ſplendidiſſimo, cæterorum bonitatem & gloriam, vnde excellẽtia ſui Nutrimenti, ſupra reliqua Nutribilia eniteat, à tribus edifcas. A Celeritate nutritionis. Ab excellenti primùm Corporis parte nutrita. A ſubſtantia peculiari, qua conſtituitur auguſtum Nutrimentum.

Et quod ad Celeritatem ſuę Nutritionis, inſtantaneam experimur eius reſtaurationem. In minimùm temporis momentum contrahit bona cuncta Nutritionis epotum vinum. Vincula neruorum, laterum texturam, cauum pectus, omne abſtruſum, quicquid deniq; homo eſt peruadit vinum momentò, refouet, recreat. Non ocyùs Auſtro cadit reſoluta Nix, atque cedant vino ſatura membra. Laſſos examines, ij vinum ſuaue ſi hauſerint, vires longa pęnitentia fractas illicò reſumunt. Męrentes attendas, ij quam quietem nec claro die, nec nocte ſilenti, nec eloquio, nec ioco capiunt, vini hauſtu confeſtim adſequuntur. Ægros intueris, ij ereptam animam gemunt, quam

vino

vino donari, repetè à potu geſtiunt. moribundi demùm ipſius ſpectatorem te præſtes, horum trepidant dum febre atq; artus omnes palpitant, mortis terrore, puſillum vini leuare videtur membra, morientiq; oculo inſufflare nitorem. Nec ſecus atq; facis lumen, quod arefactum ab humoris inopia, ſi liquorem addideris reuiuiſcit, ità illorum Vita penè exſoluta reclamatur ſine mora, vini pauxillum ſi inſtillaueris. Addas ſi lubet, Amabilitatem ſui ſpeciminis, in cuius flagrant ardentiùs amorem tàm ſani, quàm ægri, quam alia quęque offerantur Libamia, aut Cibaria. Nec aliquod inſuper ſapit quanquàm conditiſſimum, quod ſine vini potione arrideat.

Ab excelſa deinde corporis parte, qua priori & principe nutritur, laudabiliſſimum liquorum & Cibariorum admiramur vinum. Tria noſtrum Corpus coercent, quibus veluti Cardinibus vniuerſa moles noſtra ſuſtẽtatur, ſolida, humores, ſpiritus. Horum porrò trium maximus eminet ceù Dominus vitæ ſpiritus. In eo ſiquidem veluti in Tribunali exercet Calor, vnde vita enitet, functiones, & iudicia. Horum in curriculo ſedens, diſtribuitur Calor per omne Corpus. Hoc vno extenditur ad coquenda Alimenta. Hoc trahit, alterat, expellit, pulſat, ſentit, iudicium promit, & animam omnem agitat, ſiue anima, ſiue calor natiuus. Quo vno vel ſuffocato, vel expirato euaneſcit & anima in auras. Tanta in ſumma huius extat ſpiritus dignitas, taliſq; honoris conceſſus ei locus, vt eo naſcantur homines primo, eo conſiſtant vegeto, eo obeant defuncto: eo morbi torqueant vexato, eo ſanitas apricet tranquillo, eo ſerena floreat gentilitas Corporis placido, quod Hippocrat. legitur placitum lib. de Flatibus, & Ariſtot. in meteoris aſſertum: Eo demum veluti Omnipotenti motori, viuat humanum Corpus, ſpiret, operetur, quod & Celſus Hippocr. adſcripſit propoſitum. Tã grandis ſi eminet ſpiritus huius maieſtas, opere certè preciũ, vt quæ illum à labe vindicant, celſiora, miranda, auguſtaq; appellentur. Reparant quidem ſpiritum iſtum Alimenta cuncta: ſed primum ſingulariq; priuilegio, vinum. reparare ſomniarunt, & medicamentorum plura, & Bezoarticorum præcioſiora, ſed ſupra hæc vero ſuffragio, vinum. Reliqua quidem Cibaria Elaboratione prius longa, in ſanguinem primò, per tardos deinde proceſſus in ſpiritum. Vinum verò, non raro in ſpiritum pri-

mò, in ſanguinem poſtmodum: & quam ſæpiſſime in ſpiritum diſſoluitur omne. ſed cogunt me vini negocia, vt ſpiritus Natalia enarrem, vt nempè tranſitus hic, & commigratio vini in ſpiritum, luculentiori pateſcat expoſitione. Quodcunq; efformatur ad Vitam Corpus illud ſubtiliſſima, & prima ſua principia, ex Humiditate ſumit, & Calore Æthereo: ſiue vt Hippocr. 1. de Diæta, ex igne & Aqua diſcordibus quidem facultate, concordibus verò & commodis, vſu. Id in cunctis quidem ortis licet percipere ſed in illis præcipuè contueberis, quæ vitam ex ſemine educunt. Cuius ſeminis molis in Aqueum digeritur humorem, & in Æthercam Auram quem ſpiritum vocarunt Philoſophantes. Iſtorum principiorum indolem, quæ inde creſcunt in homine partes, atq; in abſolutam perfectionem ſurgunt viſcera, repræſentant eandem. Et hanc ob cauſam Hominis vniuerſum palpamus humectans, & Calidum ſentimus. Non duraſſent autem neq; exurgerent in augmentum partes, niſi Calido illi pabulum ſubminiſtraremus, & humorem Vitalem, recenti ſemper humore non conſeruaremus: id quidem quod Aliméti ſola ope peragimus. Hinc ſanguinis præſentia in quem finiunt Nutrimenta ad debitam peruenjunt magnitudinem membra. Sanguinis præſentia perdurant. Eius exſiccato riuulo, intereunt, fluente, viuunt. Sanguis ſiquidem, proprius eſt Humor, qui ſubiens in ventriculos humoris continue abraſi ab operãte Calore, reponit id omne, quod collimatum conſiderat, caloremq; ipſum ſuſtinet interritum, qui ab humiditate deſtitutus, marceſſerat. Talis porrò huiuſmodi Calor (alterum principium, cuius rationem inſtitueramus) in hominis Corde, ſumma veluti in Corporis Arce, hoſpitatur: inibi ignitur, ſtridet, conſeruatur, veluti in materia ignitus compactiori, vti Ariſtot. de long. & breu. vitæ docebat. Ex quo fit, vt euidentioribus eo in loco ſtrepens flammis, potis fiat omnem in ſe conuocare miniſteriũ vitæ, & officia cuncta familiæ corporis à ſua illa Arce diuiſa, rapere ad ſe, ſolemnioribus obſequijs reformanda. Hæc humanorum Corporum prima, vera ſunt principia: Philoſophis primùm cognita, medicis deinde, ſi rectè Galenum examines, perſpecta: quæ dum durant, Vita perſtat: lapſis verò, vita concidit. Quod ergo Alimentum in Corpus ingeritur, ad ſuſtẽtandam Humiditatem illam, Caloris innati pabulũ, omne in duas diſtri-

diſtribuatur partes neceſſe eſt, in Humidam, & in Aeream ſpiritoſam. Humida cogitur coctione: quæ tamen non ſimpliciter humida eſſe poteſt, ſed terrena participat portione. Aerea verò exhalabilis, altera tranſit in flammam illam Calorificam, & in Aereum ſpiritum. Aerea rurſus portione auctus Calor, & ſpiritus largiùs inde flagrat, lucentiuſq; inde irradiat ex quo euenit, vt Corda turgeſcant, Vitaq; ſplendidior, reuiuiſcat. Non ſecus enim cedunt dulciores partes alimenti in ſpiritum, atq; vnctuoſiores lignorum, in Flammam abeunt. Ac veluti Terreſtres in Carbonem & Cinerem, ita Corpulentiores Alimenti, in Carnes & oſſa decumbunt. Talis Alimentorum publica lex; cuius legimus Aueroem Prudentiſſimum legislatorē, de part. animalium 3. & Collect. 2. Alit inquam Alimentum omne, tunc quidem temporis, quos ſenſerit poſtremam ſpirituum Cordis abſolutionem: ſed quæ primæ eius particulæ defecatæ magis, & nitidiores conſenſerint ictui huius ſpiritus, hę non immobilem conſeruant tunc Naturam ſed paſſæ imperia Caloris illius ſubſident illicò & in eius ſeruitia commixtæ deuoluuntur. Reliquæ impuriores, ceu iuris ſui legiones, repugnant ſeruitio peruicaces: at demùm depoſita excrementorum ſarcina, quibus opprimebantur graui, pro corpulentiæ ſuæ conditione in ſanguinem reſoluuntur. Vinum quantis exultet puriſſimis corpuſculis & quam numeroſiore ſcateat Grege ſpirituum, & ſenſus cuiuſq; intelligit, & Ariſtot. in Problem. 30. ſect. 1. euidenter adeò patefecit, vt ſuſpicandum reliquerit, vel cateruam eſſe ſpirituum vinum, vel armarium eorum, aut metropolim nobiliſſimorum. Quid mirum ergo, ſi citiſſimè reſtauret? Quid mirum ſi præcellat gloria Nutribilitatis? Quid mirum ſi amabilitate ſplendeſcat?

A ſubſtantiæ nunc aureæ precio eius detur penetrare ſublimitatem. Poſt hæc illud quoq; excuſſum, An ſpiritus alimento indigeant.

Quæcumq; ex Alimentis humiditatem ſortita ſunt à Natura Igni, ſeu Calori obſequentem, ea quidem in genere meliorū optima: fit enim & Generatio, & Nutritio, & Corruptio, & Auctio, ſiue Diminutio, per hanc ignis cum Humore Harmoniam: quod præ cæteris docuit primus Hippocr. 1. de Diæta ſiue hæres eximiæ doctrinæ quiſquis fuerit alius. Ea verò celebris, & di-

lectiſ-

lectiſſima Igni humiditas, quæ Pinguis, Mollis, Dulcis, Cocta: id enim familiare Calorifici genij conſortium, id perpetuum circa domeſtica ſua, opus. Reliquas humiditates, ſiccas nempè, Inſuaues, Frigidas, vt potè non Aqueas ſed Terreſtres, cuius non delectatur commercio Calor in humana curanda Vita, eo quoq; titulo Impuras, Inconciliabiles. Primas illas alimentales vocant cum Medicis, Phiſici quoq;, has verò alias excremẽtitias, & excremẽta concordes rerum medicarum doctores. Vini modò recolatur cultura. Pinguem, mollem, Coctam, Dulcem eius Corpulentiam ſenſus confirmat. eminere verò iſthæc in vino, illa conteſtantur, quòd in cæteris potentia perſiſtunt, in vino verò, actu. In cæteris impura, & quàmplurimis cum diſſimilaribus obſita; in vino verò puriſſima, & exteris omnibus quiſquilijs nuda. In cæteris, indiga præparationis, ob Calorem cui deſtinantur: In vino prodiga vbiq; fructus & ſalutis, ob multiparam Naturam, qua configurantur. Quod etiam ad Excrementa: ea certè, vel nulla in vino, vel pauxilla. In Vapores ſiquidem conuerſum facilè: Cocturæ obediens: Sanguifluum: ſimilare: Expeditum: Æquale: Lene: Iucundum: Turbationem non faciens: quæ præfixit Hippocr. 1. de Vict. acut. celeberrima attributa nitidiſſimæ, ac ſaluberrimæ victus, ſubſtantiæ; & Arte experimenti, pertacta cuncta, in vini ſtatera. Eo hanc ob Cauſam dignatum eſt precio vinum, vt non ſine vino leges ſanciantur apud Antiquiores populorum, non ſine vinorum libamine Dijs ſacra fiant: non ſine vino concilia, congreſſus initientur: non ſine vino placeat iocus: non ſine vino feria percolantur: non ſine vino bella, paces ardua ineant ſeueriores nationũ: non ſine vino vixerint meliores hominum: non ſine vino eluxerint ſplendidiora facinorum. Ferit veruntamen ſcrupulus, quem niſi exemerimus progredi impoſſibile. Dictum eſt in ſpiritum noſtrum, penè totum diſſolui vinum. At ſubſtantia aerea ſpiritus, & ſententia nonnullorum, cæleſtis: non nutritur autẽ incorporeum: quam ob rem in hoc conuerti vinum, fabuloſum dictirium. Praua tamen ea opinio, ſpiritum non eſſe Corpus. Naſcitur, & interit ſpiritus: id Ariſtot. de Gen. animalium, & de ſpiritu: id ipſum Galen. eorum in lib. Hippo. de morb. vulg. in illud, Hominis Anima, ſemper producitur. Id deniq; ſuadet experiẽtia, dictatq; ratio: nam Socrati alium, Platoni alium videmus

demus

Digitized by Google

demus ineſſe ſpiritum: & natum à ſanguine afferunt, cum defęcatiorem eſſe ſanguinem definiant. Si ergo mutatur, ſi natalia ſua concipit à genitura materiæ, Corpus, & à Corporea ſubſtantia ſubſidium expectat: Aere propterea nihil puriùs opinati quidã, ab Aere puriores Cerebri credidère refecti. & Stoici humidos dum prodidère eos Cordis, rationalis verò animę, ſicciores fortaſsè, liquore vini illos, aere verò reliquos non deſperauère recreatos. At tenuiſſima quanquàm corpora, ſpiritus, cibo tamen indiga: quoniam ſcilicet mixta Corpora, quandò ex mixto non prodeat ſimplex. Subminiſtres ergo neceſſe eſt huic Corpori Alimenta, & pro Nobilitate eius, offeras puriſſima, conſonum. Hanc ſi perquiſiueris curioſiſſimus, in ſolo vino inueneris: quoniam ſpirituoſiſſimum cognouère omnes. Sed, addes, cruorem effundunt vina ſpiritalem, ſcimus, at non ſine cruore, nec ſine vnda ſanguinea miſcentur ſe ſe ſpiritibus. Quid ergo grandioris ſupra reliqua obſonia, quæ cuncta in sãguinem, adeò vt alant commutantur? Ego verò hanc non ingredi viam, aſſero, vinum; & non ſanguificatum, commeare in ſpiritus decertauerim. Sanguis, vltimum quidem Alimentum, ſed quod non ſubit in ſanguinem, id negare alimentum renuit ratio. Ariſtot. 4. de Gen. animal. quod coctiſſimum inquit, ex ſuccis & dulciſſimum, illud Alimẽtum; non autẽ ſanguis. Auerroes quoque collect. 2. idem prorſus aſſeruit. Et Ventriculum refici ex eo quod ſanguis nõ eſt, iubet eius ſatietas conſtituere, nata quidem antequàm efformatus ſanguis. Spiritum rurſus reparari ante ſanguificationem venarum, coindicant lipotimiæ à vini Potu repentè edomitæ. Non ob id tamen illorum Iudicium euerſum, qui volunt, vina ſangueſcere: nam humidiorem alteram, vaporoſam aeream diſcreuimus aliam in eo partem, vbi de Ebrietate actum. Secundam hanc exhalare in ſpiritus, hucuſq; diſputatum: illam verò priorem quidni in ſanguinẽ? Hæc cauſa cur tàm feſtinanter ſuccurrat. Delapſum ſcilicet in ventrem obuiat ſpiritibus, per totum diffuſis cum ijs affinitate conſociati aerei illi flatus conglutinantur quibus reuireſcentibus Dominus, & Author vitæ, refloreſcit ſpiritus, Vitaq; inde, iubilo ſuccenditur omnis.

Remota ijſce cuncta vini abſtruſa: & mirabilium eius cauſæ patefactæ: non per numeros quidem, aut ſubtiliora reſolutionis,

nis,ſiue compoſitionis,ſed per aperta ſenſus,cui confidit Medicus,& iurauit vnico Hippocr. Quod reſtat hæſitabundi fortaſſis,ſpirituum diuerſus eſt Ordo. In Hepate ſiquidem, audio vaporoſum immergi: in Corde aereũ motari: in Cerebro,æthereum ſubſolare. Alexander in Problem. hæc. Quamobrem ſcitu arduum,quos illico refocilet à Potu,vinum: vitales ego non dubitauerim affirmare repoſitos. ij ſiquidem illi ſunt, qui Hominis irradiant latebras; ſine cuius irradiatione,quiqui latitãt, emortui. Craſſos illaqueat, Craſſus ſanguis. Æthereos producit acumen aereorum, nàm quò altiùs accurrit ſanguis, & ſpiritus,eò perficitur,& acuitur ſublimiùs.

VEHIT MERVM.

CAPVT XXXXV.

QVæ nutrimenta ad Corporis noſtri ſuſtentationem aſſumũtur,ea debent ad partes Corporis omnes,quanquàm abditas penetrare. Non enim reficitur particula, niſi Alimentum illùc peruenerit à ſthomaco demandatum,& inibi cum eius humiditate conuolutum applicuerit. Verum ingreſſus in ſingulas aperitur quidẽ Cibo, ſed difficulter admodum, ob duo potiſſimùm impedimenta. Ob cibi primùm conditionem: deinde ob vias per quas tranſitus aperitur. Quod ad Cibum: is,ſolida conſtat materia vnctuoſa,vt plurimùm,inæquali: quare & grauis ſtat, & viſcidus infigitur, & claudicans ad tranſitum impeditur. Quod deinde ad Vias, in immenſum penè protenſas, aperit Corporum diſſectio,anguſtiſſimas,plurimas, & meandro tortuſiores. Vnde ſicuti immenſitas inuia minatur: Ità & anguſtia,acceſſum prohibent. Ijs ergo impedimentis,perquiſitum eſt remedium à Natura,quo quidem, & Corporis difficilem texturam explanaret, & Cibi ineptitudinem emendaret. Tale verò remedium, Potionem cognouère medici. At ijdem diſcordes in genere Potionum, alij liquido quolibet contenti, alij Calidam virtutem liquori additam voluère. Illud primùm aſſeruère medicorum vulgares. Iſtud vltimum conſpicui quiq;

viſi.

viſi ſunt affirmaſſe. Primi illi falſa quidem ſuſtinent, & Vehiculi nomen officiumq; Vectionis confundunt. Secundi poſt illos alteri, valida fundamenta iacientes, eleuant ædificia huius veritatis, in decus & firmitudinem.

Illi quidem, fluxibile Alimentum, ſperarunt per abdita quælibet permeare poſſe. Fluidam inſuper non dubitarunt Aquã, vel Aqueum. Abducunt præterea & ſenſum, Bruta monſtrantes, quæ Aquea vnda Cibi ſoliditatem illiquidant. Quod ſi Hominem inter cætera dixeris tu, in Aqueo ſolo liquore non conquieſcere, tunc Voluptatem adducunt, noui deſiderij genitricẽ, non autem neceſſitatem. Immo vinum nullo alio extollũt Encomio, niſi ſua qui liquet humiditate. Probabilia quidem iſti, ſed minimè vera apportant. Et quamuis profiteantur Hippo. fautorem, eius tamen non percipientes mentem, rem proferũt abſurdam: Omittentes ſiquidem inconſulti, ſignificatum vehiculi, hallucinantur, & adfinem vſq; propoſiti, veluti rete illaqueati in ambiguo conuoluuntur. Id euitarunt alij, qui ſecundam ſententiam tuentur: in qua ſtatuunt, Vehiculum, illud eſſe, & Vehere dici, liquidum illud quod Calida pollet, non quod qualibet poteſt facultate. Adeò enim vt liquidum agat Vectionem, debet motiua aliqua virtute inſtrui: hæc verò, dempto Calore, alia non comperitur, quamobrem Calore polleat liquidum neceſſe eſt. At quoniam legimus, liquida frigida vectare, hinc error connotandus. Potum dicere Vehiculum, duplici in ſenſu interpretandum. Vel ſcilicet quatenus paſſiuum, vel vti Actiuum. Nempè vel vt mouens vectionem, vel vt patiens vectionem. Hanc diſtinctionem primus dedit Ariſtot. primo Problem. 12. meth. deinceps Galen. Et qui liquidum Vehere Alimentum dixère cæteraquè ſilentio abdidere, ob id hallucinati ſunt, quod diſtinctionem Paſſiuæ, ab Actiua vehendi ratione, nõ præmisère. Alteri verò qui Calidum cenſuère apponendum liquori, ob id meliores tutati ſunt propoſitiones, quod Actiuam vectionem ſibi proponẽtes, nobiliorem modum Vectionis edocuère. Vtriq; tamen, vera: nam alia ex vinis, Paſſiuè vehunt. Alia Actiuè. Paſſiuè quidem Imbecilla. Actiuè vero Generoſa. Imbecilla etenim trahuntur à partibus noſtri Corporis; & repentè obſequuntur tractui illa: ſecumq; propterea perducũt Alimentum, quod liquefecèrunt madefactum. Meracia verò

Digitized by Google

compellunt illiquidatum, eò quia ſtimulant Calore, ea cũ quibus volutantur Corpora. Primo propterea Problem. Ariſtot. duo genera recenſuit Diureticorum: alia quidem humida & Aquoſa 40. Problem. memorata: alia Calida, & odorata 48. adducta. hæc ſcilicet præſtant iuuamentum Vectionis, digerendo: illa quoniam Tractui parent. & Galen. loco citato, de Calidis loquens potionibus, Promouere ea inquit deductionem. In fine tamẽ Capitis eiuſdem, qui 4. adnotatur, de Imbecillis edisſerens, deduci ea per Corpus, ſcriptum reliquit. Idem 4. de morb. vulg. expones verba illa Hippoc. Aqua edax, vigilia edax, hanc eãdem repetit Actiui & Paſſiui diſtinctionem. Vbi etenim edax eſſe vinum, vt Aquam commentatur, Aqua inquit edax eſt, eo quia coarctat in vnum intrinſicos humores. Vinum verò Aquæ præſtat, non ſolùm ad coctionem, quę in Ventriculo fit adiuuandam, ſed etiam ad concocta diſtribuenda (quam nos Vectionem appellamus) ad ſanguinem generandum, ad nutriendum, ad lotium citandum, & ad rectè valentium Corpora diſflanda. Cui ſubſcribuntur ea quæ de Raphano ſcribuntur ab Auic. In modo ergo Vectionis differt Generoſum ab Imbecillo, non ſecùs ac in reliquis facultatibus, quàm longiſſimè inuicem ſeparantur. At tu ne confundas intentionis modum, eodemq; robore credas vehere merum, atq; vehat imbecillum, pręmunitus diuiſione, accedas in veſtibulo oportet diſcurſus.

Erat porrò in Natura humana, duplex iſtud vehendi inſtrumentum neceſſarium: ob duplicem videlicet Corporũ nutriendorum apparatum. Illa ſi quidem, quæ fortem & intenſam habent Corpora vim Tractiuam, Canalia pariter lata, Cibo inſuper veſcuntur domabili, hæc Aquea humiditate contenta nutritionem expediunt. Ea verò quæ vel facultatem Tractiuam geſtant Imbecillam, vel anguſta ab Ortu condunt canalia, ſiue Cibo aluntur Craſſo, hæc altera indigent Potione calefaciente ſcilicet, diſgregante, compellente. Nimirum quò Naturæ impedimenta Artis ingenio repararentur. Galen. 7. de tuen. valet. ſumpſit inde cauſam commendandis eis vſum meracis, quibus otiabatur in primis vicis Cibus: at inflãmatione aliqua Ægris, reprobauit merax, imbecilli tamen non veritus vſum. Vt rubore correpti noſtrates, ſua ſthomacentur, qui cur Imbecillum denegent Febricitantibus interrogati. Ne deducant inquiunt,

vina

vina primarum viarum corrupta, in viſcera, & angulos primores. Ideo Galen. ijs præſcribit Diatrionpiperon, quibus otiatur in Ventriculo Cibus. iiſdem pariter Potens antepoſuit. Hæc cauſa cur Merum dicatur cum Vectione coctiuum: quia ſcilicet disgregat Craſſa, adæquat inæqualia, fores recludit obturatos, pabulum promouet.

COQVIT MERVM.

CAPVT XXXXVI.

COctio eſt quædam materierum coctibilium, per ſuauem quandam alterationem, non quamq; vnio & perfectio. Nam finis tunc attingitur, quādò Calor, illud in cocta materia introduxerit, quod aptum eſt propoſito Naturæ, inſeruire. Ea ſi quidem intra nos ſi deſtinauerit alendo, ſanguinea inſtruet forma, ſin expellendo per Renes, in lotij effigiem diſtinguet. Suauis porrò Caloris, hoc eſt temperati, non cuiuſque alterius, hæc creduntur opera: cui vno ſe ſe credidit Orbi, Natura, Schiticum fugiens ſuffocantem, Tracicumque euitans comburrentem.

Nullis dubitationibus inuoluunt hæc aut Philoſophi, aut Medici. Ea quę facere poſſunt dictis negocium, duo apponuntur. Alterum, Hippocr. ſeuerior doctrina. Alterum Ariſtot. plana, & acceptiſſima documenta.

Hippocr. Aphoriſ. 22. lib. Cocta, inquit medicari oportet. Qua verò cum Arte medicanda hæc, in morbis, coquantur, docet, Vnctiones, Lotiones, Fomenta, Lubricantia, Conſtringentia, Attenuantia, Putrefacientia, Humectantia, & ſimilia permulta in officio contineri; quæ cuncta non vno in ſuorum voluminum cōgeruntur, ſed ſparſa per latum opus ſuum perleguntur. 2. Aph. 4. de inter. affect. de Locis in Hom. de Diæta &c. In quibus quidem viſitur manifeſtè, non vnum Calorem requiri moderatum, ad efficiendam Coctionem, ſed præterea, & humectantia, & ſiccantia, & refrigerantia, & pleraq; alia, quæ præfixis in locis ab Hippocr. neceſſaria memorantur.

Ariſtot.

Ariſtot. verò 4. Meth. Calori, dum effectiuam vim Coquendi attribuit, dubitat illicò de Caloris genere; & ſitne ille quæritat coquens qui in Corpore inſidet Nutrito, An ille potiùs, qui in Nutrimento inſeritur. Dubitationis autem ratio naſcitur ſuo à loquendi more. Nam Calorem ſemper natiuum mixti, proprium eius, inſitum, connatum materiæ, illum pronũciauit, qui Coctionem abſoluit. At verò mixtum, tàm de Nutrimento, quàm de Nutrito verificatur: vnde reſtat meritò inueſtigandum cui mixto attribuat officium Coquendi.

Quod ad Hippocr. ſcias, Coctionis Vocabulum bino in ſenſu percipi ab eo. Primùm pro ea Coctione quæ tranſmutat cibum in ſubſtantiam noſtri Corporis. quam quidem definit, alimenti tranſmutationem in Naturam aliti, factam à Calore innato in omnibus Corporis partibus quæ cauæ ſunt, donec deperditum reſtauretur. Poſtmodum pro ea Coctione, in qua euincuntur Excrementa retenta, de quibus loquitur tunc Hippocr. quandò concocta protulit medicari atq; mouere, nõ cruda neque in principijs &c. Et huius pariter auctorem, eſſe Calorem naturalem non dubitat, ſed ab extrinſecis adiuuatum remedijs. Hæc verò extrinſeca, aliàs fore docet, quęcunq; fluuida reddunt Corpora; vt 2. Aph. Corpora cum quis purgare voluerit oportet fluida facere. Alias Perhumectãtia, ut lib. de Int. affect. Perhumectare verò antea Corpus ipſius oportet per Fomenta, quò magis Pharmacis obediat. Aliàs Permutantia vt lib. de Coc. in Homine; à gracilitate ſcilicet in tumiditatem, & è contrà. Alias mouentia, vt 4. Aph. cum biberit quis helleborum ad Motiones ducere magis &c. Alias Incidentia, Attenuãtia. Alias quoq; incraſſantia. Sed de hac excrementorum præparatione, noſtra nunc non agit oratio. Eam principem amplectimur, quæ Ciborum tranſmutationem parat: cuius temperatum eſſe auctorem, Calidum innatũ affirmat Hippoc. 1. Aphor. 14. tunc quandò, qui creſcunt inquit, plurimùm habent Calidi innati, quare plurimo egent Alimento, alioquin Corpus abſumitur. & alibi 2. de Dięta Curſus longi ac Curui, ſenſim facti calefacientes carnem, concoquere ac diffundere poſſunt, & vim Ciborum in Carne concoquunt.

Quod verò ad Ariſtot. vnum tu ſemper Calorem immotus conſtituas eum qui Coctionem producit Ciborum: hic verò

vniuocus

vniuocus ille eſt, qui tam de Nutrimento, quam de Nutrito prædicatur. Cibus enim, cum Cibato relationem habet. & Alimētum, materia Corporis redditum, particeps euadit illius eiuſdem Caloris, cuius eſt compos Corpus ipſum. Conducere hanc ob cauſam Alimentationi plurimùm dicebat Ariſtot. Externa. Non enim ea intelligas neceſſe eſt Externa, ſi Aueroi credideris, quæ Corpus ab extrinſico ambiunt, veluti Fomenta, Frictiones, Vnctiones, Balnea, quæ ſola in exemplū adduci ſolent huius externi, ſed ipſam Alimenti ſpeciem, quæ non ſua tantùm præſtò ſit Corpulentia, ſed quæ ſimul Calorifica poſſit qualitate: qualem ſentimus Hominis digeſtionem. in comedendo mel, & cętera Calida comeſa, vel bibita. Calor ergo per vtroſq; ſummos ſapientes, productiuus author Concoctionis. Efficiens inquàm cauſa Calor, prima, & Nobilior, ſed non ſola, nec abſoluta: ſiquidem & ſpiritus, & humores, & partes ſolidas, & Vaſa ipſa ſana concurrunt adiuuantq; & ſexus & Ætas, & Animi affectus, & conſuetudo, & ſtudium, & Exercitatio, & Tempus Anni, & Modus: præterea Motus, & Quies, Inanitio, & Repletio, Somnus & Vigilia: Potiſſimùm verò veluti materiales cauſæ, Cibus & Potus conuenientes, ſunt neceſſarię. Quorum porrò materia Ciborum ſit magis congrua, repetere id abſurdum, quum familiariſſimam ſublimauerimus. Tranſferas te modò in vinum, & Coquat ne, hinc appræhendito. & quod coquat, dum aſſenſeris, An Nutrimentorum, ſiue & medicamentorum anteferatur eximium, elicito. Materia ſimul, dicatur vinum, Coctioni aptiſſima. Coctio namq; ab igne ſi efficitur qui humido ineſt per Ariſtot. 4. Meth. vnde illud fortaſſis natum Hipp. Oraculum, Victus humidus febricitātib. accomodus, humidum certè cū caliditate vitali vinū, quāobrem coquēdo expoſitiſſimū. ſi præterea coctio per quandam fit Elixationē; non aliunde profectò melior, quàm ex vini materia. Si rurſus veluti Gluten concurrit ad mixtū humiditas, nec aliud eſſe poſſit Gluten iſtud, quā ſubſtātia mollis, Dulcis, Vnctuoſa, ea ſine dubio vini ſubſtantia, ipſiſſimis dotibus celebris: ſiquidē & Vnctuoſa, & mollis, & Æqualis, & Pinguis: quas nec Brodia, nec Reſtaurū, nec Aquæ, nec Fabulæ Elixir Vitæ, nec ſpirituū illorū Chimicorum Quinctę vllæ concludunt ambages. Et Alimentum ergo ob materiā, admittēs coctură vinū: & ob eādē materiā

K ſubſi-

ſubſidium Coctionis: nã inſinuans ſe ſe in terreſtria reliqua in-geſti Cibi, in inepta ſi quæ inſunt cætera ventris introductus, diſſoluit cuncta, illiquidat vniuerſa, & in humoroſitatem denique redigit amiciſſimam Naturæ & Nutritionis, elixata. Hæc quidem materiæ bona. Ad eius rurſus Calorem, quod attinet, quis non mirabitur naturaliſſimum vigere in eo, imò cordialiſſimum, ſi rememoret, quæ de eius Calore in ſuperioribus ſunt exarata? Imbecillum pectoris, Languentem, Conſtantē, Flammifragum, pro diuerſitate vinorum, adiuuamus: & ſæpe ſæpius, auſerim polliceri, ſepultum. Vini certè Calor, vehemens in potenti: in medio verò, Moderatus: in Imbecillo, imbecillis, vel non euidens. Quamobrem, & languidas Coctiones excitabit merum: & validas conſeruabit medium: & præpotentes emendabit Aquoſum: & tám merum, quàm Aquoſum, atq; medium ſuas quoque compares functiones Coctionum protegent: vndè tàm ad tutelam, quàm ad correctionem conuolabunt. Si innatus noſter Calor præpotēs mixturæ ſuæ, ſi continens ipſius: Calor non aliter Vini ſuæ prælatus materiæ, quā elaborat aſſiduè, Calore & vinoſitate; colligans in vnum actum bona quæq; vini, quæ vno in Calore ſubtegit. Si innatus noſter Calor ſuauis, fouens, in perfectionem, in vitam intentus: Calor non ſecus vini, ſuauis qualem Guſtus prælibat; fouens qualem amabilitas denunciat; in vitam ſollicitus, qualem approbant ſenſus, ſpiritus, vires, à vini libamine, confeſtim recollectas. Si innatus noſter Calor ſpiritus: Calor quoq; vini ſpiritus, qualem oculi ipſi, non ſpeculatio errans, commonſtrant. Nonne itaq; ob tàm cōſimilem Naturam, & innato ſe ſe commiſcebit Calori, & vicem innati eò deficiente ſubingredietur? Vnicum quoq; cur non Coquit, quando innati prærogatiuas congreget ſibi omnes? Prima verò Vitæ cum in Coctionem reducantur, prima certè viuendi, in vinum colligi non dubitandum. Si rurſus tàm illi qui ſanitate fruuntur, quàm febre correpti, huic ſoli inhiant operi Coctionis. Cur ſicuti in ſanitate, ita in Febre, vino nō ſaturati? Antiquitas omnis ante Hippocr. & ipſe idem Hippocrat. Coctiuis ſemper, ſubueniebant Febribus. Cur itaq; potentiſſimum Coctiuorum in Febribus, deſerimus vinum? Ignitus eſt Calor natiuus noſter in Febribus, concedo: vinum ergo ignes auctabit additum, nego. Calor vini temperatus & Naturalis, Extraneo

&

Digitized by Google

& morboſo non admiſcebitur, cui aduerſatur ſpecie: at natiuum adiuuabit familiares in partes adcurret; cui connectitur affinitate, conſpirat ſtudijs: & veluti ſalutaris coquet confuſa, obluctantia coercebit. Calor vini, inimico Febris incendio reluctabitur, & acres eas ſcintillas modeſtia ſui fotus deliniet. Calor vini, Spiritus ac Vita, Vitam ac ſpiritu reparabit Vitæ, quæ quidem ob laſſitudinem ſuæ actiuitatis in materiam rebellem, & ob refractionem in ſemetipſum qua tantoperè affligtabatur, contererat, confregeratq; prius. Calor vini, Vitam quanque conſeruabit, ac propagabit, vbiq; potum: nam ſpirituum cumulo, ſemper Vitalium, producit Animam viuendi leges extendit, & ſubreptus medullis, irradiat Clauſtra fouit fibras, & artus.

Non deſiderantur pariter meliora materiæ vinoſæ in Febribus cuius ſui Caloris, grandiora patefecimus. Nam otiantur dum viſcera, & membra, ſiuè potius dum peruersè agunt in Febre, ob Caloris inſiti ægritudinem, opportunum ſentiunt à vino ſubſidium, in cuius ſubſtantiæ digeſtione, nihil vel minimũ laboris conſumunt. Nihil inquàm, quoniam ſimilarib. quàm ſimillima, molliſſima vnctuoſa puriſſima.

Coquit ergo vinum; nec tantum Coquit, quia admiſceat ſeſe Calori noſtro, & veluti vt dicunt, externum quoddam coctionis auxilium aduolet in opem, ſed author quoq; Coctionis primus mouens & perficiens Nutritionem, primam & maximam functionum naturalium, operatur. Idq; auguſtum bonum, & ob Caloris ſui nobilitatem, & ob materiæ qua completur celebritatem præſefert. Nec ſanis proſpicit ſolis Coquendo, ſed contrà vulgatum axioma Febricitantibus ipſis ſaluberrimum adcurrit.

VINVM RESISTERE Putredini.

CAPVT XXXXVII.

QVi admiſerit Coquere vinum, is negare nunquàm auſerit, Non reſiſtere Putredini idem vinum. Eſt ſiquidem Co-

ctio, humorum per naturalem Calorem perfectio. Nec aliud quidem Putredo (in Via ſcilicet) quàm humorum ad perfectionem confuſio, Turba, Seditio. Prętereo nunc ſciens examen diuiſionis habitæ à Galenicis, quam quidem interponunt inter Putredinem in fieri, & Putredinem in facto eſſe: cuius in ſecundo huius Elucubrationis libro pleniorem iniero diſcurſū; inauditum quidem, at ſolidum illud, ſtabile, & cum medicinæ operibus atq; ſucceſſibus conſentaneum. Id enim in præſentia, velim tãtummodò receptum; ſanabilem putredinem, humorum inquàm infeſtam confuſionem, & correctioni obnoxiam, Coquenti, & Perficienti cedere Regulatori, vinoq; potiſſimū ſummo huius functionis atq; præ electiſſimo opifici. Nam vera putredo, quam raró in ſolis fortaſse fremit Peſtilentibus, ea inquàm nullis Medicaminum ſubijcitur imperijs, nullis manſueſcit blanditijs, moderari per quemuis non patitur Calorem, ſed indomita ſemper, obuia quæq; refrangit, & niſi retrudatur procul à Corpore expultricis facultatibus violentia, Vitæ familiā, & Vitam ipſam diſcerptis breui humanæ ſortis vinculis, perdit funditus, ac proterit. Hæc itaque vera, quæ dicitur per meam ſententiam Putredo, eam à vino ſolam ſentire valet vim, quę eſt retruſionis ex Corpore. Sed alteram inteſtinæ Alterationis in ſaniorem Naturam, nequaquàm admittit: vtpotè indiſpoſitam receptioni melioris formæ, & habitum adeptam, nulla ſimilitudinis lege cum vitalibus elementis conformem. A vino veruntamen huic quoq; vt dixi, Putredini ſalutare in Vitæ ſolatia indictum bellum. Aliquod nempè contrà ſceleſtiſſimam Feram ſubſidium; quo, quam non vertit in fidem, pellit à finibus; & quam non mollit, procul extrudit. Vnde ſedata per ſuam ſaltem abſentiam, ægroris inſania, & tranquillitas, ſecuritaſq; ſubuocatis ordinibus, repetita. A vino inquàm huiuſmodi Claua; quam nō geſtat Hercules alius remediorum: qui nouimus, ſingulariſſimum Nutrimentorum eſſe vinum: & per voces Naturæ talem Putredinis exaggerari fugam, prænoſcamus. Sed Putredo in fieri, Confuſio nempè humorum, & vniuerſalis ea Febrium quarumcumq; proxima effectiua cauſa, quam non mutat aſperam faciem à vino? Quam non demulcet partam ſibi contrà nos immanitatem, quam non reiectat pacatam in noſtra damna virulentiam à vino? Qui regit Calor, regitur à diſſolutis

tunc

tunc materiebus. Reſurget tunc quoq; Calor viribus ſuffectis, quod præſtat vinum: & quod primùm optas amarulentiam ſuã deponent humores,iniecto,inſeminatoq; molli, iucundo, ſuaui,amabili: Qualia ſæpiùs vinoſæ Corpulentiæ decantauimus attributa. Fit enim inde,vt immixtis,incorporatiſq; materiebus ſalutaribus,cum in ſalubri turbidaq; fece frangatur illicò ſeditioſorum tumultus, & à præualenti obtundatur ſalubriori. Heraclitus hinc Tarentinus, generaliſſimum curandi eduxit axioma, apud Celſum ſeruatum, optimum miſcere ſana corruptis.& Galen.1.particula Aphoriſ.12.in Humorum corruptione,Cibum celebre dedit remedium:contemperamentum ſiquidem,addidit,introducere. *Jn humorum* inquit, *defectu debili exiſtente virium Agmine,parum Alimenti,ſæpiùs ijſce afferas. Parum quidem quia virium imbecillitas non poteſt totam ſimul multitudinem Alimenti ſuſtinere:ſæpiùs autem quoniam multis, multis inquàm, indiget diſpoſitio*. Et tandem ea ſubiecit. *Defectus ſiquidem exigit adiectionem:corruptio vero contemperamentum*. In libr.vero de comp.med.per loca.Vinum ipſis quidem verbis inquit. Putredini reſiſtit. Verùm nullibi meliùs necnon luculentiùs quam 7.part.Apho.56. *Calefacit enim vinum, vt nouimus Corpus totum, citoq; mouetur in omnes partes; & cum hoc omnes humores optimos reddit*,vt videas,quo ſe errore defraudent ij, qui Febricitãtibus illud vitant;quorum Angor & faſtidia,quum ex humorum pręmant malitia,quali quæſo,ſeueriori caſtigabuntur remedio vinum ſi ſubtrahas,à quo per Galeni monita euadunt optimi? vinum ſi euites,à quo per Hippocr.ſententiam redduntur ſolo ſaluberrimi. *Anxietates* inquit ille in Aphoriſ. *Oſcitationes, Horrores.ſoluit vinum*. Quas verò non horres in Febre, & ea potiſſimùm,quę venit ex Alito,Anxietudines? At tu ſi à Fębre dirimas Aphoriſ.nec de Febrilibus loqui Hippoc. contendas repugnabo ipſe, hac fretus authoritate, quæ quantaq; Anxietudo, non comitata à Febre? & inde; Quæ quantaq; Aphoriſtica dignitas, in pedeſtri rerum negocio poſita? morem Hippocr.ſi cũ Galeno, ſæpiùs id in Aphoriſ. repetente comminiſcaris, aſperas inflammationes ſuis compellat ſemper nominibus, ommiſſo Febris nomine,cui indiuiſæ cõſociantur: Pleuritidem,Phrenitidem,Peripneumoniam,Anginam vbiq; profatus,& cõtemplatus;nunquàm verò acutiſſimas eorum Febres præfatus, nec

K 3 penè

penè prolixo in eorum inflammationum examine tactus: quod viſitur potiſſimùm, & in lib. de vict. acut. & in Aphoriſ. Anxietudines modò, quis neſcius eſt, duras eſſe Febrium moleſtias, & loci ratione, oris nempè ſthomaci ſuperioris; & affectionis ipſius Naturæ, concurſus ſcilicet erodentis materiæ, atq; maleficę? Vnde & iactatio, & ſthomaci ipſius morſus, & ſæpe deliquiū, & Nauſea, & Deſperatio, & mētis Tortura: afflictionum earum ſæua agmina, quę impoſſibile eſt, abeſſe vnquàm ab acri Febre, non contorqueriq; cum eius ſemper ferocitate? Horror pariter, præuius ſemper Febrium præcurſor. Nec Oſcitatio à Febre diuiſa. Qua promulgata ſententia Hippocr. in Anxietudines Febriles: & humorum quoq; Febrilium malitiam inuenire in vino Temperationem per Aphoriſmi Oracula ſancitum. Non enim aliundè euenit ijſce affectibus cura, niſi per diſcutientia congeſtarum materierum morbificarum, & per earundem, quæ relinqui poſſent temperationem. Nec binas intentiones Galeni eo in commentario erectas, aliud vllum firmare valet remedium, aliud aſſequi, niſi vini potus. Emendat ergo Quiſquilias Putredinis vinum in Anxietudine, ita vt potens ſit ſoluere morbum, & Febrium quoq; ipſarum corruptelas per vniuerſale Aphoriſ. præceptum & per doctrinam Galeni natum eſt corrigere vinum.

Fit ergo per cuncta hæc notum, quot modis reſiſtat manifeſtus Putredini vinum. Contemperamenti primùm ratione Diſcutiendo. Aperiendo, Calefaciendo, & tandem exſiccando. Contemperari oportere corrupta docuit vt præmiſi Gal. prima in part. 17. eius Aphoriſ. & hoc pariter in 56. Aphoriſmo 7. particulæ, nec contemperari permittuntur omnibus indiferenter, Cibarijs, aut Potibus, ſed ijs in primis quæ ſubſtantiam nacta ſunt à Natura optimam, qualia eſſe proculdubio dixeris, quæcumq; ingrediuntur merita legis latæ ab Hippocr. primo de victu in acutis in gratiā Ptiſanæ & cuiuſcumq; alterius perfectiſſimi Alimenti. Quæ etenim leuitatem habent Corpulentiæ, Continuitatem, Iucunditatem, Lubricitatem, Humectationē, Ablutionem, Caliditatem addas, amicam, carentiam turbationis cuiuſq; ea inquàm omnia iungunt ſibi nomina, & pignora perfectiſſimi abſolutiſſimiq; victus: quę quidem diffuſa per corruptos ipſos humores, tantum abeſt vt vincantur, quæ potius

vincant

vincant inquinamenta ipſa, & ſuam dum inſinuant per ea ſubſtantificam materiam delinitis corpuſculis præternaturalibus, totum reddunt Corpus ipſorum contemperatum, Amabile, Beneficum. Ea verò ſubſtantiæ Encomia negabit nemo non inſidere in vino:& eo in vno per excellentiam inſculpta. Quocirca contemperare dum ſtudes Putrida, ſanctiùs nullùm eligere potes, vino.

Diſcutiendo refrangis corruptelas: hac ſiquidem Arte, euacuas infeſta, & molem diſſipas in minuta: vnde quam poſſederat vim conferta, amittit fracta, atque attrita. Diſcutiunt verò Calida, & ea tenuiſſimæ præſertim ſubſtantiæ, & nobis familiariſſimæ. Vt hinc ſeligas vinum, cætera verò eius generis Caloris, refutes: quo communiuntur, & in Peſte, & in Venenis, cordatiores quiq; & ſaniores rerum medicarum practicantes. Quã ob Cauſam in Aphoriſmo. 56. 7. eius particulæ Galen. veſtigans rationem, cur vinum liberet ab Anxietudine, diſcutiendo reſpondit, quæ in ſthomaco hærent corruptelæ, vi Caloris ſui; & cętera quę relinqui poſſent, contemperando, virtute ſubſtantiæ qua ditatur ſuauiſſimæ atq; perfectiſſimæ.

Aperiendo neſciùs eſt nemo, emendari Putrida; in hoc enim vnico verſatur ſtudio medicus Putridarum Febrium procuratus curationem. Impeditus ſiquidem fluxus tranſpirationum, vnde confuſio humorum, & impuritas, apertura canalium ſoluitur. Quibus verò titulis emineat vinum in officio apertionis, referant ij qui commiſcent illud vbiq; in Oleis aperientibus, in Sirupis, in Electuarijs: confiſi Arcana quæq; inuaſurum medicamen vbi huiuſce liquoris indiderint cuique pretioſa. Id vnum, & Diureticum, Sudorificum celebre. Id per dicterij eminentiam Traijciens, ab vniuerſitate appellatum. Quapropter, & ſingulariſſimum aperitiuorum Putrefactiones caſtigabit.

Calefactiua, corruptis humoribus, eſſe remedia, illud oſtendit, quod de Vita dicitur Putredinis: intereunte ſiquidem natiuo calore ſurgit ad Vitam Putredo. Eo itaq; denuò excitato, iugulata putredo. Verùm ſi Calori vni naturali id commiſſum opus: quis dubitauerit per ea, quæ ſupradicta ſunt de vini Calore, ſuum eius naturaliſſimum nõ eſſe, cordialiſſimum? Exſiccando deniq; perditur Putredo, in cuius ſemper Alueo fluitat humiditas diſſoluta. Extremus propterea medentium la-

bor in exſiccando feruet, tunc quandò putridorum medendorum occaſio ſe ſe offert. Exſiccare modò, quemadmodum & Calefacere inſigniter vinum, atteſtati ſunt ſcriptores quilibet celebriores. Quinimò attribuit tantum exſiccatiuæ facultatis vino Hippocr. & Galen. quantùm nutritiuæ ac Calefactiuæ. Vt idem vinum vno tempore dum replet, eodem prorſus exſiccet, quantumq; repletionis affert, tantundem proferat exſiccationis; dummodò vigeat Corporis facultas noſtri nutritiua. Id legitur quidem & Antiquato iam Aphoriſmo ſancitur ab Hippoc. aph. 51. part. 5. per Galeniq. cōmentaria cōprobatur, *ſi Ebrius* inquit, *quis repentè obmuteſcat, conuulſus moritur niſi febris incidens eum corripiat, aùt quo tempore Crapula ſolui ſolent, vocem edat*. Quam ſcilicet conuulſionem replendo Crapula edit vinum, eaſdem ſanat, exſiccando vinum; vt videas tanta extendi virtute exſiccationis, quanta producitur repletionis; ita vt diuinum veluti quoddam, Herculis Homerici quas infligit plagas, caſdem ſanet quoq; inflictas: & ſanare ſi potens eſt exſiccando conuulſiuam repletionem neruos ipſos obſidentem, cò magis valeat minorem humiditatem putridam, & viarum Vētris, & Venarum abſtergere atq; diſſipare. Quibus omnibus mirari nunquàm deſtitero, cur in vinum tāta ab medicātibus odia; & in eam deniq; incido ſuſpicionem, morborum diuturnitatē cōmuni conſenſu faueri: breuitatē verò corūdem inuiſam, eam fortaſſis ob cauſam, quod Hominū naufragia cūctis placēr, qui ſtant in Littore ſecuri prolixiorq; inſit voluptas in cōtēplatione carentiæ malorum, quā in poſſeſſione, & præſentia deliciarum.

Tu veruntamen vini Calorem adhùc pertimeſcis in Febre: & quas moderari proponis telum putredinis, eas per alia auxilia aggrederis per te ſecuriora. Non ergo tu Hippocr. Alumnus, ſed tua eiuſdem opinione eruditus. Vini potus docet Hippocr. ſoluit Anxietudines. Iubet ſcilicet ob vim Aphoriſmaticę ſententiæ ſublimem æſtimari potum vini ſupra qualiacunq; remedia in ſoluendo ſeueriſſimo affectu Anxietudinis. Quod quà pręſtetur quidem Arte, docet deindè fidus interpres Galen. diſcutiendo primùm collectam corruptelam in ore ventriculi ſuperiore, & poſtmodum reliquias eiuſdem ſua eiuſdem contemperando ſubſtantia. Vt pateat luculentiſſimè, natum eſſe vinum, in Febrium ſalutem, à quo Corrupta, & euacuari poſſunt,

&

& contemperari. At verò ſerium aliud negocium proponitur nobis in Aphoriſm. examinandum. Id porrò tale eſt. Vinum Horroris, & Anxietudinis remedium, eius eſſe generis debet quod participet ęquam portionem ſui, cum Aqua, ita vt æqualiter temperatum cum Aqua epotetur. Id quidem ſi parari debet vini genus, quam quæſo meracitatem obtinebit vnde pellat, euacuet, impetu feratur? quando abeleatur optima cuiuſq; vinorum noſtrorum vinoſitas, ſi tanta Aquæ copia irroretur? Galen. in comm. ſenſit obicem, ſed tranſiliuit. ſenſit quidem, qui meracioris eſſe opus fatebatur horrores, oſcitationes, anxietudines curare. At verò tranſgreſſus eſt, eundem qui cauſam non aſſignauit, cur temperari debeat cum pari Aquæ portione. Si etenim infeſtam pellit materiam merax, cur temperandum cum Aqua? Quia nempè tam meracis, quam imbecilli rearis officia, emendare putredines. Emendat quidem ea merax euacuando, hoc eſt diſcutiendo. Emendat pariter imbecillum temperando eaſdem, & ſaniores reformando. Fidit autem magis Hippocrit. Imbecillo, vt euitaret incendia Febrilia: quæ quidem ex meraciori ipſo quum parari facilè poſſint, quumq; ſua Aſiæ Regio ijs defraudaretur, hinc parabilem rationē edocuit eorundem & ęqualem mixturam eorum cum Aqua commendauit. Addas tu modò; meracia noſtra pari portione ſi miſceantur cum Aqua, perduntur. Aſiæ verò illa, & Cretenſia ſi hanc legem ſubeant temperationis ſuperant viribus meracia Italiæ. Quamobrem cogeris concludere, meracia Italiæ, per leges Hippo. in Febribus propiuari poſſe, quùm meraciora iſtis exhiberentur, per conatus Aphoriſmum, quanquàm correcta congreſſu pari, laticis Aquæ. Cur modò mirum ſi tanto nobilitata priuilegio, Imbecilla temperationis nempè corruptelæ humorum, in lib. acut. inquirenda per cūctas regiones celebrētur, anxijs acuta Febre proponātur, cum melicrato mixta acutiſſimis ipſis, & ſæuiente vigore malorum, offerantur? & eiuſmodi porrò vina paſſim promit ſolum Italicum; eius fortaſſis natiuæ prouidentia, quæ demulceret hìc faſtidia optatiſſimo cum latice, febrium, quemadmodum ſaluberrimo cum ambiente, atque incomparabili cum pompa moratæ viuendi formæ, ſublimique Ciuitatum maieſtate, optimam valetudinis ſtrauit voluptatem, iecitq; felicitatem.

V E-

VERVM ET VNICVM Cordiale merum.

CAPVT XXXXVIII.

GRande aggredimur negocium, Cordialium ſecreta, quando in medicina pertentamus; quorum Arcana, vt propè inſpectaret Auicennas, breui quidem ſed altiſſima ſua coactus eſt contineri Philoſophia. Grande iterum magis, quod tanti anthoris exemplo admirari eorum quidem maieſtatem ſoleamus, at verò intueri ſpeciem, non poſſimus. Cæteri vel ſcriptores, vel Veneti præſertim Medicinæ negociatores, idem negocium, grande, vt retuli per ſemetipſum, nouo cuiuſdam malignæ Febris rumore grandiùs vltra reddidère: cuius quidam Febris, cæcam vt aſſerunt cauſam, dum demoliri connituntur, ſãctiora antiquiſſimæ Artis ad vnum Cordiale erigendum, emoliuntur. In tantum etenim, quibuſdam quæ dicunt Cordialia exceſſère, vt indiſtinctè cuilibet æſtuanti, oblatis ex Diaiacintobolis patefecerint ſe arbitratos, Pelagum hoc eſſe quidem turbidum Cordialium, in quo non audent rationibus, & doctrinæ diſcurſiua velificare, at tamen ditiſſimum idem Cordialium bonorum, in quo enauigando, omnes Vitæ merces nullo præcedente pignore, repoſuère. Me tamen tei tantæ difficultas non perterret, difficilibus aſſuetum, quinimò maieſtas eius inuitat, & vini incepta cogit Hyſtoria, vt certam eius Cordialitatem, veram, vnicam inter Cordialia patefacere attentem. Præmiſſo itaque ordinis apparatu, in hoc quoq; celeberrimo ingrediar propoſitum. Per hæc vero digeſta moles.

Cordialium definitio primùm aſſignata.

Circa definitionis deinde partes, digreſſio.

Diuiſio poſt hæc Cordialium data.

Alimenta à medicamẽtis, quod ad Cordialitatem ſegregata.

Vinum hinc vnicum Cordialium, & ſummum infertur.

Antiqua deniq; curatiua Archigenis Ars per hæc eadem reuocata ad vſum.

Et quod ad primùm. Cordiale illud verè dicendum arbitror,quod Corda alit. Cordiale ſcilicet,illud quod reficit Cor; quod erigit Corda labantia reponendo Vires ac Vitam in eius radicibus. Qui lætitiam dicunt compertiri Cordi Cordiale, qui ſerenitatem, qui lucem, ij quidem paſſiones, & accidentia Cordis enunciant,non ſubſtantiam, non Eſſentiam,non Vitam Cordis:vnde adaptant Cordialibus miniſteria reſtaurandarum paſſionum Cordis,non concedunt ijs officia reſtaurandæ nutãtis ſubſtantiæ, vel non explicant prima eorum munera quæ eſſe iubet ratio, refocilare partes Cordis deperditas, ſiue ſpeciem collabentem reformare. Idem enim conſentaneum eſt euenire Cordi, quod ſthomaco,Hepati, & reliquis viuentium contigit viſceribus;quorum quidem facultas infirmatur aliquãdo, quia perit ſubſtantia,qua conſtituuntur,nempè vel Calor ipſarum,& Alimentum,aliquando verò minatur caſum, quia perit modus ſubſtantiæ,complexio videlicet,modus,figura,vel ſimile aliud. Quamobrem ſicuti proprium, & verè ſthomachicum dicimus illud,quod reponit Calorem ſthomaci languentem, & ſubſtantiam eius cadentem reparat: improprium verò vel conſtringit laxum,vel dilatat anguſtum: ità per ſe,& principaliter, ſiue eſſentialiter illud Cordiale ſtatuimus,quod rationem, & ſubſtantiam Cordis tuetur; per Accidens verò, & ſecundariò ſiue ſolo nominis attributo Cordiale,quod paſſiones Cordis,opera eius accidentia, & ſucceſſus protegit. Præclariſſimi propterea medicorum,in Cordis deliquijs,ob ſpiritus defectum cibis vbiq;& Potibus ſtuduère curando: medicamentis verò adcurrunt ſuffragantes,vbi pati ſunt ſuſpicati Cor aliquam inæqualitatum & iniuriarum complexionis. Primaq; illa voluère dici Cordialia ſubſtantialiter; hæc verò alia,Cordialia accidentaliter. & ipſe idem Auicennas de Virt.Cord.Paſſiones cordis, Delectationẽ, Triſtitiam,& reliquas, ſcribit prouenire à meliori modo diſpoſitionis ſpirituum Cordis:eſſentiam verò & fundamenta ſtabilitatis ipſius Cordis, conſiſtere in minera ſpirituum, & in integra eorum ſubſtantia, ſubiungit: qui quidem ſpiritus quantò magis numero præualuerint,tantò virtuti præſtabitur in fortitudine Cordialitatis, additamentum. Eminenter itaq; Cordiale,& verè dignum titulo Cordialis quod addit mineræ,Cordis,diuitias, quod nempè Corda alit, quemadmodum ſcripſimus:

mus: Cætera verò vel illuſtrantia ſpiritus, vel coegentia, vel rarefacientia, vel incraſſantia vel attenuantia, per accidens, & ſecundariò cordialitatis cognomine dignata. Et quicumq; per lætitiam, ſiue Claritatem ſpirituum connectunt definitionem cordialium expoſitis ijs, quæ ſecundariò ſuccedunt, potiſſima cordialium ſilentio conuoluunt, quæ ſunt, nouam minerã ſubſtantiæ, indere cordi, & Vitam diſpenſare Corpori. Quemadmodum peiora verſant illi, quibus medendo, vnus fit cordialiũ cumulus; ij enim indiſtinctè dum confundunt cordialia ſubſtãtialiter cum cordialibus accidẽtaliter, quot modis ægrotet cor demonſtrant ignorare, & veluti Tonſores, indiſcriminatim hoc eſt ſine iudicio, medica exercere.

Digredi modò licet, & præmiſſam cordialis definitionẽ comprobationis munire. Cordis, ſubſtantiam, & Cardines ipſius obtinuère à primordijs Naturæ, ſpiritus. Hi Caloris ſui, & vitalis, ſemina: hi radices facultatis viuificæ: hi actus, principia foci, fundamenta totius humanitatis: hi per quoſcunque Philoſophos, & Medicos, viuendi frænant, & regunt imperia. Nec eſt aliquid quod corde fiat; nihil prorsùs quod corda peragãt, quod ſpiritus non moderetur, quod ſpiritu non compleatur. Spiritus ergo, ſumma Cordis. Spiritus forma, & eſſentia eiuſdem. Hunc ſpiritum, quæ corda, ſanum, Integrum, Copioſum claudunt, ſana atq; integra conſtant ſubſtantia, valentibuſque poſſunt operationibus. Quæ verò infirmum mancumq; cohibent, ægra corruptavè languent. Si ergo eſſentia cordis, ſpiritus eſt, vel in ſinu ſpiritus enitet, prouidendum ſtudioſè, vt iſti conſeruentur integri & ijdem emarceſcentes refloreſcant. Prouidendum pariter, vt ijdem aliqua oppreſſi iniuria ſubleuentur, vtvè demùm regenerentur perditi: nam perſtantibus, ijſce cor perſtabit, valentiq; abſoluto potietur Vita vniuerſa Imperio. Quibus ergo remedijs per medicas prouiſiones huiuſmodi officium aſſignabitur, hæc ſine controuerſia verè cordialia; cor vt dixi robur, Vitam conferentia. At quæ conſeruent aut redintegrent ſpiritus percipere non poſſumus, priuſquam eſſentia eorum, ſub aſpectum non ambulet. Neutrum quippè harum virtutum non compertietur niſi ſimile; Actio ſiquidem vt Ariſtor. 7. met. docebat, ab vniuoco. Similitudo verò Identitas, ſiue Affinitas non innoteſcet, niſi ſpiritus iſtius

cun-

cunċta priùs, pateſiant. Hic tamen contentiones inconciliabiles; & acies ternæ pugnantium inceſſanter pro victoria oppoſitarum opinionum. Alij ſiquidem ſuſtinent ſpiritum hunc cordis, ſiue calorem in ſpiritu illo contentum, eſſe Cæleſtem; eiuſdem nempè ſpeciei, cum Cæleſti; & fauillam ampliſſimæ facis, ignis non quidem elementaris, ſed diuini, & Quinctæ eius eſſentiæ, quam Æthercam profitentur. Alij ex ſpecie elementaris aſſerunt & Naturalem contendunt. Alij demùm tertiam quandam eſſentiam, inter Corpus, & Animam. Eorum qui Æthereum volunt, princeps fortaſſis Anaxagoras præfuit: cui & Hippocr. vt aiunt, & Plato, & ſui iuris iuniores pleriq; adhesère. Eorum verò, qui Elementare aſſerunt præſtitit Anteſignanus ex diſcipulis Ariſtot. Aphrodiſæius, vt ipſum Ariſtotel. apud aliquos hic ambiguum poſthabeam. Poſtremam opinionem protexère Plotinus, Proclus, & Ficinus. Primi iterum vnam calidi ſpeciem, ſtante adhuc Cahos, & eam diuinam memorauère: cuius habita rerum diſtinctione vniuerſa partem plurimam in ſuperna efflaſſe, pauciorem intra non conquieuiſſe confingunt. Hi verò alij binas calidi ſpecies conſtantes demonſtrauère: Æthercam Alteram: Elementariam aliam: Eam coercent Aſtra: hanc ſublunaria ſibi commiſcuère. Reliqui tandem aſſimilantes hunc paruulum mundum corporis, vniuerſo illo, quod cunċta compræhendit: hunc quoq; noſtrũ ſpiritum eiuſdem ſortis credidère cum ſpiritu vniuerſi, eſt autem ſpiritus, ſiue Quinċta eſſentia vniuerſi, compoſitum quoddam ex eius corpore, & Anima mundi, quamquàm nec corpus ſit, neq; Anima. Quare & hunc noſtrum referunt Quinctam eſſentiam ex corpore ſiue humoribus, & anima; inclinans magis in Animam, quàm in corpus, & propendẽs plus in corpus, quã in Animam. In terno tamen pertonante claſſico, & Armorum longa diuerſaq; manus, & pugnæ non vna ſed multiformis faciès. Ego partium Aphrodiſei aſſecla, & qui videam ſpiritum quemq; corporis & cordis, generari, & interire; qui manu tractem, alterari ſpiritum pro varietate formæ victus; qui audiam augeri, decreſcere, ſuffocari, effloreſcere; qui experiar elementaribus ſuſtineri, & corporibus, nunquàm luce aut Solis qualitatibus incorporeis vegetari non poſſum trahi in recondita Anaxagoræ, aut in admiranda Fernelij, & Chimicorum, ſiue in Fabuloſa

bulosa Promæthei ſtupidus perduci. Quibus enim cum machinis, æterna qui fatetur Aſtra, hæc vero noſtra alterationi obligata elementa, potuit vnquam componere inuicem, æternum cum Caduco, Aſtrum cum Elemento, communi non ſuppoſita materia colligare? Quicunq; altiſſimam Naturæ dignitatẽ cecutit, hic Poetarum more in Cæleſtia facilè tranſilit: nec mirũ inuiſa præterire eum arduaq; Naturæ, qui aut Apologis adijcitur, aut leuibus fundamentis claudicat. ſi in Iecore fex ſpirituũ miniſterijs animæ vegetantis diſponitur: cur in corde, idẽ ſpiritus collimatus, & nobilitatus vitæ officijs mirum illuſtrari; cur in cerebro idem vltrà ſublatus diſcurrentis animæ muneribus, mirandum ſublimari? Hæc Aphrodiſei documenta: quæ in libris de anima in gratiam Animæ humanæ prius enũciauit, deinde, & in Problematibus in huius ſpiritus ſtudium ediſſeruit. Quæ quidem ſi tantùm valent ad Animæ arcana inueſtiganda, quantùm quæſo valere exiſtimaueris, ad ſpirituum naturam inueſtigandam, & definiendam, quæ tota ſubdita ſãcitur, & animæ imperio miniſtrans ſemper ſubordinatur? Repugnant tamen indomiti ſemper aduerſarij: & bellum inuictis hinc inde ſemper phalangibus, ardet; commiſſumque ſereniſſimis Ducibus perpetuum ſuaſionis & gloriæ incitamentum: Indè tamen ſuper omnes ſtrenuus, Comes Albertus Põpeius, ſua in Archiſophia: hinc verò Pompeius Caimus ſereniſſimus, ſuo in libello de calido innato, & horum deniq; inuictus qui ſenſuum munimine ſeptus, Naturæ tuetur iura. Talem ſi fateberis ſpiritum cordis, cum medicis definíes Puriorem quandam ac defæcatiſſimam ſanguinis portionem: qui ſanguis exquiſitiſſimam conſecutus intra ſinus cordis, elaborationem, actum caloris innati concipit, & prægnans virtute vitali, per omne corpus, dum perniciſſimus imperio Animæ defertur, ſenſum & vitam partibus quibuſq; communicat. Cordi ergo cum ſit demandatum munus diſpenſandæ vitæ: ac veluti fonti cum ſit in eo complantatum principium, vnde per riuulos corporis vita dimanet, huic quoq; inſitum eſt merito fundamentum ſpiritus huic ſpirituũ datum ſuſtentaculum, firmamentum. Hinc cordis eſſentiam, in ſpiritu confirmant quique conſiſtere: vt hanc ob cauſam cordiale definiuerimus, illud quod vera ope, & immediata hũc ſuſtentat, firmatq; ſpiritum: id profectò quod nemo negauerit eſ-

ſe,

ſe, corda alere, vitam communicare. At quoniam per hæc, ſpirituum huiuſmodi ſubſtantia binos concipimus ſuppoſitos, eſſentiam nempè eius, & accidentia quædam, vt potè claritatem eiuſdem, obſcuritatem, denſitatem, ſubtilitatem, & ſimilia; hinc cæpere Medici Nobiliores de natura Cordialium diuiſionem.

Quorum (vt tertiam adeam partem) alia eſſe aiunt ſubſtantialiter cordialia: alia verò Accidentaliter. Illa quidem præſtant ſubſtantiam recentem ſpiritibus. Hæc verò, Accidentia reponunt. In primo ordine collocauère Oua, Aquam Carnis, & Vinum. In ſecundo, Gemmas, Aromata, Bezoartica. Ex Gemmis Rubinum, Saphirum, Hyacinthum, Aurum, Argentum, & alias permultas, credidère illuſtrantia, & lumen præbentia ſpiritibus: id verò à proprietate ſpecifica earum, eſſe factum ſunt opinati: lucentiſſima etenim, & clariſſima impertiri lucem, & claritatem voluère: quod vt approbent, Aſtronomica in medium perducũt; ſine quibus, ridicula prorſus eorum ſententia, & orphana certitudinis. & qui neſcij Aſtronomiæ ſiue etiam Platonicorum deriſores (quorum ſecta hos tuetur ſenſus de Gẽmis precioſis) in experimenta confugiunt, hos audias laborantia corda in Peſte, Venenis, & Paſſionibus Auro, Hyacintho, Iaſpide, Corallis, Perlis, & ſimilibus experimento conſentiente ſubuenire. Ego Aſtronomiæ non conquieſco: quoniam neſcius ſum, modò quò Cæleſtia aliquid enitantur ſublimioris quã Calor temperamenti depromat; neq; inſuper in ſolidiſſima materia nihil exhalante, aut operante in Guſtu, poſſum videre, quid habeat calor, aut lux, vnde ſpiritus noſtri facem induant lucentiorem, aut iidem ſubſtantiam puriorem ſuper adducant. Nec certio ſanum vidi vllum, huiuſmodi eſu hillariorẽ, ſereniorem-ve. Platonicos propterea ab Aſtronomia, ſuos ſemper ſenſus mutuantes, eadem prorſus in æſtimatione habitos relinquo. Ex Aromatis: alia ſubtiliantia inueneris, alia Cohibentia. Ex ſubtiliantibus numerant Crocum, Spicam, Cyperum, Muſcũ, Sericum; & huius generis alia; quæ ſubtiliare ſpiritus inde ediſces, quod Calidam exhalant fragrantiam, ſubtiliſſimam, acutiſſimam; materiaquè conſtant tenuiori, & diſſipabili. Ex cohibentibus, Ambram, Citrum, Corallum, Coriandrum, Mirtũ, Roſam, & Mirabolanos recenſuère: certiſſimæ, & ipſa virtutis,

quia

quia ipſam & in ore deponunt priùs, & in Fabrica ſui Temperamenti atteſtantur. Ex Bezoarticis, Theriaca ſunt, Mitridatum, Lemnia Terra, Bezoar. patentiſſima ob ſui eorundem cōpoſitionem. At verò (oppono ipſe) ſi per Antonomaſiam cordialia, ea, quę ſpiritus eſſentiam conſtantem reddunt, & reſtaurant deficientem, ſubſtantialiter quoque cordialia excellenti gradu dignitatis, ſola & vera cordialia. & rurſus, ſi quæſiueris anxius per medicam ſyluam, quænam hunc eximiè, & ſublimi cum ſuffragij modo refocilent ſpiritum remedia, poſt longum itineris ſtadium, in vino animum contrahes tandem. Eminens ſiquidem patuit inter Alimenta vinum: ſummum itaq; cordiale vinum, certiſſimum tutiſſimum cordiale vinum. Intimum præterea & familiariſſimum ob ſpeciem ſuæ eſſentiæ vinum, cū cordis ſpiritu, quamobrem ſuprà reliqua Nutribilia, aptum, quod ſuam illam ſpiritus ſpeciem reparet, atq; intima reſtituat; illud nanq; ſimile, & vniuocum per Ariſtot. in Met. repetitam doctrinam, quod in forma conſentit, non illud quod accidentibus concordat: Cætera cuncta cordialia, quæ Accidentib. ſpiritus ſubueniunt, paſſiones, & attributa viuificant; ea ergò non omninò aſſimilia, quare nec omninò cordialia, nec vitæ ſed generi viuendi, apparata. Vnde vinum, imminet cunctis eximiū, proprium, Verum, germanum cordiale; ſanctiuſq; cuſtodia in Vitæ periculis vinum, quam Argenti, Auri, aut Gemmarum cæterarum arca cuſtodita. In ſilua quoq; Cordialium impropiorum, non leuis obuiat ſuſpicio figmenti, & vanitatis. Nam alia dicunt à Proprietate prodeſſe: alia Qualitatibus manifeſtis cōferre. Quæcunq; Qualitatibus ferunt ſubſidium, Cur Cordialia, ſi eadem, dum exonerant ſuas merces in commodum Ventris, Pectoris. Epatis, dici iure queunt, & Pectoralia, & Ventricularia, & Epatica? Quæcunq; rurſus à Proprietate ſubueniunt, veluti Aurum, Argentum, Hyacinthus, & reliqua celebrata, cur cordialia, ſi nihil ab eis poſſibile ſit ſubſtantifici emanare? Si ſapiditate deſtituta, Nutriendo ſunt emortua? Si lumē quod eructant, in opaco corporis extinguatur? Deluſerunt quidam, harum rationum Potētiam; & Paracelſi Æmulatores, ſua illa miſteria Chimica, ſupra Fabulas doloſiſſimi tranſduxère. Dum enim in Elementa vſque expræſsère medicinalia, ij ampliùs diſſeruère, quàm medico conueniat, aut medica diſciplina,

na,ſuo permittat artifici;quod monuit Hippoc.lib.de Nat.Hominis & ijdem poſtmodum,non contenti ſollicitudine, ac ſubtilitate tàm inani, dum ſupra Elementa Quinctas eſſentias attentarunt Bellerophontis euasère,quos excutit Equo Pegaſeo, ſua ipſorum temeritas,ad riſum illis exciendum,qui bellè cõiectantur, & ſuas Crepidas non tranſgrediuntur, continentes. Quincta enim eſſentia,quo vinculo(mecum inſtes)cum ſublunaribus connectitur? Quo Artificio in hæc noſtra inuitatur? hæc quidem non potuit vnquam Natura emoliri, quo itaque priuilegio Ars,idem obtinebit? Et tanta nihilominus legitur, ſentiturq; Hominum audaciſſima temeritas in Quinctis iſtis Auri & Argenti eſſentijs decantandis vt vel ſtomacari liceat, vel certas demonſtrationis vires deceat per hæc ſua commenta deplorari inermes, infirmas, fallaces, exſibilare. Fabulantur ij, Auri & Argenti, Quinctas Eſſentias, adeò volui intra nos, vt vitalem Calorem communiĕdo valeant inde morbos omnes profligare,& ſanitatem interritam intrepidò Marte tueri: medicamenta propterea venditant grauiſſima precio, ex quorum vſu, & laxationem pollicentur, & Conſtrictionem; & Calorem, & Frigus; & Apertionem, & Obturationem, & Fluxum, & Cohibitionem, & Appetentiam, & Inappetentiam; & reliqua huiuſmodi inaudita;eo confiſi Nugarum vallo, quod reſtauret vitalia, & compertiatur ijſce talem huiuſmodi potentiam, qua depellant, & exturbent ex Corpore, ſi qua ſunt exturbãda, definiãt quæ ſunt definienda, cohibeant ſi obſtrictio ſit neceſſaria, laxẽt ſi laxandum; purgent non purgent: quoslibet indiſcriminatim humores purificent, trahant, extrudant: Vomitus cieant ſi vomendum; Ventrem ſoluant, ſi ſoluendum: Sudores, Vrinas Puſtulas, Apoſtemata, Sputamina promoueant, pro horum neceſſaria promotione: Cuilibet loco Corporis inoffenſi occurrãt, curando: debiles erigant, fortiores caſtigent: quid plura? Morbos trans Naturam eruant, vel latentes, vel patẽtes, certa adeò cum prouidentia, vt meritò hos celebres (ſi vera opere ſecernerες) Cælitus demiſſos per Dei omnipotentiam Theſauros, Cælitus defluxos, per Diuinitatis miraculum, medicinarum Deos: Verùm regenerat Quincta Auri eſſentia Vitalem Vitam, & morimur? Profligat Quincta Auri eſſentia morbos omnes, & dolemus? Infeſta quæque Corporis expugnat, & Hippocr. adhuc

L obſti-

obſtinati veneramur? O execrandam Medicinæ iniuriam? O caſtigandum, ò extorquẽdum Humanorum morum ſupra cuncta ſcelera, ſcelus ſceleſtiſſimum? Subuertitis Phiſica, proſcinditis medica, proſternitis Politica, Profanatis Religioſa, tali cum figmento, o Paracellitæ & pecuniæ priùs, quàm veritatis amatores, veſtros animos inquinari dulcedine pecuniæ oſtentatis. Quid vobis cum Phiſicis, ſi nulla communi præexiſtente materia, Cæleſtia cum Elementaribus commiſcetis? Quid vobis cũ Medicis, ſi & Fabricam corporis ignoratis, ſolis Elemẽtis conflatam, naturalibuſq; ſtantem ordinibus atque officijs, & medicam materiam cõtemnitis, formis ſemper, & qualitatibus mixtorum operantem, cui ſæcula ſubſcripſere ſexcenta & Virorum ſeries celſiſſimorum ſoli, & vni authoritatẽ medendorum morborum conceſſit? Quid vobis cum Politicis, ſi Pactum fœdus cum medicis Aphoriſmis, vos breui commento Quinctæ eſſentiæ diſrumpitis. Quid tandem vobis cum Religione, ſi id pollicemini, quod non præſtatis; ſi conamini deſtruere Antiquiſſimas, & Sacras Philoſophię demonſtratiuæ moles; ſi cornicamini, mentimini, latrocinamini? Sed actum ſatis, quod ſpectat ad hunc locum, de Quinctæ Annieſſentiæ proprietatibus. Cæterum tam ea quæ Proprietate agunt ſua, quàm quæ manifeſtis Qualitatibus operantur cordialitatis bonum, aliquandò tantum, & cum diſtinctione Corporum, morborum, loci, atq; opportunitatis, corda propagant, vt potè quæ, vel illuſtrando ſpiritus, vel Veneno reluctando, vel Attenuando, vel Cohibendo ſuffragentur; mancum opus remedij, erroribuſq; ob difficultatem cognoſcendæ opportunitatis peruium. At, quæ cordialia honorantur, qualia conſtituimus puriſſima Alimenta, hęc ſemper, & cuicumque Corporum conſtitutioni, talia: ſiquidem laxum renouant ſpiritum, & præſentem ſecuriſſima cum ope ſuſtinent ſuffectis præſidijs: quo durante corda perdurant, pręmant quamuis morbi, feriant quamuis mortes. Vera ergo cordialia, Alimenta; & vnica ſemper cordialia, Alimenta exquiſitiora: ſed huiuſmodi, inquies dictis renuere videris à Claſſe cordialium, medicamenta: quæ tamen, in medicorum conſueta Praxi, tanquam rara inſtituuntur. Profectò id reſpuo ipſe. Nam tollunt quidem Ventris impedimenta, quibus præſentibus ſpiritus laborant, vt multitudinem ineptitudinemque materiæ, medica-

medicamenta; at nullam addunt ſubſtantiam cordi qua viuat: id quidem quod dicitur amicum eſſe, & conſentire. Sola ergo Alimenta cordialia. Sed inſtabis denuò. Cuſtodes medicinę, plurima medicamentorum præter ſuprà numerata, inter cordialia collocauère; quorum leges Catalogum, vt reliquos prætercam, ampliſſimum apud Auicennam lib. de Virt. Cord. Quãobrem, vel tanti viri reprehenſione digni; vel hæc noſtra temerè prolata. Noſtra quidem, ſic firmamus. Cordiale binos porrigit ſui nominis ſenſus. Aliàs prò Bezoartico ſumitur, vt loquitur Auueroes, ſiue pro Alexipharmaco, vt Galen. conſueuit. Aliàs ſumitur pro eo, quod ſecundum totam ſui ſubſtantiam cordi domeſticum ſuccurrit. Viri illi medicamenta quædam locantes in conſortio cordialium, ſignificauère tutari ea cor à veneficis, nunquàm nouos regenerare cordis ſpiritus, aut recentem importare ſubſtantiam. Sed tantùm obſtat vt Bezoartica, ſiue Alexipharmaca conſentiant familiaria cum corde, vt infenſa duobus, pugnant ſemper cum eo nominibus. Violentia ſcilicet, ac Contrarietate. Violentiam faciunt Alexipharmaca, dũ inimiciſſimum morbum protrudunt. Oppoſitam verò exercẽt contrarietatem, dum ſuperare ea ſit opus venefica quælibet ſuperiori, & potentiori veneno. Hæc itaq; fatemur quidem Alexipharmaca: cordialia non confitebimur.

Aſſumpſeris ergo ſi cordiale in altero ſenſu pro familiare videlicet, & pro intimo cordis, illicò vnicum Alimentum cordiale profiteberis. Neq; enim aliunde, quam ab Alimento ſubſidium quęritur ad ſpiritus ſtabilitatem, ac regenerationẽ. Vnicum ob hæc cordiale, vinum: nam ſingulariſſimum Alimentorum, vinum. Spiritus noſtri, qui qui illi ſint ſed cordis pôtiſſimum genuini, ſpiritibus ſimillimi vini: Id dùm de eius Nutritione, dùm de eius Coctione agebamus, apertum feci. In Cor itaq; admiſſi, corda propagant, cordis ſaluti inuigilant. Nec tædeat quæſo repetere denuò ſpiritus cordis exemplum, quo ſubſtantia eius euidentior, ſi fieri poteſt, ſub conſpectum prodiens, vini ſpiritoſam particulam contento magis ore admiremur: ſpiritum puriorem eſſe ſanguinis partem, ſuprà declaratũ eſt. Hic vocem qui puri introduxit, ſanguinem ſub oculos, rõ ſpiritum, iure arguet, ſubiectum. Cum ergo hac in ſpiritus imagine confundatur acies non conquieſcat, videtur dignum con-

templatione ſtudium, vt ſpiritus iſtiuſmodi definitio caſtigetur, reformataq; ſui repræſentet intimiora. Quod mihi quidē placuit, idem video Ariſtot. Aphrodiſæo, Hippocrat. Auicennæ non diſplicuiſſe. Ij ſi quidem non perceperunt effigiem ſpiritus ſub vocibus Tenuioris partis ſanguinis, quàm commutauère in alia diuerſa multùm Nomina. Aphrodiſæus 4. met. in Exſuccam, hoc eſt Flammeam Fumoſitatem: in hanc etenim tranſire Temete, ſcriptum reliquit. Ariſtot. 1. Problem. ſect. 30. lib. de Flat. Flatum; quo vbiq; vocabulo deſcripſit ſpiritū. Hippocr. in flatum ſiue Auram & ipſe flexit vocem. Auicennas tandem elatior multò cæteris Philoſophis, præclarioribus Coloribus, ſpiritus huius vultum delineauit; quo cum reliquis, ſcopulum euitaret dubietatis eſſet ne ſpiritus ſanguis, an ſupra ſanguinem aliud. Aromatizitatem quandam perduxit hic in medium; & hanc ſpiritum eſſe cordis pronunciauit. Aromatizitatem inquàm germinantem ex fumoſa ſanguinis nitidiſſimi ſubſtantia; ab ea tamen, ſpecie prorſus diſcriminata. Solertior, mea quidem ſententia ſuperioribus Philoſophis, Auicēnas; qui non eius tantùm ſubiectum, quemadmodum communes medici: non ambiguam eius faciem, quemadmodum prænumerati, ſed conſpectiſſimam, ipſiſſimam ſpiritus huius, exactiſſimo penicillo delineauit. Aliud enim ſuperiùs, quid Flatu, ſuperiùs quid Flammaeitate cōtinet Caracher, ſpiritus Vitæ, quod poſt diuturnam mentis reuolutionem exprimens tandem Auicennas, Aromatizitatem dixit. Aromatizitas autem quid ſit, Aromatum manifeſtat conditio; quam, coctiſſimam probamus eſſe ſubſtantiam. Definire ergo fas, influentem hunc ſpiritum, nō amplius Puram ſanguinis portionem, ſed Corpoream ſapidam ſubſtantiam, coctiſſimam. Corpoream quidem ſubſtantiam, quia ex Corpore oriundam. Sapidam quia Nutrimenti extremum. Coctiſſimam, ad eius abſolutiſſimam temperationem ſignificandam. Quæcunq; modò ſimplicium hanc Aromatizitatem exhalabunt, ea ſanè comparia ſpiritibus cordis: quaproter, & cordialia. Vt propterea fas ſit ac neceſſarium fateri, cuncta ſaltem Aromata, ni velis mineralia, affinitate inita cū corde, cordialia. Id quidem non negandum. Sed quæ turbare poſſunt dubia vini, quæ cuncta non acclament ſupra Aromatū acumen, vinum, nutriendo dum excellit, Cordialiſſimum quoque, non emi-

eminere? Vinum ſi obtuleris ijſce qui arbitrantur ſpiritum hũc cordis, eſſe tenuiorem ſanguinis portionem, protinùs Cordialiſſimum putaueris, quoniam in ſanguinem ſubtiliſſimum permutari, quàm breuiſſima coctura, nullus eſt qui deneget.

Si verò cum cæteris, hanc eandem ſpiritus formam Flatum crediderís, Flatum quoque non diffiteberis, vinum. Si Flãmeitatem aſſentiaris, Flammeum quid admittet quoque vinum & Temete potiſſimùm. Si coctiſſimum illud ſapidum, ſapidiſſimumque ſubiunxeris vinum, in quo nitet Dulcedo, ſanguinis mater, & eructat Aromatizitas, Auſteritate, Fragrantia, ſuauitate feraciſſimis, conſpecta. Hic tamen ne perſtes vlteriùs trãſgreſſus inueneris, eadem vini atq; influentis ſpiritus noſtri itinera: eadem vini atq; ſpirituum noſtrorum officia. Quod ad iter influentis; percurrit totum Corpus ſpiritus; percurrit & totum per Corpus vinum quàm Celerrimo pede: Vitam communicat cuilibet parti, ſpiritus cordis quam illuſtrauerit; eandem diſpenſat vinum, in quam peruenerit: Irradiat veluti à Cono influens ſpiritus, irradiat & vinum à Regia ventris, in quaslibet Regiones Corporis diſcurrens. Simillimam ergo ob Naturam cõcurrunt inuicem hi duo, lætantur, complexibus conuinciuntur. Nec diſſimilia quoq; reputes, decet, officia. Senſum promouet ſpiritus, motum citat, Nutritiuam fouet, augumẽtum, lætitiam, diſcurſum ſuſcitat, fæcundat: & ſenſum, & motum, & nutritionem, & auctionem, & affectiones, & intellectum adportat quoq; vinum. Cordiale itaque opulentiſſimum, & ſublimi prærogatiua inſigne, vinum. Cætera quæcunque Aromata, ſubſtantiæ quidem coctura, non inferiora fortaſsè vino: at ſapiditate ea nutribili (quod oſtendimus loco proprio) quàm longiſſimè ignobiliora. Vnde, bono cordialitatis, nunquàm cum vino comparanda. Virilis modò ſententia medicorum grauiorum ijſce in Aromatis tanquàm Cordialibus inſtituendis, non ea quidem fuit, qua hodie abutimur, vnico Diaiacintho ſiue ſimplici Alchermes confectione pugnando aduerſus quoslibet morbos, tanquàm infeſtos cordi (nec. n. ſubſtãtialiter, ſpiritibus conſentiunt, nec repellunt ex ſemetipſa infauſtarum materierũ iniurias) ſed Purgantia atq; Alterantia, ditare aromatizitate, quo animo in cor impigrè aduolarent: & eo tantùm tempore ea in ſubſidium expedire, quo corda dolentius torquerentur:

id verò euenit illis in Febribus quarum putredo ardet in Venis cordi proximis, ſemitertianis, & peſtilẽtibus, nonnullisq. quotidianis: atq; ea potiſſimùm ſtagnante materia quæ ſegnis lentitur atq; lentiori, quò nempè abſtergeretur, atq; deſſecta, pugnantibus demùm excluderetur: ij ſenſus Galen. in lib. de cõp. med. per loc. & gen. hæc meliorum practicantium placita Auẽzoauis, Rondeletij, Raſis, Serapionis, & reliquorum. Noſtrates verò a bonorum claſſe diuagantes, artem, ſibiq; commiſſos deludunt ægrotantes: qui Febribus quibuſcumque præſcribunt cordialia hæc aromata, veluti ſingularia ad ſalutem remedia: ſoliſq; ijs & ſemper culmina medicationis ſcandunt, malignitatem, huius nouæ artis medendi, cauſantes. Quaſi materiam iudicet ſemper lentam ac craſſam malignitas. Quaſi materiã arguat ſemper in Venis cordis latentem malignitas. Quaſi ſufficiant ipſa per ſe Aromata deſtruendis tumulis noxarum materierũ. Quaſi vna ſemper & eadẽ diuagetur materiæ in Febribus inſolentia. Quaſi vigeant ſpiritus tunc cordis, non lãgueãt ac pereant. Quaſi tandem ſatiùs ſit duriſſimo in confl ctu ſubuenire fractiori cordialium Aromatis nempè, quàm potiori, atque inuicto, tã reſtaurandis ſpiritibus quàm conſolandis, vino.

Reſtat qui medendorum morborum vetuſtiſſimam viam deſertam modo, Archigeni iam calcatam, & Conciliatori, Ariſtotili, atque Aueroi dilectam, indicem. Regit vniuerſa corporis, ſuo cum ſpiritu cor. Inualeſcet ergo corpus, quouſq; ſpiritus perſtent, & dominentur ij: Cadet quandò vincantur, & pereant iſti. Summa itaq; ſtudiorum medicorum, cui ſalus commendata Vitæ in ſpiritibus iſtis conſeruandis, informandis, reformandis. Nam, fluctuet quantum vis vita ſuperabitur tandem Æſtus, dum viuat, duret, regat, præpotenſque dominetur Nauclerus vitæ ſpiritus. Vitæ, ſi tale habetur Regimen per Naturam, quale curabitur aliud, dum Vitam procuramus per Artem medicam? Subiacent cuncta imperanti Naturæ; & illa quidem ſublimiora, quæ moribus ſuis proximiora. Egregium itaque & illud ſtudium in Curando, quod Vitæ principijs, & viuendi inſtitutis æmulabitur propinquiùs. Id verò, aliud eſſe inueneris nunquàm, niſi ſpiritus cordis reponere, cordis ſpiritus renouare; nam languentibus, Vitæ miniſteria repentè procidũt, quanquàm per ſe valida, tanquam Rectore ſuo deſtituta: inualeſcen-

leſcentibus verò, & ſi reliqua muneri ſuo commendata lapſum minētur, eriguntur ſtatim, ſuo excita motore, & nouo reuocata fomite, in vitam iterum ſubleuantur. Marcorem, & Extinctionem norint quique binas Feras, quibus deuorantur, & Furias quibus in lethum nunquàm reuicturi, deſcerpimur. Marcori ergo, & Extinctioni, Archigenes arma obdurauit, quibus pertinaces oppugnaremus, ſpirituum nempè vitalium perpetua elaboratio inceſſans conſtructio; quos cordialia enroliuntur, & ſublimia cordialium ſublimi præparant cum Artificio. Idē ante Archigenem indicauit Ariſtot. lib. de Iuuen. & Seneɛt. Vita & Morte: tunc quandò officia & neceſſaria cordis contemplatus pro Vitæ Fabrica Eminentiam eius ſupra ſuperiora, & inferiora Corporis demonſtrauit. *Alijs* inquit *partibus infrigidatis, remanet Vita; eo autem infrigidato, qui in hoc floreſcit corrumpitur omnino vita.* & rationem allaturus, ſubdit, *Quia hinc principium omnibus dependet Caliditatis: & Anima tanquàm ignita in his particulis inſidet. Vnde neceſſe eſt vitam exiſtere in Calidi huius conſeruatione, & vocatam mortem huius eſſe corruptionem.* Sapienter ergo Archigenes in horum cordialium vſu, qualeſcunq; regulas medendi & tam conſeruandæ ſanitatis, quàm remouendæ ægritudinis contraxit. Primis Vitæ, & viuendi functionibus attentus. & quod Marcorem retardent Cordialia, nemini dubitandum, quum deficienti Alimento; ſufficiat ſemper recens Alimentum, cordiale, vnde ſpiritus conſeruetur: & verum cordiale, quale vinum abſit à peccato amplioris, vt plurimùm flammæ, quia ſapidiſſimum, recipiat à Natura menſuram, cui & Appetentia, & Satietas coniungantur pedagogæ inſeparabiles; moribus potiſſimùm non obſtantibus in ſanitate incontinentibus, aut Medico in morbis indiſcreto, non reluctante. Qualitatibus inſuper cordialis impotens marceſcere ſpiritus, quum affine ſubſtantia impoſſibile ſit contrariari in quali. Quod verò Extinctionem repellant à ſe longius cordialia, id quoq; euidentiſſimū, quandò recogitaueris, robuſtas ſemper vires intendi in debellandis contrarijs: & fortem Calorem atterere ſemper excrementa: copioſumq; ſpiritum vt potè ſuimet rectorem incognitas humano ingenio inuenire Artes, per quas, in trāquilla diù enauiget. Vel ergo æternam, vel diuturnam reddet Vitam cordiale. Quod vt ſenſit Archigenes, ſummo hic clauſit dogmate Curatiuam Ar-

L 4 tem,

tem, cordi ſemper ſuccurre; ſpiritus recrees Vitales. Hùc viſa eſt reſpexiſſe Priſca vetuſtas. Homerus, cordiali Patera, per Helenam data, dolores & lugubres memorias excutiebat. Pindarus per Chironem, Anodinis cecinit Vitam reclamari. Plato, per Socratem incantationibus dari medelam morbis quibuſque impetentibus docebat: & idem, Zamolxidis retulit documentum: has verò incantationes tangere Animam & primam curare addidit. Quo quidem doctrinæ genere nihil potuit euidentiùs oſtentare Plato ad cordialia hæc vbiq; malorum amplexanda. Totius ſiquidem Corporis ſumma Cor: & in eius ſpiritu compendium ac Fundamentum reliquarum quæq; ſint particularum. Et id ipſum conſentit cum verbis eiuſdem Platonis, quando ſubiungit, *Eaque Cauſa eſt Cur medicos Græcos, morbi Corporum multi lateant, quia totum ipſum ignorant, quod in primis curare oportet: quo malè affecto, impoſſibile eſt, partem aliquam bene valere*. Tu verò vt noſtris accomodes dictis, Platonis dogmata, addas. Morbi nulli latebunt ſi in cor vſque ſpeculando perducaris, quod in primis curare oportet; quo bene affecto impoſſibile eſt partem aliquam male valere, vel deſperato morbo obſideri. Cæterorum Poetarum fabulis, à veriſſimili nunquàm abhorrentibus, apportata paſſim ſalus moribundis, vel ſolis odoramẽtis, vel ſuauiſſimis liquoribus, vel externis anodinis Vnctionibus. Miracula infumma quæq; deſperatæ ſalutis per Cordialia perpetrata. Hinc factum vt tantam Aromatibus attribuerint facultatem ſcriptores, quantam ſola poteſt admiratio complecti. Iure etenim vitalia hæc, quoniam ſpiritus vitales Aromatizationes quaſdam recenſet Auicennas; cui vt diximus, & Ariſt. & Plato, & Aphrodiſæus aſſentiuntur. Nec alio condita vinculo miſcibilium cordialia, tàm quidem ea, quæ intrinſecus quamq; extrinſecus adminiſtramus, niſi Balſamorum Corpora quędam, per Artem Compoſitorum, quæ in vſum medendorum Vulnerũ vocata, & eorum quidem Chironiorum breuiſſimo illa dierum ſpatio, non ſolum conglutinabant, ſed longè prorſus ab omni doloris incommodo tollebant & ſanabant. Quæſiui mecum cauſam tàm mirandi effectus, & quod cæteri in ſecundas qualitates referunt, ego in cordialitatem redegi ſemper. Nec fallere opinionem iudico: nam ſoluere concuſſus humorum, exiccare, temperare læſam partem, reprimere influxus nocuos, & cętera

ra neceſſaria operari, tàm ſanando vlceri, quàm arcẽdo dolori, nec temporis anguſtia, qua ſanant, nec modus certiſſimus, & eminens quo pignora tantę virtutis depoſũt, ſine ſuperiori alia facultate factum, permittit exiſtimandum. At ſi in horum vicem ſubſtituas vim cordialitatis, demandatam eis, proculdubio deſines mirari, & cauſam operis plenis oculis contueberis, in gloriam cordialitatis eius, quam modò exaggeramus. Quicquid viuit & agit in priuata corporis particula, id vitam recipit, publico Philoſophorum, & Medicorum conſenſu, ab influente ſpiritu. Vulnere autem quæ affligitur particula, ſuam labefactata harmoniam, inępta euadit ſæpius, in quam hic influat ſpiritus, deſtituta ergo ſuo ſoſpite, & ægrotat, & diu agitatur, torquetur. Spiritum ſi inſinuares tu, influenti congenerem rediret vita parti, & harmonicum reſonaret. Quid modò ab Aromatizitate expectas aliud, quàm ſpiritum vitalem influẽti conſortem coetaneum? Talem Balſama illa exprimunt, vt potè præcioſioribus Aromatis cumulata: Quamobrem cordialia illa, & ope ſola cordialitatis, tàm prouida ſaluti, tantùm humano generi benefica. & quoniam inter cordialia, principem locum cordialis aſſignauimus vino, quid eſt, cur non ſperemus sãctiora munera ab eo expectanda, quam à cæteris, quantalibet Aromatizitate præſtantibus attendamus? Cui edicto adſtipulabatur Ficinus lib. de vita cælitus propaganda, quandò huic potiſſimùm liquori inſertum eſſe plurimum ſpiritus vniuerſi, & puriſſimi illius, in quo vera inſidet vita, & æterna ob conſenſum ſubſtantiæ huius, cum exquiſitiori, & alacriori materia vniuerſi. Plurimæ, & viuaciores Nationum, animatæ præſentib. præceptis acutiores morborum, eo ſperarunt remouendos. Vinum ob id meracius Cinamomo, aut Pipere, aut ſimilia alio cõſociatum, exhauriunt in principio Febrium acutarum & ſtrenuo ſæpiùs remedio atque celeri priſtinam ſanitatem recuperant; eo confiſi conſilio, quod præcordijs aucto robore in morbum inſurgant, omneq; obſtaculum ſalutis proindè pugnaces proſternant. Cordialium hæc iura. Archigenis iuſta hæc quidem placita: quibus adſtipulata eſt ſacra ſemper vetuſtas: & generoſa adhuc virorum indoles celeberrimorum grandi cũ ſtudiorum ſuorum vſura aſſenſum dedit & auctoritatem. Ridenda veruntamen aliquorum ſeſe offert Fabula, qui tot cum ſpeciaſ-

ſent

ſent priuilegia cordialium, ea poſtmodum communicarũt Auri & Argenti Quinctis, vt dicunt eſſentijs, & alijs quoq; Chimicis ſiue extractis materiebus accomodarunt. Certiores quidem ij potentiæ influentis ſpiritus: at verò incertiſſimi rationis, qua ſpiritus iſte regeneretur, vnde miracula edat tanta ſalutis. Auri & Argenti nulla prorſus Aromatizitas, nulla Alimentalis ſubſtantia: quare nulla ſpirituum ab eis regeneratio. Quomodo ergo ſuſtentare hæc dixeris corda? aut quomodo expurgare ſiue tutari hæc ab inſultibus morborum Corpora? Hos ideo deriſos relinquens, redeo in Archigenis præceptum: & cum ad tutandam valetudinem, atq; ad vitam prorogandam propagandamque ſpiritum horum influentium cura tantoperè præmat animos, quid eſt cur Medici ſpiritibus iſtis aſſidui non incumbant? Quid eſt cur Archigenis ſententiam non excolant? Quid eſt cur relictis illis Perlarum & Hiacinthi deluſionibus in vinum non inclinent, in Liberum, Naturæ, quem aliàs diximus Patrem, ingenuos animos non deflectant? Cæterum, quærere reor non importunum, An quæ Ventriculo, & eius præſertim ſuperiori orificio, quem ſthomacum vocant ſubueniunt, nomine cordialium debeant condignari. Occaſio quæſiti inde naſcitur, quod Acerba & Auſtera & Sapida eminenter quàm plura, dolente ſæpiùs offerantur corde; quæ tamen eadem ſthomaco primùm deſtinata, celebrantur. Aromatis quoque ſthomachica confecta, cordi primùm cognata comprobatum. Exiſtimauerim ego, alterutro viſceri idem competere remedium. Ventriculus enim, & ſthomacus præſertim, ſpiritu vno regitur cordis; quod indicant ſui Nobilitas ſenſus, & paſſiones acutiſſimæ quibus & ſauciatur, & beatur: id verò ſiuè fiat ob vicinitatem, ſiuè ob alias Naturæ ſecretas artes viſceri certè competebat tanquã anteſignano (ſi cætera ſub dubijs præmas) functionum Nutrimenti. Quam ob cauſam, & Regem Corporis Q. Serenus vocitabat, & Ariſtot. à Corde non diſtinguebat; quandò coctioni quæ deſtinantur partes, vno complexus eſt verbulo medij, de long. & breu. vitæ. Inteſtina inquiens infimum locum occupare excremẽtis excipiendis poſita Gulam inuitandis, cætera intra Gulam & Inguina, concoquendis. Gal. de locis affect. ſubſcribens placito vetuſtatis, cor vbiq; locorum appellauit Sthomacum. Iure itaque benignas porrigunt, & auxiliares manus

ſthoma-

ſthomaco cordialia: & quęcunque cordi fructum ferunt eadem Ventriculo robur ſubacuunt. Non ſine cauſa ergo Cinamomũ, Iuncum odoratum, Crocum, Spicam, & cætera eius ſortis reliqua commendant ſthomachica; & reſoluere Putredines docuit Galen. de comp. med. per loca. 8. nanq; Aromatizitatem ſpiritum exalantia, ſalutarem vbiq; relinquunt Calorem, & ſpiritus vitales inſpirant reſoluta: vnde Vita cunctis per talia ſimplicia inſinuatur locis, & ibi potiſſimùm effunditur opulentiſſima, vbi plus vitæ neceſſarium inſidere; qualis recogites neceſſe eſt ſthomacus, ſecundo in loco dignitatis ab Arce Cordis. Sthomachicorum autem potentiſſimum vinum, cuius ſuppula ſubuerſus inuertitur ſthomacus, gemens ſubleuatur, & dolens demulcetur. Quare & Cordialium Cordialiſſimum vinum: & cũ cordialibus ea participatum dote à Galeno de med. per loca. 8. quod putredinibus reſiſtat. Cordialium præterea princeps (quod ſupra oſtendebamus) meritò ſthomachicorum Antiſtes, obſtrictam ob affinitatem duorum viſcerum celeberrimorum Corporis. Quæ tanta ſufficiant, non in cordialitatis ſolum ſufficientiam, ſed præſertim in meri digniores facultates explorandas.

IMBECILLI VINI Facultates.

CAPVT XXXXIX.

Actum eſt adhuc de vinis meracibus, & quam faciem, quas vires claudant, inueſtigatum. Ordo nunc poſtulat præfixus, vt imbecillorum expedita priùs imagine, nunc in eiuſdem prouentus & potentiam, examen conuertamus. Velim recluſa non ſecus inteſtina Imbecilli, atq; meracis viſcera patuère. Immò optarem libentiùs imbecilla patefacta, quam meracia, eo certè propoſito vt Naturàm admirarentur increduli, nō minus prouidam ſalutis in procellis morborum, quàm ſolatij ſtudioſam in tranquillitate ſanitatis. Meracium veruntamen vires per poſitiuas particulas, declarauimus. At robora imbecillorum

rum

rum per negatiuas cogit Galenica doctrina, dilucidare. & minùs quanquàm nota, quibus notæ denegantur cognitionis, quã quibus ſtemmata apponuntur euidentiæ, nihilominus veriſſima Imbecilli emicabunt bona, quoniam puriſſima hic attributorum eius, euidentiſſima ſuæ authoritatis in humana quæque Corpora elucеſcent.

Galen. Imbecilla definiens hæc habuit. Imbecillum illud eſt quod contrario agit ordine à meraci. Tu modo hæc conſideres licet. Potentia vina, nomen ſumũt à Calefactione, & Inebriatione, quam produnt immodicè potata: Imbecilla ergo, vt potè quę contrario dicebat agere modo à Potentibus, & Frigefaciẽt epota & Caput non perſtringent. Sed offendit in foribus ipſis talis hæc imbecilli definitio. Dubitandum ſiquidem iure contingit quid velit Galen. per verba illa, Contrario agunt modo à Potentibus. Duplex ſiquidem competit huiuſmodi verbis interpretatio. Altera, quod Imbecilla nec calefaciant, nec Caput lædant: ſed quod & Frigefaciant, & in Caput non ſcandãt. Altera quod inualidè Calefaciant Imbecilla, & languido ictu Caput feriant. Vtraq; harum certè interpretationũ ſuæ illi adaptatur definitioni: nam vehementi calefactioni, apponitur tàm quidem Calefactionis Imbecillitas, quàm poſitiua Frigefactio. Nec deſunt inſuper rationes ac Teſtimonia, quę alterutrã tueãtur ſententiam. Nam quod ſpectat ad Rationem ea primùm inſurgit obiectans. Vina abſoluuntur cuncta à Calore; quam ob Cauſam Calida cuncta. Nomen præterea imbecilli non dicitur de compoſito eo cuius affectionem deneges, ſed de illo cui adiectum applices inualidè. Quare Galeni conſpicua admodum mens agere in humana Corpora Imbecillum, Calore quidem, ſed languido. Quod verò ad Teſtimonia pertinet, cogũt ea ratam conſtitui eandem expoſitionem: concordes quippe medicorum voces, ex Aquoſo, Aquã Vitæ elici; arguũt propterea: calidiſſimas portiones ſubſtantiæ occludens, Calidũ quoq; intra nos. Calidum præterea communiſſima medendi determinat conſuetudo, quod quidem ſeueriſſimo vitẽt imperio Febricitantibus. Galen. de ſucc. bon. adhùc Nutrire illud aſſerit: At illud alit quod cum ſubſtantia noſtri coniungitur, quæ temperatè vigit calida: quamobrem calidum Imbecillum. Hæc ea proferri per compendia poſſunt ab ijs, qui primam impugnant

inter-

interpretationem verborum Galen. quod nempè agat intrà nos Imbecillum, Calore quidem, eo tamen inualido. Alteram qui tuentur expoſitionem, non inualidis, & illi armantur propugnaculis, ſed Galen. auctoritate, vſu atque ratione fulti ſuſtinent, Frigefacere Imbecillum; idemq; Caput intentatum deſerere. & quod ad Galenum Potens vinoſum appellat: Imbecillum verò Aquoſum. Tu verò ſi quæſiueris ab eodem magiſtro, cuius extet virtutis Aquoſum reſpondebit in ſequentibus eiuſdem 3. acut. *Aquoſa ſiue Paucifera, & Oligophora, fractum habent robur vini, &c.* additque, *Atqui quæ in vino hoc carentia eſt Odoris, ea Imbecillitatis, Frigiditatiſq; efficaciſſima exiſtit nota.*

Rationem quoque addens quo fiat, vt huiuſmodi hęc frigida extent, ſubiungit iterum. *Vinum ſiquidem Aquoſum, leuiſſimam in ligno Vitis tranſmutationem ſenſit, leuiſſimam quoq; Terrei Elementi mixtionem: ita vt Aqua ſit, quæ tùm paulùm Terræ Calidaq; ſubſtātiæ aſſumpſerit, tùm leuiſſimain horum coniunctione indiguerit elaboratione.* Galeni hæc, quæ aperta ediſerunt in Frigefactionem quidem poſitiuam, nō autem in Calefactionem inualidam imbecilli. Vſu additur ijs robur, qui vbiq; locorum videamus, & vniuerſis in Corporibus obſeruemus, Euidentem Frigefactionē indere nobis Imbecillum. Eo ſiquidem largiùs exhauſto, & languet ſthomacus intemperie Frigida; & digeſtionis habitudo affligatur; & Corporis amplum, mollitiem cōtrahit; & fluctuationibus viſcera ſuſurrant; & Colicis frigidis ſæpe contorquentur inteſtina torminibus. Calidiſſima inſuper Corpora, ob longum eius vſum, in frigidum vergunt habitum. Quod ſi rationem poſtremò conſuleris, eadem ſubminiſtrabuntur tibi conſilia. Quod enim exhibitum homini qualitatem introducit viribus eius deteriorem, id quidem frigidum: ſed imbecillū quantò diutiùs hauſeris, tantò fortiùs à Calida te affectione ſubtrahit: vnde ſua quidem facultate non inualida calefacit huiuſmodi vinum, ſicuti prior obloquitur opinio, ſed euidens frigus adducet, quod poſterior & ſana magis conteſtatur. Ad hæc, quod cum Aqua ducit affinitatem, illud Aqueum, ſuæq; illius Virtutis conſors; Imbecillum verò, Colore, Conſiſtentia, odoris carētia (certiſſima Imbecilli ſtemmata) cum Aqua conſentit: quare id quidem Aquæ virtutes, & iura ſeruabit.

Hæc habeas quæ vtranq; interpretationem æquè protegant; non

non fragili ea conatu, ſed firmiſſimis machinamentis. Verum optas forta ſſis inter ambigua, tutiùs procedere? Ipſe non minori ardeo cupiditate, & cum Febrium ſuauem, ſalutaremque potum queritem, tantò curioſiùs, facti huius diuiſionē affecto. Legas itaquè inferiora; & veritatis huius particeps factus, certam inde ſententiam defendes, Frigefacere Imbecillum, & Capiti parcere, poſitiua ſua frigefaciente facultate. Humectare pariter ediſces, Coquere, Alere, Vehi, & Corda ſuſtentare.

FRIGEFACIT IMBECILLVM.

CAPVT L.

QVi ſuſtinet Imbecillum Frigefacere: & qui Alij contēdunt non manifeſta illud agere Calefactione, vera vtrique adſtruunt. Nam Corpora cum ſcimus euidenter Calida, refrigerabunt quæcunque infrà euidentem Calefactionem inuertent, & eadem Calefacere non manifeſtè, ſine fallacia cōcluſeris. ſed multa rurſus in hoc turba: illis tamen inexplicabilis, qui Plebi deuouere fidem. Ingenuis Medicis, & Hippocraticæ gloriæ addictis, tranquilla, & curioſa: quos ſemper ſubtraxit in Portum ab Alto, & procellis Auctoritas Illuſtrium, ratio, & experimentum.

Galen. (ab authoritate, & à domeſtico doctore vt exordiar) 3. de vict. acut. 1. comm. docet quidem habere imbecillum contrariam facultatem ab eo, quam ſortitum eſt Potens: at ineſſe quoq; in Imbecillo contraria ab ijs quæ cernuntur in Potenti & repetit comm. Et 20. efficaciſſimas habere notas Frigiditatis, ex Carentia odoris, & ex cæteris vinoſis defectibus præcepit. Alibi pariter frequentiſſimus legitur in eiuſmodi ſententia, & conſtantiſſimus: nempè & in adnotatis de Alim. fac. & de ſucc. bon. & de Atten. vict. rat. & in meth. & in illis demū de ſanitate tuenda. Id verò intelligas oportet non de exſoluto ſolùm verificari; ſed de Paucifero quoque in cuius gratiam 20. com. exarauit iam anterioribus Capitibus memorata. Hippocr. quoq; comparans imbecillum ſuo melicrato, Acutis vbiq; commodū, exemplo

plo publicat patentiſſimo, Frigidum illud euidenter. Non enim concederet melicratum Acutis ſi Calefactione infeſtaret. & dum diſputat in 1. de vict. rat. Alienumne cenſeantur ab Arte, vinum Acutis propinare, Potens illud eſt quod ſubiectum proponit diſputationis; Imbecillum etenim nec cognouit niſi obiter, nec ſeriò cognitum reputauit vnquàm dignum, quod refutaretur ab vſu, ſicuti expreſſit deniq; 3. comm. 20. Nec dubium illud quod elicitur ex verbis Galeni iterum præmat, vbi nõ manifeſtam ait edere Calefactionem: nanq, refrigerãt, quæcunq; non euidenter calefaciunt, per eiuſdem dogmata 2. de ſimp. fac. Euidenter ſiquidem Calida hominum Corpora ab æquè calefacientibus, ſi non calefient, quia non mutabuntur, tantò minùs à non euidenter Calefacientibus calefiêt. Quamobrem refrigerabuntur ab ijſdem ſenſibiliter: quum inde abſorbeant ſuccum longè inferiorem Qualitate, à quo emanat vnico calorifica omnis humani Corporis ſubſtantia. Quæ congruunt poſtmodum cum locis toties à ſe repetitis & quæ adduxi ſuprà in atteſtationem ſuæ euidentis frigefactionis.

Nec certè diuerſum decernunt Rationes, hoc ipſum diſcurrentes planæ, ſingulæ, & apertiſſimæ cunctis. Non patitur cum Aqua congreſſionem abſq; ſui exſolutione Imbecillum: nullo itaq; Calore communitum, quo Aqueæ repugnet frigiditati, ſed Frigidum penitùs. Nihil præterea euaporat: quare nihil Caloris alit. Splendidam rurſus Corpulentiam, terreſtreitate nulla obſitam continet, vt inde appareat ſimplicem Aquoſitatem connutrire, ſuo frigidam genio, ſapida tandem Qualitate vacuum: extrema illa lance, qua operantis Caloris mẽſuramus ſemper veſtigia. Quo deniq; teſtimonio, neceſſariò concludas licet; in vacua ſede Caloris ſubingreſſum Elementum frigidũ: & eiecto Calido, Qualitatem regere frigefacientem. Adiungas porrò, Particulas quaſq; ſuas aſſerit Imbecillum Aqueas; minimas, & ſenſui abſtruſas, ſubarguit Aereas. Frigidum ergo prorſus à præpotenti Elemento: Calidum nunquàm, quod deneget ſpiritus aereos, quibus Calor fouetur noſter, & arripiunt ſibi robur quæcumq; impetunt intrà nos. Aereas verò portiunculas non abdi in vino, niſi fortaſſis inſenſiles, ac puſillas, inodori ignominia, ſubminiſtrat cogitatũ: & quæ inſuper de eius præſentia vult Argumenta ſumenda Ariſtot. in Problem. quæ eſſe

docet

docet impigra, Titillationem in vino, & ſpiritus illos ſubſillientes. Agunt verò in Corpus per Galen. de ſimp. fac. partes eius ſimplicis, quæ vincunt cæteras: reliquę nihil imprimunt. Vrgeas vlterius: Quæ Alimenta per Hippocr. generant ex humoribus Pituitam, ea frigida: quis verò eſt neſcius altiora non tentare Imbecillum? In ſumma, non ſubſternitur Calidi noſtri inati Alimentum, Aquoſum aliquod: lene ſiquidem, atque Copioſum, Caloris humani pabulum per Ariſtot. doctrinam. Quæ verò nec ſuſtentant, nec adaugent Calorem noſtrum, ea ſine dubio dum defraudant ſuo Achille Vitam, refrigerant quoque, quoniam diminuunt per accidens membra in quibus Calorificæ Vitæ inſidet focus. Et hoc illud eſſe ſcito (ſi digredi lubet) quod Ariſtot. 2. de part. Anim. ſignificauerat, in ſanguine cum protulit ineſſe Calorem per accidens: In ſui enim ratione ineſt veluti in hoſpicio. Cum itaq; ſubeat in ſanguinem Aqueum, & illud quod ineptum ſubſternitur Caloris fundamētum, procul dubio Calor Vitæ inhoſpitatus peribit, & in extraneo Lectulo marceſcet inquietus. Quinimò ea quæ facultate ſunt Calida diuidit 2. de ſimp. fac. Galen. in Alimenta & Medicamenta. Quaſi exiſtimet Calidum Alimentum vinci tandem à Corpore: non vinci tamen medicamentum. Remanet itaq; frigidum concludendum huiuſmodi vinum: dummodo cum authoritatibus, rationibus quoque iura ſua permiſeris.

Verùm quoniam cedit Ratio obſequiumq; reddunt in Arte medica Authoritates illuſtrium, ſenſui, ac experimentis, hinc ſenſu, & Experimento aſcito conſentaneum incæpta retentare. Venæ ſanorum quo madeſcant ſanguine ab Imbecillo recogites: inde & Febricitantium viſcera ab eo ſiue modico, ſiue immodico perſcruteris.

Sanorum medullas nullus Ignis carpit, Imbecillo quantumuis inundantes: at Venas ſubit tacita quædam Aquoſitas, tamq; largè ſe ſe effundit, vt vix a tàm circumflua Vnda ſanguinis forma ſuperuiuat. Ab Icore poſtmodum, & Illuuie, frigida morborum ſeries mollities totius, Flaciditas, Fluctus Inteſtinorum, Pituita ſegnis, Otium, Torpor, Stupiditas. Haſq; inter partes dimetitur homo, breuis Vitæ ſpacia. Febricitantium verò quem ebibant humorem intranea, dum Imbecillo diluuntur ſigna illa manifeſtum faciunt, quæ ſolertiores Medici, non quæ ſolutiores

animad-

animaduertunt. Non hic ſthomaci obſtinatus angor, quem liquida ſolicitant: non tanta animorum deſperatio, quam labor Virium machinatur: non cruditates tàm diuturnæ: non ea in Cibum faſtidia, quæ languida ſpirituum ſuſcitant: non ſitis intolleranda, quam Potum inſueta, nunquàm extinguunt: non à morbo macies horribilis, quam ſeuerior abſtinentia parauerat: ſed ab Imbecillo, & Articulorum firmitas, Febre ſoluta; & vigēte Febre aduerſus ſitis luctam victoria; & promptitudo in oblata; & Coctione celeriores, ac celebratiores; & mentis Conſtātia, & ſthomaci, viſcerumque reliquorum inconcuſſum, atq; durabile robur. Quæ vniuerſa, & ipſe obſeruaui ſanitatem procurans, & Galenus eſt pollicitus, quo tempore in virium Conſtantia, ſpem repoſuit principem Curatiuæ Artis; & Hippocr. perſuaſit quandò Coctionibus ſanari Febres eſt atteſtatus; & vaticinatur Aueroes, Ingenium curādarum Febrium in Collig. ſuis dum exacuit. Nec deſpōdeas animo quod Tabes incedat, quod ignis edax ebibat humorem circa Vitalia fuſum, quandò interna deuorāt imbecillum: nam id quidem non ab Imbecillo, malum ſed Febris, aſpera miniſteria.

Contingerit enim præter rationem, vt Frigida ſuccenderent ignem, vt Amica moleſtarent. Nec pertimeſcenda cogitares ſine Oraculi Hippocr. ſacrilegio, aut metuenda, quæ non mādante ratione, eueniunt. Putredinem augere ineptum quoniam putredini per Galenum V. demed. per loca. reſiſtit. Mouet nunquàm, quia Frigida eius ſubſtantia, vnde hoc neque nomine Calefacit. Adhærens Calidæ ſubſtantiæ Febrili eam nequit feruidiorem reddere quoniam frigidum & Aqueum. Admixtū cum materia febrili excandeſcētia non exaſperat, quoniam iterum Aqueum non ſtagnans. Neque tandem Calidæ ſubſtantię cauſatur detentionem, quoniam per communia cuiuſcumque placita, tranabile, traijciens. Quibus itaq; valet Febres exacerbare conatibus? Conſimiles nullos prodit ſanum Corpus, quod Aquoſo madu erit, effectus, quamquàm Copioſiſſimo. Neque poſſibile inibi inuenire Alimoniam acris flamma atque denſa, vbi deſiderata vnctuoſitas, & Aquea prorsùs fluctuat humoroſitas. Nunquam Venæ impetuoſiores ab eo. Non torquetur Caput (quod idem negat ſe vidiſſe vnquàm Galenus in eo de ſucc. bon.) quinimò adflicto ſuccurrit, impreſſo Caracthere Ro-

M boris

boris in Ventriculo. Non riguère, quod viderim vnquàm fauces lingua ſquamoſa, eo & molli, & leni, nam longinqua admodum ab ijs Poteſtas. Quapropter & ipſo quoq; Experimento iudice Frigidum, Imbecillum.

Non videntur tamen admitti hæc à doctrina Galeni ſine reprehenſione, & caſtigatione: quãdo quidem ſcribat lib. de ſucc. bon. *Homini temperatura Calidiſſima prædito vel naturali, vel ex ætate vtiliùs Aqua bibitur, quam vinum*. Quibus ſi concinnas verbis hæc reliqua, nempè Calidiorem eſſe Febris feruorem, tunc concluſum opinaberis cõtra laudes vini Imbecilli, in Febribus. Verùm quæ addat ipſemet Galen. attendito. *Quod ſi quando indigeat vino, dandum, quod Tenue ſit, & mediocriter Auſterum*. Vt luculentiſſimè decernat, ſe vina in ijs complexionibus renuiſſe meracia, Imbecilla reſpuiſſe nunquàm. Auſterum ſiquidem, quanquàm mediocriter, non præſefert exquiſitam Imbecilli Imaginem: & nihilominùs ſub purum per eius præcepta ſecurum. Qui præ manibus ſi habuiſſet noſtra hæc inſipida, & Inodora, euitantia, eximiè vt loquitur, mala æqualiter, & Vini & Aquæ rara ſuo in ſæculo, qua quæſo motus ratione aſpernata refutaſſet?

Vt ergo prima reſſumam, & Frigefacere, & non manifeſta calefactione agere Imbecillum intra nos, idem prorſus exiſtimes. In quæ quidem intentus Galen. principio lib. 3. de vict. in acut. Non manifeſta ipſum dicebat agere Calefactione. In progreſſu autem libri, & alijs quoque innumeris propè in locis, Frigefacere pronunciauit.

Ne arbitreris tamen, tale hoc vini genus propterea quia Calefaciendo non agit, in Cloacam Aquarum reiectandum, ſiue tanquàm Aquę potus reprobandum. Nam ſua quidem qualitate frigefacit: at verò propria ſua ſubſtantia nutrit, familiareq; humano ventri, & palato gratatur, & ſthomaco cõſentit, & Cordi coniungitur. Imbecillum propterea, & vinum, eodem tempore, & Aqua. Aqua quidem, qualitate. Vinum verò ſubſtantia. Nutriendo verò cum Frigefaciat, Potentibus æmulatur, & Aquis eminet. Quibus dotibus colendum ſe præbet Ciuitatibus, ſeruandum, compotandum: quo & ſani calentiores tepeſcant; & Febri æſtuantes conquieſcant, humiditate illa refecti, frigiditate ea deliniti, ſubſtantia ſua expurgatiſſima recreati.

Quibus

Quibus fretus prærogatiuis, non minus veris, quã nobiliſſimis, Galenus adnotauit loca, vbi tenent Imbecilla hoſpicium: ſiue inquam vt ſollicitaret illùc gentes cunctas; ſiue vt nullo videretur vir eximius peperciſſe ſtudio in liquore expendẽdo, tâm ſanis quàm Febricitantibus ſaluberrimo. Hæc ſufficerent dicta in Imbecilli gratiam, nec non in Febrium recordationem, contra vſum noſtrorum communem, qui ab vniuerſo abhorrẽt, vini genere, vt illi qui Calida adſtruant vina cuncta, mendaciſſimi. Verùm quia in hoc rerum certamine omnis, repoſita eſt cõtrouerſiæ de vini potu in Febribus, ſumma, liceat protrahere cauſam, & medicam deplorare præſentem Calamitatem. Conſules enim medicæ dignitatis Ratio, ac ſenſus, ceſsère turpiter Abuſus Imperio, per cuius Tirannidem gubernantur Curandi Prouinciæ. Illud autem quod vino imponunt, iſtud eſt, omne vinum Calidum: nullam admittentes in Potens, & in Imbecillum, diuiſionem. Et vina, aiunt, Calore ſuam aſſequi perfectionem: id tamen nec cæteri negarunt, ſed lactuca etiam, Cicuta, Mandragora, non ſine Calore ad Vitam peruenère; & nihilominus eadem nobis frigidiſſima. Imbecillum, addunt, demit de integritate affectionis Calorificę, ſed omnem neutiquàm delet affectionem: neq; id falſum. At nobis euidenti Calore abſolutis diminuta, quæ addunt? Aquam inſuper illam vitæ in qua tantoperè confidunt, Anchoram iaciunt, quam extirpare ſit impoſſibile. Nec cernunt, aliter in Elambico per ignem, atq; in ventre per Naturalem Calorem, res ingeſtorum ſiue humidorum euenire. Diſgregat ignis Elambici, & ſubtilando paſſim procedit. At congregat Calor Ventris, & craſſando nunquàm non incedit. Liquidos hanc ob cauſam corrumpi ab efficaciori potiſſimũ Calore voluit Ariſtot. 3. illa ſect. Problem. quia nempè, craſſari nequeant; vt oſtenderet Philoſophus quoq; idem illud, quod medicis notiſſimum: non quidem ſubtilando perduci in ſanguinem ingeſta, quod aſſolent Elambici, ſed depuratis quibuſdam ineptioribus excrementis, reliquum craſſando abſoluere. Alia præter hæc non tractant iſti tela quibus feriant veritatem niſi tandem in Conſuetudinis Practicæ confugiant timidi Arcẽ, vbi propinare Febricitantibus vinum auditis quoque partibus, illicitum. Secus profectò Hippocr. Aliter multo Galen. ij vinum imbecillum, conſtituti frigidum in Acutis ipſis per omne mor-

bi tempus conceſsère. Tamq; dilexerunt Aquoſum in potum iſtorum, vt quancumq; Aquam ſenſerint reprobatam, quæ cum vini iſtius laudibus contendere auderet. Id quidem quod cæteris Artis medicæ profeſſoribus tantum deberet opprobrij incutere, vt nunquam niſi ſuffuſi rubore recordarentur denegatū ſuis, contrà decus parentum medicinæ: calumnijſq; oneratum contrà fas atq; iuſtum contemplantis Naturalia. Et profectò ſi rē altius æſtimaueritis, Aqua crudum eſt quoddam quod nec munuſculum quidem ſeruat, vnde Corpori noſtro oppituletur. Ad Alimentum inepta, ad Alterationem periculoſa, quæ craſſitie largaq; contrarietate offendit. At Aquoſum coctus eſt quidam ſuccus à Sole, & Vitis Calore; qui quanquàm Calorifica Facultate deſtituatur, vt potè quam materię ſuæ moles oppreſſerit; Amicus tamen Naturæ ob ſucci ſui bonitatem ingenitam conſociatur. Quo priuilegio Viſcera peruadit inſenſum; irriganſq; ea, & madefaciens, vitali liquore gentilitatem irrorat. Notas deniq; vini præferens, Ori gratificatur, & Ventres refocilat: ex quo Gal. 5. de tuend. valet. illud natum, Et ſi hoc vinum Aquoſum non Calefaciat, bonum tamen ſuccum generat. Cętera potibilia breuius reſiſtunt ſua frigida vi, Calori febrili. Imbecillum ſecus, repugnat artè longiùs. Habent ſiquidem ſolam frigidam qualitatem reliqua, qua ſimplici contendunt. Imbecillùm verò ſubſtantiam admouet cum frigida qualitate: qua quidem Corpora communit, & mala obſtinatiùs reſiſtendo, cōuincit. Vincit Aquam Aquoſum: vincit & reliqua potabilia, hoc certè comprobatum. Sed ſupraſcendit precio in beneficiū ipſarum Febrium præſtantiſſimum remedium, melicratum: ſiquidem propinari ad ſanitatem meliùs docuere cum Galeno, & Hipp. decreta. Vt hic quoq; inſpectent noſtrates, dirutam, & diuulſam opinionem ſuam, quod in Declinatione ſolum Febris vniuerſali illud cōmendari 3. illo in acutis interpretentur. Melicratū præſcribebatur in Principijs, Augumento, & ſtatu, cuiuſlibet Acuitatis: quare & quolibet tempore, opportunum, Imbecillum. In vniuerſali morborum febrilium, & acutorum remiſſione, Potens per ea Hippocr. documenta, perutile: quare ſemper vtiq; fauſtum in Acutis, Aquoſum. Sed libri ſequentis ij conciues, quamobrem inibi quæſiti ſua veluti in ſede, melius recinent.

HVMECTAT IMBECILLVM.

CAPVT LI.

HVmiditas in Imbecillo,ſenſui obuia: Aquea ſiquidem eius vnda tenuiſſima nempè, inſipida, diſcolor. Humiditas rurſus,non Aquea prorſus,hoc eſt terreſtris,ſiue cęnoſa,ſed Aerea,& ſpiritus participatiua:quam vini vterina Compoſitio,ſpiritus ſui paruuli,& iucunditas ſaporis gemella, cum vnctuoſioribus proponunt. Quo in cenſu,& Aquea ſubit,eodem momento iura, & Aqueas effugit iniurias. Iura quidem potiora, humectari,& refrigerare.Iniurias verò,ſtagnare in hippocundrijs. Humectat itaq; amęnius Imbecillum & emendato magis ſtilo, quàm Aqua:cuius humectationis frugem, ſub hac tibi forma deſcribam. Conſors quanquàm Aquæ imbecillum,in hoc vincit eam bonitate, quod aeream geſtat latenter compaginē probantem ſe ſe iucunditate palatus. Non ducit moras in Viſceribus,quemadmodum Aqua;ſegnitiem ſuam cum emendaſſet genuinus ille latex aliqualem ſubtilitatem comparatus, in vlnis Naturæ coquentis. Nec bileſcit, veluti ingenua Aqua: quoniam Aeris ob priuilegium ex quo componitur pauco, elabitur expeditius à focis in quibus feruor inditus. Nec grauat,cruditate euicta ſimplicis Aquæ quam præuia ſubactione elaborantis coctura ſubterfugit. Nec breue eius, lubricumq; mollimen (quod vitium liquidis adſcribitur vndis)ſed longum & ſtabile, quod mirificum celebramus, in febribus. Has etenim humiditates,& qualitates,vt raras extulit Aueroes, tanquàm ſuis contrariantibus inuictas,& contrà Febris Fera,pugnaciter aduerſantes. Quæ ſiquidem afferunt puram aliquam incolumitatem medicamina,in ſubſidium Caloris,vel frigefactionis ſimplici riuulo,ea deficiunt breui, & lentè conſulunt ſaluti. At quæcunq; præter ſimplicem qualitatem nutriti inſuper, augēt ſubſtantiam,ea communita firmitate virium Regiarum, & ſtrenuè reſiſtunt aduerſis,& pertinaci cum Anſa, ſuperant denique Febrium agmina:non vna nempè ſed binis haſtis repugnantia. Vt

M 3 hinc

Digitized by Google

hinc conſentanea emergant, validiùs occurrere Febribus, Imbecillum, quàm Aqua: quia præter importatam frigiditatem, & humectationem, impinguat ſanam Febricitantis Corporis medullam: quo quidem iure reſiſtit obſtinatiùs æſtui Febrili, & mala demùm conuincit, indomitum. Humiditas in ſumma Aquoſi, Aerea, ſubtilis, Ætherea, Alimentalis. Aereę pariter radicales noſtræ quibus conglutinamur irrorationes. In has ergo facilis à Vino tranſitus. Neque ſola ab ijs humectatio ſed ſanguis, vita.

NVTRIT IMBECILLVM.

CAPVT LII.

NVtrit Imbecillum, teſtimonio Galeni, & Nutrimenta eius præterquàm quod conſpicua ex coctura ſuccoſitatis, magis præterea euidentia, ex delectatione quam Palato apportant vincente plurimùm, & Aquas, & Reſtaura, & aliud quodlibet potabile. Placere verò ſiue Gutturi gratificari, ſignum eſt conſenſus, & amicitiæ, vt 2. Aphoriſm. & in fragm. de ſubſt. funct. nat. Galen. aſſeruit: nec nutrimur niſi ſimilibus. A Potenti tamen intenſas ſentimus vires ob eius, & Corpulentiam, & contertos, & Oleoſos ſpiritus, Ab Imbecillo, remiſſas expectandas.

Nutrimentum porrò Imbecilli, bonitate ſucci prævalidum non vitioſum, non obnoxium corruptioni, non ſæptum excrementis, non ſegne, non incoctile, ſed promptiſſimum, puriſſimũ, exquiſitum, quod plena Galeni volumina concludunt. Quare dolenti Capiti tantùm abeſt vt pęnas aggreget, vt medicinã ſæpius aſſerat; contemperatis per Galenum quibuſdam ventris humoroſitatibus per quas in Cerebrum halitus impurus.

Nutrit iterum Imbecillum; ſed feſſas priùs vires & delicatulas, quàm interritas, & agreſtes. Id verò, quia ſubſtantiæ ſuæ articulos, veſtit ſibi tenellos; nec ideò patitur familiare commercium cum ea Corporis ſubſtãtia, quæ plus ſapiat aut inſtructiores ſe cingat togas; nec vincitur à liberali Calore noſtro intrinſico,

ſico, niſi diſſipetur quoque, & veluti ſtilla, apud flammam ferui diorem illicò aboleatur. Quod idem de ſaxatili Piſce, & Bubula exemplificauit Galenus de Alim. fac. cap. 1. Coquitur ſiquidem, & alit minùs ſaxatilis à multo Calore, quia alteratur importunè, & corrumpitur ab impari inſolentique motore, à fulgore nempè eo, qui vrit, quam Bubula Craſſior ac tenacior, quia acres omnes, atq; mordaces ſuſtinet interrita plagas.

COQVIT IMBECILLVM.

CAPVT LIII.

Coquere merum, non fuit difficilè, quod compræhenderetur: nam Caliditas meri vitalis per plurimas fuit compræhenſa ſignificationes. At Imbecillum, quod Coquat, tanto difficiliùs conſtabit, quanto euidentiùs, frigiditas eius innotuit. Sublato verò Calore, quæ nam quæſo per ſe machina Coctionis? Coquit merum duplici nomine, quod patuit, tùm quia ſuffragatur innato Calori Coquenti, tùm quia veluti fomentum alimenta quæque ambigit, afflatu extrinſico alterans. Coquit ergo Imbecillum vno ſaltem Nomine: eo nempè, quo roborat. Si namq; alit, roborat quoque: & roborantia quælibet, vt potè ſuccendentia Calorificum focum; Coquere non immeritò dices, eo quia nata ſunt vires præbere Coquenti principio: quas quidem non exhibent alia ex Cibarijs, quum per diuturnas moras, non autem per inſtantaneas in Vitalia reſoluantur: quùm præterea dum fatigant illa Calorem Excrementorum pondere, obſtent ſæpiùs Coctioni, hoc verò beet plurimùm eundem Calorem incommodo nunquàm cum prægrauet munere.

VEHITVR IMBECILLVM.

CAPVT LIV.

QVam dederit Vectionis diſtinctionem Galenus tunc vbi de Vectione meri, ſatis ſuperq; dictum, illùc ergo relegatus nunc benignè lector exceperis quantalibet dici poſſint de Vectione Imbecilli. Certum eſt, Frigidum non fundere, nec mouere. Solam verò humectationem, natam quidem illiquidando: verùm quæ liquida ea perducant per vículos Corporis ab Imbecillo, Attractiua dabitur vni partium, non autem liquori ſe met motanti. Vnde Vehi dicebat Galen. Imbecillum, Vehere, nunquàm audiueris. Hæc forma Vectionis Aquæ: hæc vera quoruncumq; frigidorum liquidorum, ſeù humectantium tantùm vectura.

CORDIALE IMBECILLVM.

CAPVT LV.

COrdialitatis vita lare tutantur Aromatizantis ſubſtantiæ, quàm omnem, vino addictam, præcepta ſuperiora iurarũt, vbi meri Cordialitates deprompta ſunt conſilia. Non hic ergo morari licet ſuſpicionibus, neq; controuerſijs agitari ſophiſticis, Talem ne aromatizitatem ſoluat Imbecillum: nam ſubmittit ſibi excellentiam Alimenti eius, quòd totum commutatur in ſpirituum cordialium refectionem, ope ſubſtantiæ & proprietatis vinoſæ. Exigua tamen & languida in Imbecillo. Quamobrem nodoſa ſaltem continens Cordialitatis, niſi integrum Corpus obtineat: elementa in quàm includens, niſi amplo tumeat, vt merum Carac̃here Aromatizationis. Eo tamen Febricitanti probiùs, quò leniùs & molliùs. Pinguia ſiquidem, & vnctuoſa Alimenta, non niſi pleno à foco abſumuntur, quem ſana Corpora,

pora, & obeſia elidunt. At verò minuta, non niſi foculis ſupponuntur mutanda exilibus, quos febricitantia coercent præcordia.

Legitima hæc quidē Imbecilli attributa: & eius primò quod dicitur Pauciferum: deinde & eius quod languidum, & exolutum appellatur: nec ea per me comperta, cuius ingenium quacumque non rapitur tempeſtate, ſed per Galeni authoritatem, & per ratiocinationem, conſtantia; quibus rigidus veluti ſatelles, mentiar nunquàm.

DE VINI POTVS Menſura.

CAPVT LVI.

Concinnitas omnis, & rei cuiuſq; ſapientia, Numero abſoluitur. Quod Plato perſuaſit; & Platonem memorabiles quique prodidère, ab Oraculo ne quid nimis, multiplicem eam Adagiorum Coronam contexentes, quam contemplantur Ciuiles, & Prudentes principem ſtudiorum Vitæ, & ſingularem virtutem ad perficiendam, cognoſcendamq; rerum pulchritudinem. A numero etenim ſolo Vitam habuit modus; quo ſublato, nec perfici poteſt quod libet tàm Naturale, quàm Ciuile, aut Mathematicum, nec appræhendi vnquàm aut doceri; vnde illud eiuſdem Platonis ſanctum effluxit, Nemo docebit, niſi Deus adiuuerit. In eo nempè Vno, modi originantur ſacra.

Vini propterea potandi modus ſolertiſſima ſemper cum Cura ab Humanioribus indagatus: quibus cum præcurreret ſcientia & Generis vinorum, & Facultatis eorundem, de Numero poculorum acri demùm ſtudio controuerſati ſunt, vt extrema rerum omnium menſura, negocium ſalubre ac Ciuile, tandem definirent. Ebulus hinc Poeta: tria tantum propino, inquit, Pocula: ſanitati primùm, Amori ac voluptati alterum, ſomno tertium: quartum non vtiq; noſtrum opinor, ſed iniuriæ. Paniaſis pariter Poeta in terno conſtitit numero. Poculum primū Gratijs

tijs contribuit Horiſque & Dioniſio: ſecundum Veneri, rurſuſque Dioniſio: Iniuriæ & Nocumento tertium. Eſchilius & ipſe ternum laudabat: ideoq; tertio Iupiter inuocabatur, vt eo cōſtringerentur tandem potus. Aſclipiades quarto clauſit Calice: primùm ad ſitim pertinere dictitabat: ſecundum ad voluptatem: tertium ad Ebrietatem: quartum ad inſaniam. Hæc Poetæ, & Humani ad Ciuilem Vitam: nihil prorſus Medici, ad ſalutarem, ò rem indignam? ò ſtolidam? Phiſici quoq; nec grata nec ingrata vlla vini prædicarunt, qui modici ſaltem, & immodici vocabula non interſeruerint. Id primùm Ariſtot. 30. Problem. inde peripatetica ſucclamās omnis ſcola: qui à ſobrietate incipientes ad inſaniam vſq; vim quamque vinoſæ Potionis ſunt dimetiti. Hæc inquàm Phiſici ad verùm & decens iudicādum: nihil prorſus medici ad ſuaue & ſalubre illud conſtituendum, quod primùm in Diæta colitur, nouiſſimūq. ad ſanitatem, & iucunditatem vbiq; gentium expetitur. O rem ſceleſtam? O Iniquam? & ij nihilominùs Calicum & vini, vtriuſq; menſæ, tàm ſcilicet ſani, quàm ægrotantis Arbitri, Reges, Tiranni?

At ne vlterius propagetur medicinæ dedecus, vinorum potum nondum menſuratę, attentabo nunc, quantum fieri per me poterit, ſecuriùs hanc vini potabilem copiam præfinire.

Poetæ illi, ſiue Poetici illi, iam ſuprà memorati, mendacij potiùs, quàm Fabulæ Fictores in huiuſmodi menſurandi potus officio extitere.

Neq; id ſolùm, quòd ſanis præceperint, Ægris verò obmutuerint, ſed eò potiſſimum, quod eandem vbiq; locorum, & quibuslibet conuiuijs obtulerint Pateram. Pares ergo hominum ventres? Equales viſcerum foci? Idem omnium vinorum fumus: & cinis? Vniformitas æterna inter Calices noſtros, & Veterum Crateres, Patellias, Bicos, Stānia, Cados, Cadiſcos, Croſſos, Guſtreos, Ceraphios, Bacaulios? Regiones, Compotatores, nunquā propoſito, Ætate, Mente, loco differentes? Idem ergo Promachus atque Calanus? Non diſcors Xenocrates à Dioniſio? Has certè ob cauſas non medicè loquuti, quinimò nec Poeticè, quibus extrà veriſimile ſi nihil conceſſum, has neque inueriſſimiles fictiones licet decantare. Græci tamen, Græco etiam more potabant, vnde viuant illi inter Græcos. In Xenophontis viuimus hodie vinetis, vbi pocula laudantur minuta atq; rorātia, in quorum

rum præſcribendo numero quę nam valeant argumenta, in pręſentia dicemus. Prius tamen, & Phiſicorum in examen vocanda ſententia.

Modicum & Immodicum, quibus claudunt Phiſici terminis vini menſuras, indefinita ſunt Pocula, nihil certi limitis conſtituentia. Definita verò & præciſa ob particularia quibus applicat opus, requirit Medicus. Quocirca interminatis iſtis opem non inuenit, nec confuſis conquieſcit.

Modicum etenim quale dicendum, Immodicum quoq; reliquum eſt vt determinet, poſtquàm vſu quantùm præponderet, perceperit. Illa porro quæ addit in Problem. Ariſtot. de gradib s bibacitatis à ſobrietate, ad Inſaniam vſq;, valentibus ſubſeruiunt iura, Infirmis nuſquàm. Neq; enim ſobrius vnquàm Æger, neq; mente prorſus conſtans: Nec iuuat ſæpiùs menti conſulere: at ſemper viribus inuigilare, potiora quidem ſtudia.

Reſtat ergo, vt Medicus, medico more ſibimet ipſi prouideat, quem turpe eſt fugere rerum ſuarum quantitatem, non ſecus, atq; præterire Curatiui operis occaſionem. Tanta veruntamen iſtiuſmodi difficultas, nullam dedit anſam Medicis noſtratibus, qui de ſola vini Natura opinati dictum Galeni verificari, & Ebriationis, & Calefactionis, puſillam quamlibet quantitatem, quacunq; in Hominis Fortuna, & Calefacere, & Caput offendere, ſunt arbitrati: immemores Aphoriſ. Hippocratici quo iniungitur credendum, nihil in Arte Dietæ officere niſi quod Quantitate ſua exſuperet, cum dicat *Vbi Alimentum præter Naturam ingeſtum eſt hoc morbum facit*. Præter Naturam verò aſſentitur ea ſolùm Galen. quæ exuperantia peccāt. Quamobrem de vinis cum apud iſtos mentio initur, cuncta Calida cōcludunt: cum verò de menſura inquiritur ſiue in Conuiuarum voluptatem, ſiue in Febricitantium ſalutem, guttulam ipſam, veluti nocuam damnant, & nomen etiam ipſum abhorrent, veluti terrificum, ac mortale. Nequè hic ſtetère, ſed vltrà hos inſuper fines tranſgreſſi ad peſſimam infamiam practicæ Artis partem deduxère. Confeſtim enim atq; Febricitantes vinum implorauerint, conſultandum illicò iubent, magnates Artis conuocandos, diſcutiendum quàm cautiſſimè Cauſam, ſummā hic ſtare vniuerſæ Curationis obloquuntur. Cum autem venitur

Digitized by Google

tur ad verba; religioſa quadam perplexitate, ſic permittendum deniq; concedunt. Suppulam præſcribimus; cum hac tamen animaduertatis ò aſſidentes cautela, & vini guttula demergatur in pelagum Aquæ, propinandum ad robur ac voluptatem. Poſt cuius rei factum, ſi recens rurſus flamma eruperit, illicò cũ fęminarum grege perſtrepẽtes, in ſuppulæ illius Calumnias erumpunt, & tollendam protinùs, non deſiderandam ampliùs acerrimam in poſterum hoſtem habendam, conclamant. Hos fœmineos medicos, curioſa ipſa redarguit experientia, atq; caſtigat. Sani, nec Ciato certè incaleſcunt, nec ſæpiùs Vrceo. Et quanquàm fortè horum vno incaluerit Socrates, Plato tamen illæſus abibit. Quam experientiam contra ſe pugnantem, tantò deberent ſentire verecundiùs, quanto in ea verſantur Arte enixiùs cuius ſenſiles venantur effectus, & vſus remediorum affectant exquiſitiores. Videntur præterea à Peripatetica iſti Scola, & à recto Philoſophandi ſtadio, ſemper abhorruiſſe. Quippe qui ſuis iſtis placitis in Democriti, & Leucippi inſiliunt ſectam à celebrioribus toties exploſam, & à Principibus literarum certiſſimis demonſtrationibus abolitam. Vt enim magiſtri illius ſectæ conabantur ſuſtentare, minimam quanq; ſenſibilis partẽ, actu eſſe ſenſibilem: ità iſti, ineptè nimium ſtudent approbare, minimam quamq; portionem vini, mouere Calefactionem atq; inebriationem euidentem. Verùm ſicuti Leucippi deriſa eſt toties ſententia, eodem modulo medicorum iſtorum ſomnia ſthomacamur. Non quęlibet pars ſenſibilium, ſenſibilis, ò vini fugæ, ſed definita. Non guttula quæq; vt 8. Phiſic. Ariſtot. lapidem ſecat: nec ſinguli ex Hominibus trahentibus Nauẽ, partem eius trahunt, ſed centeni. Nec portio ipſa enecat mandragoræ ſed menſura ſua expreſſa, vt 2. Aph. 17. Galen. & ex Genere inquit cauſarum Exceſſus ipſe, quæ morbos committendi vim habent. Idem prorſus de vino Conſilium: cuius non indifferens quidem mẽſura, ſed quæ magnitudine obducitur determinata, ea actu Calefacit, reliquæ verò puſillæ, magnitudini illi inferiores, poteſtate ſolùm, poſſunt alterare: hoc eſt, ſi eas redegeris ad determinatam menſuram, aptam mouere actu ſenſum, & alterationem attentare. Errant itaq; Medici iſti, & experimento, & ratione obſtantibus. Errant & Humaniores illi, qui vel nullam, vel vanam vini menſuram dimetiti, generali conuicio, apud &

ſanos

ſanos & ægros in vinum inuehunt; eam quoq; portionem denegantes quæ impotens Calefactionis, potentiſſima tamen viget integrando ſenſui, lętificando, demulcẽdo, animando. Hippocr. quidem lib. de veteri medicina, de menſura potuum ac Ciborũ. *Modum*, inquit, *neque pondus, neq; numerum aliquem ad quem referas cognoſces. Certitudinem enim exactam non reperies aliam quam Corporis ſenſus. Quapropter operoſum eſt ità exactè condiſcere, vt parum in alterutram partem delinquas; quã quàm ego etiam cum Medicum vehementer laudauerim, qui parum delinquat: certitudinem autem exactam rarò videre contingit*. Hic ſanè de menſura Potuũ, ac Ciborum loquutus Hippocr. tria parauit nobis pręcepta. Primùm patet in primo periodo, vbi Corporis ſenſum, hoc eſt, experimentum ſtatuit Iudicem menſuræ. Alterum in ſecundo elucet periodo, vbi ſtatuit nihil prorſus dare, ſiue etiam minùs quàm par ſit, eſſe delictum: ſuprà autem Pauciora, & Defectuoſiora, in delicti clauſit ambitum: Defectuoſiùs verò non eſſe Potum vinum, præſens elimat labor. Et rationem reddens cur tantùm offendat, addit ſupra; quia Fames magnam potentiam in Naturam Hominis habet & ſanandi, & debilitandi, & occidendi. multa inſuper alia mala & diuerſa ab his quæ ex repletione fiunt, non minus autem grauia vacuationis ſunt: quapropter multò variegatior eſt, & maiorem diligentiam requirit. Sitis ergo addas tu vini, vt potè auidior, quàm ceterorum potuũ, mala grandiora excitabit in Febricitãtis Corpore, quare maiorem diligentiam, curam, & coniectationem requirit. Tertium deniq; enitet præceptum, in eodem periodo, vbi ea exarat, Tãtam eſſe difficultatem menſuræ, vt promereant laudem, medici etiam illi qui delinquunt quidem, ſed parum. Vt cogaris tu inde fateri meliùs eſſe propinare vinum, quam refutare. Cuius facti rationem dabunt ſuperiora, vbi inquit, Famem, & appetitum plus poſſe quam repletionem, quoniam grauiora ſequuntur mala à Fame, quam à Repletione, nam plura: & quanquàm delinquere cum conaueris oſtentare qui bibit vina; nihilominùs parum delinquere ſubnectere cogereris: vnde laudationem per Hippocr. medicus ille aſſequeretur. Hæc Hippocr. Ijs nec agitur ſanè erroribus Hippocr. nec Galenus, Galenus verò quãquàm prodita facultate, omittat menſuram nullo damnandus conuicio. Vidit nempè definitiones menſuræ, tàm quidem medica-

dicamentorum, quam Alimentorum, non ſpectare ad eum, qui medicinam docet quod plena de ſimp. fac. Volumina & de Alimen. oſtendunt, ſed ad virum qui medicinam facit: quod alterum, & in methodo, & de victu Acut. & de comp. med. per loca, & in Aphoriſmis, ſignificauit. In Medicina verò facienda, vnū id menſuræ rerum non inſeritur planum, aut obuium, ſed duriſſimum interponitur, Aſperum, Inuium, tale deniq; quod nec ſcribi poſſe exiſtimauit Galen. 1. ad Glauc. & patefecit opere in Aphoriſ. Hippocr. nec ferè lingua ſubfigurari; quùm nihil proprium, vt id docebat queat ſermone explicari. Opus ſiquidem quantitatis, cum deducatur à magnitudine tùm virium, tū morbi, in quorum alterum gratiam præſcribuntur & medicaměta, & Alimenta; eæq; niſi ſint incomprenſibiles prorſus, vt cenſet Galen. 1. Aphor. 12. ſaltem quod exquiſitè diſcernantur ſit impoſſibile, quum ab occaſione, præcipiti ea, ac momentanea comparentur: hinc fugiunt non aliter æterna præcepta menſuræ, atque occaſio certitudinem euitet. Niſi ergo Præceptis regantur menſuræ rerum, Artificioſa & Induſtrioſa ſaltem coniectura, quæ ad veritatem proximiùs ſemper accedat, vt memorabat Galen. 1. Aph. 12. comparentur neceſſe eſt. Hanc verò induſtrioſam coniecturam, non Ars vlla, ſed Natura ſolers præparat medicæ menti. Quam elimauit ſententiam Galen. in methodi medendi libris. A voce itaq; Naturæ petenda quantitatis potus conſilia: ſi medico fidis regimine, aut Hippocr. pendes à ſpiritu. Non hic veruntamen emiſſaria, aut venalis admiſſa Natura, ſed Apollinea elimata, purgata: quam vnam vt Galen. ijſdem in lib. methodi ſubiunxerat, condunt, non quidem plurima librorum lectura, aut crepidarum in viſitationibus fractura, aut in celebri Artificis auctoritate, ſed ternæ illæ operantis cuiuſq. Artis Archetipæ, Prudentia, Diligentia, mentis exercitatio. Hæ Naturæ Nobilis matres; hi Mangones tanti fulgoris, & vitalis genij ſemina. Iiſce ſe ſubijcit Natura pellicem: ijs veluti Penelopis ſuccumbit, connubit Natura. Videamus ergo quid harum ſingula ſuggerat boni, vt inde in menſura vini potandi nō defraudemur. Prudentiæ medicæ vitalia ſunt (vt hinc exordiar) Artis præcepta emetita pluries, & præcepta viriliter.

Diligentiæ verò articulos habeas, attendere operibus, inuigilare ſucceſſibus, curamq; ſolertem, quæ compos ſit iudicij,

in ſingulis medicis miniſterijs adhibere, non curſitare, non ſolo quæſtui intendere animum, non adulari blanditijs, non vanis, atque ridiculis conterere tempus, non in Pulſu tantùm conquieſcere non ſua inniti fama, non nouis, ſecretis, abſtruſis, indecora Artis fidere, aut animari.

Exercitatum denique mente dicimus, qui optimam primò cum ſibi medendi methodum efformauerit, ductam ex latebris Philoſophiæ, & ex Oraculis Hippocraticæ potiſſimùm medicinæ, ſic deinde accomodauerit illi Practicam, & Curationem, vt certiſſimis illis, omnis ſe ſe releget, & cum illorum inceſſibus, impauidus procedat. Singulis modò ab iſtis ſi quæſiueris magiſtris, quid decernant de vini menſura reſpondebit præ cæteris Prudentia. Alterans, ad hoc vt agat in Alterabile, debet ei nō actiua tantùm qualitate imperare, ſed quãtitate etiam proportionatum adæquari. Neq; enim puſillum Aquæ, Ignis Amplũ tepefaciet: nec puſillus è contrà ignis, multum Aquæ calefaciet. Vaſta pariter Corporis humana caua, quam ſi Ciathi Calorifica flamma repleret, Vrcei dubio procul comburreret: ſed plures penè incendunt: quare Ciathus prorſus ineptus, qui illam commoueat. Erudit pleniùs Prudentia ijs, quidem vocibus. Alunt amplum Corporis, non quidem Corpuſcula, ſed Corpora Alimentoſa, plena, & ea quæ abeant ab excrementis immunia. Vinum propterea, ſi vt purum aſſumpſeris Alimentum, quantum quæſo ingurgitaueris, ad hoc vt nutriat? Sin verò verearis infectum excrementis, quantùm in maius auxeris? Quantum vt per longiſſimos Vitæ noſtræ diſcurrat Riuos? Vt Sanguinem & ſpiritum renouet? vt lotio, tùm Renes, tùm Veſicam abluat? Quinimò vectionis quoq; officium vino permiſsũ recorderis: cui ob id ignotum multo non opus eſſe vino ad hãc protrudendam Vectionem ſi multus ſicci Alimenti præceſſerit cumulus? ſi multus ad nutriendum neceſſarius, non minimus pariter ad replendum Ventres, cum quo niſi perpetuo conuoluantur, concidunt pereunt? Hæc Prudentia.

Diligentiæ tales huiuſmodi circumferuntur voces obſeruamus, nec hauſtu meracioris vini, nec Vrceo ſæpius, foueri euidenti Corpus Calore: quinimò plura non rarò Vrcea pro Corporis habitudine, vacua à ſuo munere Calefactio exeunt in lotia, in pondus alia, alia in fuliginem, multa flamma non vehementi,

menti, & quàm ſæpiſſimè non manifeſta, percepta. Et hæc ſanis contingunt. Ægros febre, eadem prorſus ſententia iuuat. Nam paucum qui bibit, quo etiam puncto per leges medicas vitatur, non quidem nouos ſuſcitabit ignes, ſed nec ſcintillæ minimùm elidit: quod & adſtantium cernent obſeruationes, & Ratio ipſa pollicebitur verum atq; decens. Quid enim ſuprà multam flammam, minor poteſt? immò quid vltrà ingentem flammam extranei Caloris minima valet ſcintilla vitalis, in meraci effuſa, cuius ſemper haſta oppugnatur extraneus, & expugnatur tandem? Paruus ignis abit in maioris Alimentum: nec in vino aliter: diſſipatur eius ſiquidem flamma, & in amplioris facem diſpergitur. Diſpergitur inquàm, non immanet, aut viget mutata: nam pro vt puſilla potentia tantummodò, non actu calefactioni ſe ſe ſubſternit accomodata: quod quidem paulò ſuprà diſputabamus. Quam præterea contraxere inuicem affinitatē, vini Calorifica naturalis Virtus, & extranea Febris, qua conſentiant inter ſe, & in arctum concurrant complexum, quin potiùs prælientur inter ſe, & ad alterius victoriam, conatus non exerceant? At des, quod Febrilis aliquis augeàtur hinc Calor: non tamen adeò deteſtandum deniq; colliges, vt vini fugarum partes inde perſequaris. Mitis ſiquidem, præſtò magis ſe ſe præbet fouendis viribus quàm Febri fulciendæ. Succurrat deniq; Hippocr. altiſſima conſpexiſſe in febribus, qui Calores ipſarum nō offendere inquit Corpora, ob ſola Calidi peccata (ſic etenim frigidum aduerſus Calidum detruderet ſemper moleſtiam) ſed ob Culpam aliarum materiæ qualitatum, amariciem, aciditatē, ſalſedinem, duritiem, aſperitatem, mollitiem, conflictari. Non Calidam ſcilicet qualitatem moleſtam in Feb. ſed Calidam ſubſtantiam. Quo circà quid obſtat, ſi vinum propines Calidum febricitanti qui quidem non aſperentur ſola Caloris impuri tirannide, ſed ob aliàs qualitates Calori copulatas contorqueantur, quibus nullum ſubminiſtrat fauorem vinum, nullam abdit labem maligniorem? Immò contemperat ipſam moderatur, ſi ſubſtantiæ ſuæ reſpexerimus, & authoritate Galeni toties repetitæ aures inclinauerimus, emendare id putredines acclamantes. Et, ſi liceat mira de eius ſubſtantia protari, ſuggerit curatiuum Febribus remedium, vinum, cuius mollitie, ſuauitate Calorifica, pinguitudine Alimētali, potis ſit materia febrilis, ama-

ficiem, aciditatem, aſperitatem ſuam caſtigare. Quot hercle gratijs febricitantes accumulat vinum Ori, ventriq; gratatur; hominem in ſtadio conſuetudinis periclitantem, continet: eundem præparat ad Cibum; à liuore, & agreſti aſperitate, inconcinna, implacabili euocat: viſcera roborat ſemper Cardinalia; & alia innumera, infrà fuſiùs medicanda liberali ac diuina elargitur manu. Hæc alia edocet diligentia.

Ad mente deniq; exercitatos quod attinet; horum comminiſcitur Natura artifici, Auctoritatem Doctorum, exemplū ſaniorum practicantium, Vſum, Prudentiam iàm dictam, atq; Diligentiam. Auctoritas Principis anteſtat Hippocr. qui vini vſum, nullo effugit vnquàm tempore in Acutis ipſis febribus. De Generoſo ſiquidem 3. acut. dubitat, in Augumento & ſtatu, conſtitutionis acutarum vniuerſalis; non dubitauit in Declinatione, proficuum, & ad opem (vt loquitur) ijs morbis ferendam, inſigne. Quibus quidem vocibus, Imbecillum ipſum per omnia tempora morborum, conſtituit ſaluberrimum. Sed fortaſſis Imbecillum antiquorum, non autem Ætatis & Sæculorum noſtrorum, exſolutum. Sudauimus autem hanc differentiam in ſuperioribus, non prætereundam vnquàm; qui ſtatuimus Generoſa noſtra, vt potè quæ non aſcēdant ad ſecundum penè Annum integra, ea illa eſſe quæ quidem Antiquitas habebat pro Aquoſis ſuis. Aquoſa verò iſthæc noſtra, Exſoluta, & Imbecillima haberi. Cum ergo Priſcorum Imbecilla ſua, ſeruarentur illæſa à corruptione per binos Annos; & meracia noſtra ea illa experiamur, quæ hunc penè metiantur terminum Vitę, hinc deducere non irritum, Generoſa noſtra, in quolibet ſtatu ipſarum Acutarum, per Hippocr. ſalutaria, quæ cum ſuis Imbecillis cōſentiant, & notas ſubſtantiæ illius, exprimant ipſiſſimas. Noſtra ſiquidem Aquoſa, Anni medietatem, vitæ terminum præſcribunt ſibi diuturnum. Citus verò obitus Generoſorum noſtrorum, niſi velis tu declarare, frigidam facultatem, quam ſaltem Calefactionem aſſeueraueris, quæ languidè non feriat, & Calori Corporū humanorum victa non cedat? Quum arguat diuturnitas ſtrenuum & inuictum Calorem, cum quo pugnare conſueuerant, ventres Antiquorum. Et Hippocr. 4. de morbis, ſiue alius ſit dignus qui cum Hippocr. conferatur, Imbecilla ſua, in vſum vexauit, Diureticæ, & Diaphoriticæ materię; quas

N ſtatuit

dicamentorum, quam Alimentorum, non ſpectare ad eum, qui medicinam docet quod plena de ſimp. fac. Volumina & de Alimen. oſtendunt, ſed ad virum qui medicinam facit: quod alterum, & in methodo, & de victu Acut. & de comp. med. per loca, & in Aphoriſmis, ſignificauit. In Medicina verò facienda, vnũ id menſuræ rerum non inſeritur planum, aut obuium, ſed duriſſimum interponitur, Aſperum, Inuium, tale deniq; quod nec ſcribi poſſe exiſtimauit Galen. 1. ad Glauc. & patefecit opere in Aphoriſ. Hippocr. nec ferè lingua ſubfigurari; quùm nihil proprium, vt id doceat queat ſermone explicari. Opus ſiquidem quantitatis, cum deducatur à magnitudine tùm virium, tũ morbi, in quorum alterum gratiam præſcribuntur & medicaméta, & Alimenta; eæq; niſi ſint incomprenſibiles prorſus, vt cenſet Galen. 1. Aphor. 12. ſaltem quod exquiſitè diſcernantur ſit impoſſibile, quum ab occaſione, præcipiti ea, ac momentanea comparentur: hinc fugiunt non aliter æterna præcepta menſuræ, atque occaſio certitudinem euitet. Niſi ergo Præceptis regantur menſuræ rerum, Artificioſa & Induſtrioſa ſaltem coniectura, quæ ad veritatem proximiùs ſemper accedat, vt memorabat Galen. 1. Aph. 12. comparentur neceſſe eſt. Hanc verò induſtrioſam coniecturam, non Ars vlla, ſed Natura ſolers præparat medicæ menti. Quam elimauit ſententiam Galen. in methodi medendi libris. A voce itaq; Naturæ petenda quantitatis potus conſilia: ſi medico fidis regimine, aut Hippocr. pendes à ſpiritu. Non hic veruntamen emiſſaria, aut venalis admiſſa Natura, ſed Apollinea elimata, purgata: quam vnam vt Galen. ijſdem in lib. methodi ſubiunxerat, condunt, non quidem plurima librorum lectura, aut crepidarum in viſitationibus fractura, aut in celebri Artificis auctoritate, ſed ternæ illæ operantis cuiuſq. Artis Archetipæ, Prudentia, Diligentia, mentis exercitatio. Hæ Naturæ Nobilis matres; hi Mangones tanti fulgoris, & vitalis genij ſemina. Ijſce ſe ſubijcit Natura pellicem: ijs veluti Penelopis ſuccumbit, connubit Natura. Videamus ergo quid harum ſingula ſuggerat boni, vt inde in menſura vini potandi nõ defraudemur. Prudentiæ medicæ vitalia ſunt (vt hinc exordiar) Artis præcepta emetita pluries, & præcepta viriliter.

Diligentiæ verò articulos habeas, attendere operibus, inuigilare ſucceſſibus, curamq; ſolertem, quæ compos ſit iudicij,

in ſingulis medicis miniſterijs adhibere, non curſitare, non ſolo quæſtui intendere animum, non adulari blanditijs, non vanis, atque ridiculis conterere tempus, non in Pulſu tantùm conquieſcere non ſua inniti fama, non nouis, ſecretis, abſtruſis, indecora Artis fidere, aut animari.

Exercitatum denique mente dicimus, qui optimam primò cum ſibi medendi methodum efformauerit, ductam ex latebris Philoſophiæ, & ex Oraculis Hippocraticæ potiſſimùm medicinæ, ſic deinde accomodauerit illi Practicam, & Curationem, vt certiſſimis illis, omnis ſe ſe releget, & cum illorum inceſſibus, impauidus procedat. Singulis modò ab iſtis ſi quæſiueris magiſtris, quid decernant de vini menſura reſpondebit præ cæteris Prudentia. Alterans, ad hoc vt agat in Alterabile, debet ei nō actiua tantùm qualitate imperare, ſed quātitate etiam proportionatum adæquari. Neq; enim puſillum Aquæ, Ignis Amplū tepefaciet: nec puſillus è contrà ignis, multum Aquæ calefaciet. Vaſta pariter Corporis humana caua, quam ſi Ciathi Calorifica flamma repleret, Vrcei dubio procul comburreret: ſed plures penè incendunt: quare Ciathus prorſus ineptus, qui illam commoueat. Erudit pleniùs Prudentia ijs, quidem vocibus. Alunt amplum Corporis, non quidem Corpuſcula, ſed Corpora Alimentoſa, plena, & ea quæ abeant ab excrementis immunia. Vinum propterea, ſi vt purum aſſumpſeris Alimentum, quantum quæſo ingurgitaueris, ad hoc vt nutriat? Sin verò verearis infectum excrementis, quantùm in maius auxeris? Quantum vt per longiſſimos Vitæ noſtræ diſcurrat Riuos? Vt Sanguinem & ſpiritum renouet? vt lotio, tùm Renes, tùm Veſicam abluat? Quinimò vectionis quoq; officium vino permiſsū recorderis: cui ob id ignotum multo non opus eſſe vino ad hāc proritandam Vectionem ſi multus ſicci Alimenti præceſſerit cumulus? ſi multus ad nutriendum neceſſarius, non minimus pariter ad replendum Ventres, cum quo niſi perpetuo conuoluantur, concidunt pereunt? Hæc Prudentia.

Diligentiæ tales huiuſmodi circumferuntur voces obſeruamus, nec hauſtu meracioris vini, nec Vrceo ſæpius, foueri euidenti Corpus Calore: quinimò plura non rarò Vrcea pro Corporis habitudine, vacua à ſuo munere Calefactio exeunt in lotia, in pondus alia, alia in fuliginem, multa flamma non vehementi,

menti,& quàm ſæpiſſimè non manifeſta, percepta. Et hæc ſanis contingunt. Ægros febre, eadem prorſus ſententia iuuat. Nam paucum qui bibit, quo etiam puncto per leges medicas vitatur, non quidem nouos ſuſcitabit ignes, ſed nec ſcintillæ minimùm elidit: quod & adſtantium cernent obſeruationes, & Ratio ipſa pollicebitur verum atq; decens. Quid enim ſuprà multam flammam, minor poteſt? immò quid vltrà ingentem flammam extranei Caloris minima valet ſcintilla vitalis, in meraci effuſa, cuius ſemper haſta oppugnatur extraneus, & expugnatur tandem? Paruus ignis abit in maioris Alimentum: nec in vino aliter: diſſipatur eius ſiquidem flamma, & in amplioris facem diſpergitur. Diſpergitur inquàm, non immanet, aut viget mutata: nam pro vt puſilla potentia tantummodò, non actu calefactioni ſe ſe ſubſternit accomodata: quod quidem paulò ſuprà diſputabamus. Quam præterea contraxere inuicem affinitatē, vini Calorifica naturalis Virtus, & extranea Febris, qua conſentiant inter ſe, & in arctum concurrant complexum, quin potiùs prælientur inter ſe, & ad alterius victoriam, conatus non exerceant? At des, quod Febrilis aliquis augeàtur hinc Calor: non tamen adeò deteſtandum deniq; colliges, vt vini fugarum partes inde perſequaris. Mitis ſiquidem, præſtò magis ſe ſe præbet fouendis viribus quàm Febri fulciendæ. Succurrat deniq; Hippocr. altiſſima conſpexiſſe in febribus, qui Calores ipſarum nō offendere inquit Corpora, ob ſola Calidi peccata (ſic etenim frigidum aduerſus Calidum detruderet ſemper moleſtiam) ſed ob Culpam aliarum materiæ qualitatum, amariciem, aciditatē, ſalſedinem, duritiem, aſperitatem, mollitiem, conflictari. Non Calidam ſcilicet qualitatem moleſtam in Feb. ſed Calidam ſubſtantiam. Quo circà quid obſtat, ſi vinum propines Calidum febricitanti qui quidem non aſperentur ſola Caloris impuri tirannide, ſed ob aliàs qualitates Calori copulatas contorqueantur, quibus nullum ſubminiſtrat fauorem vinum, nullam abdit labem maligniorem? Immò contemperat ipſam moderatur, ſi ſubſtantiæ ſuæ reſpexerimus, & authoritate Galeni toties repetitæ aures inclinauerimus, emendare id putredines acclamantes. Et, ſi liceat mira de eius ſubſtantia profari, ſuggerit curatiuum Febribus remedium, vinum, cuius mollitie, ſuauitate Calorifica, pinguitudine Alimētali, potis ſit materia febrilis, amariciem,

ficiem, aciditatem, aſperitatem ſuam caſtigare. Quot hercle gratijs febricitantes accumulat vinum? Ori, veneriq; gratatur; hominem in ſtadio conſuetudinis periclitantem, continet: eundem præparat ad Cibum; à liuore, & agreſti aſperitate, inconcinna, implacabili euocat: viſcera roborat ſemper Cardinalia; & alia innumera, infrà fuſiùs meditanda liberali ac diuina elargitur manu. Hæc alia edocet diligentia.

Ad mente deniq; exercitatos quod attinet; horum comminiſcitur Natùra artifici, Auctoritatem Doctorum, exemplū ſaniorum practicantium, Vſum, Prudentiam iàm dictam, atq; Diligentiam. Auctoritas Principis anteſtat Hippocr. qui vini vſum, nullo effugit vnquàm tempore in Acutis ipſis febribus. De Generoſo ſiquidem 3. acut. dubitat, in Augumento & ſtatu, conſtitutionis acutarum vniuerſalis; non dubitauit in Declinatione, proficuum, & ad opem (vt loquitur) ijs morbis ferendam, inſigne. Quibus quidem vocibus, Imbecillum ipſum per omnia tempora morborum, conſtituit ſaluberrimum. Sed fortaſſis Imbecillum antiquorum, non autem Ætatis & Sæculorum noſtrorum, exſolutum. Sudauimus autem hanc differentiam in ſuperioribus, non prætereundam vnquàm; qui ſtatuimus Generoſa noſtra, vt potè quæ non aſcēdant ad ſecundum penè Annum integra, ea illa eſſe quæ quidem Antiquitas habebat pro Aquoſis ſuis. Aquoſa verò iſthæc noſtra, Exſoluta, & Imbecillima haberi. Cum ergo Priſcorum Imbecilla ſua, ſeruarentur illæſa à corruptione per binos Annos; & meracia noſtra ea illa experiamur, quæ hunc penè metiantur terminum Vitę, hinc deducere non irritum, Generoſa noſtra, in quolibet ſtatu ipſarum Acutarum, per Hippocr. ſalutaria, quæ cum ſuis Imbecillis cōſentiant, & notas ſubſtantiæ illius, exprimant ipſiſſimas. Noſtra ſiquidem Aquoſa, Anni medietatem, vitæ terminum præſcribunt ſibi diuturnum. Citus verò obitus Generoſorum noſtrorum, niſi velis tu declarare, frigidam facultatem, quam ſaltem Calefactionem aſſeueraueris, quæ languidè non feriat, & Calori Corporū humanorum victa non cedat? Quum arguat diuturnitas ſtrenuum & inuictum Calorem, cum quo pugnare conſueuerant, ventres Antiquorum. Et Hippocr. 4. de morbis, ſiue alius ſit dignus qui cum Hippocr. conferatur, Imbecilla ſua, in vſum vexauit, Diuretica, & Diaphoriticæ materię; quas

Digitized by Google

ſtatuit Galen. in lib. de ſimp. fac. in 2. & 3. gradu Calidas. Ceſſerè ergo (inquies) frugalia apud nos Alimentorum, quibus denegent atua, vinorum verè Generoſorum diuitias? Ceſsère reddo ipſe; hoc fretus teſtimonio ſingulariſſimæ frugis, & vitaliſſimæ iam apud quaſq; Nationes, penè defectæ. Nec mirum propterea admotos nunc aſpernari nos ſolos Caules, quod mirabatur Iuuenalis: nam ſaturata Corpora robuſtiſſimo liquore vini Antiqui, poterant vulgari olere parabiles menſas complere. Nec mirum octonis ſolum ſatiari nunc epulis gulo ſitates Romanis ditiores, & Cæſaribus ſolutiores: quũ merces Alimentorum, minus præcioſa ob vinum quæritet in Copia antiquum nunc precium frugalitatis. Hæc exaggerat Hippocr. authoritas, in Potus materiam. Cuius pariter menſuram non preterit; indeciſam, tùm vniuerſalibus præceptis tùm particularibus expraſſam. Vniuerſalem menſuram 1. Acut. inſtruit, & 12. Aphoriſm. Priuatam 3. de morbis apponit. Vniuerſalia, hoc tantùm deponunt, quod eſt multi, & Pauci: Conſuetudines iubent præfigendas ſibi. Naturam tertio morbi inſpiciendam, Vires, Regionem, Tempus, Corporiſq; potiſſimum diſpoſitionẽ. Nam ſiccitas multò admodum remouenda poculo; cui addendum tantoperè, quouſq; humectatum conijcias Corpus. Alimonię neceſſitas, Alimenti ſequitur coniecturam: Conſuetudo obſequi cogit ſibi. Diſpoſitio praua cum Virium Copia multitudinem implorat; quo ſcilicet, corruptio, contemperamentum, à Cibo vini exquiſitiori omnium nanciſcatur: quæ cũcta conſcium inuitant medicum, inuictæ prudentiæ, Phiſicarum ritè partium, & medicæ ſolemnitatis. Copiam verò deciſam in Congijs & Heminis figit Hippocr. 4. de morbis; & multum, addit ſemper, os humectare, & Vrinam Ciere exoptans. Non vtiq; vt Galen. inquit, Ciathum horum porrigens, ſed quantitatem inſignem; quam ſpecificauit denique in libris de morbis, quo loci cætera Acutorum venatur remedia reſpondentia promiſſis ijs, quæ 3. Acut. particula. 42. pollicebatur. & de Auctoritate hactenus. Exemplum Saniorum practicantium, ſubſcribit huic edicto, ſi modeſtus concedis tuo Doctori Hippocr. nempè quem adhuc percũctati ſumus in durioribus Vitæ procellis acutarum. Tanto præceptori, nunquàm leges tergiuerſatum Galenum. Ab ijs quam nam deprahenderint ſequaces eruditionem, ibi dicam vt

reor

Digitized by Google

reor opportuniùs, vbi ſingulis Febribus ſecũdo in operis huius labore, conſuluero. Vſum verò ſi piget hodiernum deuitare, reminiſcaris; ſtare illum in ſola opinione erectum; nullo impigro Duce perductum, nullo latę tutatum. Galen. vinum nunquàm odio ſectatus eſt in methodo, vbi rationes victus perſcrutatus, & febricitantia Corpora, & vires eorum ſimul perpendit. In ijſdem attamen curandis, etſi à qualibet vini menſura abſtinuiſſe eſt viſus, non id propterea egit quod Caliditatem pertimuerit, aut ſubſtantiam deſpexerit, ſed quòd vnam, & notiſſimam eius facultatem intelligens Alimentabilem, quocũque etiam loci Nutriendum non vidit, vinum non introduxit in remedium. Quemadmodum alere optans, quolibet loci vinum celebrauit. Eandem ſententiam præter Artis memorati duo Cuſtodes alij quoq; elegantiores medici, ſuis confirmauère in operibus, Trallianus, Aueroes, Aetius, Raſis, Aretheus: quamquidem euertere ſoli ſunt conati medici effeminatiores; & ij quidem ad lucrum ſolummodò qui viuunt, nulla tacti dignitate Antiquiſſimæ & laudatiſſimæ Artis medicæ, cum grege vulgi, & cum fęminis inceſsère, immobiliores, Iudicij inopes, lectu tæ, & ingenuitatis oſores. Illi verò grauiores Viri, vbi res adminiſtrandi vini contigit, conuenientem non negarunt vnquã menſuram, tùm temporis euitantes id ſolùm, contra artis generoſa, quod clamoſæ nouitatis opinionem pertimuère. Timor nempè adſtantium, vt in ceteris rebus ſolet, loquax eſt, & plurima fingens, vt cum Claudiano loquar.

Ab ijs & Virium & Ætatis, & Diſpoſitionis morbi, & Conſuetudinis, & Anni temporis, & Regionis exactiſſima ſupputatio, certiſſimum pondus. Vnde ab ijſdem artificioſiſſima coniectura quantitatis & menſuræ huius potionis, tàm quidem in ſanorum, quàm Ægrorum commodum adminiſtranda.

Hic lydius lapis in quo vini menſura probatur, viniq; Copia definitur: quem productum à Natura non franget vnquàm humani alicuius ingenij violentia, aut machina.

Digitized by Google

AB ÆTATE CERTITVDO VINI Eſſentiæ Contra Galeni ſententiam.

CAPVT LVII.

ÆTas vini, interpres vinoſitatis fidiſſima. Breuis enim exiguam arguit. Prouecta verò, multam: matura, robuſtiſſimam. Et nemini relinquitur dubium, duriorem reſiſtentiam corrumpentibus, ſignum difficilis corruptionis. Nec vinoſitatis fortiſſimam Qualitatem, veriſſimile eſt locum habere in molli, aut laxa ſubſtantiæ ſemēte, ſed in compacta, cocta, purioṙi, indurari. Si ergo corrumpens contrarium, iniuriam parauerit, vnionem illam non breui diſſoluet, quemadmodum alteram nullo cum labore proſternet. Galen. tamen 3. Acut. poſthabuit iura ætatis, eſſentialia vini ab Accidentalibus dum ſe mouebat. Quaſi nihil conferre ad acuēdam vel efformandam Eſſentiam, ſenſerit, ætatem. Iuuare enim tantummodo interna vini conſenſit: quia nempè ſopitam & oppreſſam vinoſitatem, ab excrementis & quiſquilijs materiæ, & ab eius confuſa mole, ſola exerat Ætas: Vinoſitatis verò nihil ponat. At ego ab alta vini ætate in eius vltrò inferendam vinoſitatem poſſe medicū conuerti, certò opinarer. Etenim quæ longum temporis ſpatium emetiuntur viua, ea fortiſſimo eſſe nata Calore, non dubitaueris affirmare, fretus Ariſtot. Teſtimonio, longitudinem ac breuitatem Vitæ, per hoc principium inueniente. Nihil quidem fert Ætas extraneæ ſiculeatis, ſed atteſtatur ſaltem fidiſſima inibi altas præfixiſſe radices Calorem, vbi Vita eius Corporis, in prolixum protrahitur. Cæteri medicarum rerum ſcriptores, mediam ingreſſi viam, aliud diuerſum à Galeno, & à præſenti propoſito concipiunt. Ætatem ſiquidem videntur velle, communicabilem aliquid ſubſtantialis Vino. Nam muſtum dum aiunt Calefacere in primo Caliditatis gradu, mediæ ætatis, vina, in ſecundo, Vetuſta demùm in tertio, id quidem ſentire videntur quod eſt mollem ætatem, primùm, media, ſecundum;

proue-

proue&a tertium diſpenſare vinoſitati acumen. Quid? vinoſitas ergo, forma quædam vini, per accidentis priuilegia, in Vitam? Vinum omne ſuo quodq; in genere, cum vini ſimul veſtem induerit, repentè ſuam conſecutum eſſe facultatem iudicaueris? Semper ſiue iuuenis, ſiue vir, vnum Caliditatis ſuæ gradum occludit. Id verò quod præſtabit ætas materiam exiſtimaueris, attenuare, vnde prodat huiuſmodi facultas præclarior, euidentior, ſplendidior. Nec nobis Nouella aduenìunt ob id parum Calida, quod robur non aſſumpſerint à natalibus integrum, ſed quod Craſſiora, & vterinis nondum exuta impuritatibus, nequeant à Calore noſtro, tàm bellè vt neceſſe eſt, vinci: ex quibus demùm libera exeat in lucem calefactiua eorum facultas: quæ quidem Auerois fuère dictata. Ætas propterea quo prouectior, eo vino opportunior, quòd moræ priuilegio, ſe in dies ſubindè conficiat. Vina ergo Paucifera ſemper quidem debilia. Vina è contrà Generoſa ſemper quoq; valentia. Hanc ob cauſam, breui perduntur Paucifera: valida verò quoniam munita firmioribus Articulorum nodis longiſſimum emetiri obſeruaueris tempus. Nihilominùs prouectiora, Calidiora quoque quoad nos: quoniam materiam domuère, Calori noſtro obſequentiorem. Præſtat itaq; Ætas ſubiectum vnde inferamus abſque fallacia de vini vinoſitate. Quam Ætatem, etſi paucipendat Galenus in lib. Acut. eam tamen in meth. inter grandia vini collocauit; nobis ob id author medij huius vinoſitatis controuerſias definientis. Potentiſſimum vinorum deſcripturus in meth. Galenus. Calorem primò admonet obſeruandum: deindè ſubſtantiam. poſtremò Ætatem. Vetuſta nempe concelebrans. In libr. ſemel Acut. Aquoſa à meris diuellens hac ſimplici vſus eſt nota Ætatis: Potentia, dicens, ea ſunt, quæ dies vident plures: Imbecilla verò, quæcunque intereunt breui. Præter Colorem itaq; Odorem, Saporem, Conſiſtentiam, Facultatem, Ætatis quoq; vini non negligentem habeas curam neceſſe eſt. Attamen vltimam, veluti inferiorem cæteris, quo ad ſubſtantiam, quam non ingreditur; quamquàm primam quod ad dignitatem, quam protegit certitudinis ſuæ vinoſitatis. Illud inſuper non prætermittendum Aquoſa ſui ſeculi, in ſextum vſque Annum incorrupta perduraſſe: quæ verò noſtra nunc habemus in Conuiuijs meracia, quia ad ter-

tium non ſcandunt immunia, ſuſpicor eadem illa eſſe, quæ Vetuſtatis Imbecilla. Quod ſi verum concederes, quàm vitioſas referant nugas noſtrates medici, tutemet rependas.

QVAS ADDVCANT CAVSAS Medici Prohibitionis vini in Febribus.

CAPVT LVIII.

Vinum hoc, quod longa tantum induſtria percoluimus: liquorem hunc, quem ſtudio tàm accurato deguſtauimus: Vitalem hanc potionem, quam aſſidua adeò attentione meditati ſumus, medicorum noſtratium Collegium pleniſſimum, odio tam iniquo perſecuti ſunt, liuida tantùm ignominia deteſtati, vt nihil priùs damnauerint vino, nihil longiùs declamauerint, tunc quandò nomen Febris intonuit, & inter ſalutaria remedia ſanitas Febricitantium, per Canonica medicinæ conſultabatur. Nutrire affirmant quidem, ſed Febre feruidos perimere adiungunt. Calefacere quidem, & ſuaui fotu non negant, ſed hunc eundem Calorem, officere ignitos exaggerant. Cordiale id quidem fatentur: at veneficum æſtuantibus murmurant. Fęcundare id mentem, cæteris cum laudatoribus tanquam Tibicines concinnunt, ſed Febricitantibus delirum perſtrepunt. Reponere id ſpiritus annuunt, ſed lætale inter feruores contendunt. Vitale in ſumma admirantur vbiq; at Febre obſeſſis, mortiferum vitæq; noſtræ perfidiſſimum minantur parricidam.

Hinc practicantium abuſus inualuit; & populi cuiuſque ſic arſit odium in vinum, vt ſtuduerint priùs cõterere iſtud quàm Febrem vel nouerint, vel digna aliqua cum attentione conſiderauerint. Nec enim vllum ex medicis iſtis, aut medentem videbis, aut de re medica ſcribentem leges, qui facta priùs vel vini diſtinctione aliqua, vel Febris ſiue febricitantis Corporis præmeditatione, illud demùm conſueto hoc probro non infamet, hoſtis acerrimi febrium, uenefici potus ſceleſti Alimenti. Cauſam tanti odij non indagaſſem unquam ni ab iſtorum

placi-

placitis diſſentire & Hippocr. & Celſum & Galen. & Actium, & Auicennam & Trallianũ cognouiſſem. Vel enim palàm hos diſcordes inueni, vel clàm diſcrepantes collegi. & præter hos rationem oppoſitam prorſus audiui.

Aſſurgẽtem ergo hinc ſuſcepi occaſionem contemplationis: nec deſtiti propterea rimari cauſam, Cur cæteri ab ijs ſcriptorũ, nec non qui modò reliquus eſt ordo Practicantium medica, ardeat adeò in vinum Amore, & dulciſſima Cupidine conſeruandæ ſanitatis, & ille idem ſæuiat poſtmodum tàm liuide in vinũ, vt decernant illud Febri cuilibet aduerſiſſimum, iniquum. Et quanquàm communia iecerim, vnde oppoſitum neceſſariò inferatur, diruatq; omnis illorum ſtrues; nihilominùs adijciendas eorum quoq; rationes cenſui. ratus non habiturum gratiam, meum illud opus, niſi cum mea vini cauſa aduerſariorum ſimul cauſam non coniunxiſſem. Mea autem etſi conſilia, fuſiùs in ſequenti libro patefient, vno nihilominus in Capite veluti in Epilogum contracta, cenſui futura gratiora: vt nempè directa in principes cauſas, quas audio iactari à tractantibus medica in vini damnum, exturbent fundamenta eorum, & interponant ſe ſe media, ne in animis ingenuorum implantentur, flagella & ſanitatis, & certiſſimæ antiquiſſimæq; methodi euentura. Septem verò ea ſunt ad ſummum, quæ communes medici, opinantur euenire mala à vini potu in Febribus.

Primum eſſe dicunt, quòd vinum quodlibet inflammet Corporis cuiuſq; familiam.

Secundum, quod deuehat putredinem extra venas locatam, in ſinum, & ſecreta Venarum.

Tertium, quod Nutriat nimium.

Quartum, quod vapores per corpus commoueat: & latentes quietoſq; humores agitet.

Quintum, quod conſuetudini, & Practicæ medicæ aduerſetur.

Sextum, quod acceptiſſimo atq; antiquiſſimo documẽto repugnet: diuerſum ſcilicet futurum ab Alimento ſani, Alimentum Ægrotantis: nec id vulgares, ſed ſapientiſſimi promulgarunt; quemadmodum cuilibet magnorum authorum, erudita oſtentat lectio.

Septimum quod talis Cibãdi formula, optimis repugnet me-

dicorum inſtitutis. Hæc quidem aduerſiſſima rationali Curationi exclamant: vnde vel ob aliquam, vel ob multas, vel ob vniuerſas vinum Febricitantibus denegandum concludunt.

Sed quod inflammet comprobare nituntur, eo quidem hæreſi, quod Calidum. Inde verò deducunt, Calorem extraneum vini, additum febrili, combuſtionem amplificare. At verò quã pueriliter nugentur, ij ſuo in diſcurſu, iudicent qui imbecilli vires prudenter præponderarunt; non negligenter libratas Capite proprio, de Imbecillorum facultate. Indicent pariter quicunq; coacti ſunt per ſuperiora aſſentiri, quædam ex Potentioribus frigida · habita relatione, tùm ad Corpus quod propinat, tùm ad Copiam, tùm etiam ad Generoſa Vetuſtatis, Ad hæc non poſuère ij in ſtatera Calefactionis ſuæ emolumẽtum, viſcera fouentis, cum detrimento auctæ Febris. Nec deniq; Calorificam vini vim diſtinxerunt appoſitè ab extraneo febris Calore: id quidem quod noſtro ſuperiori cum diſcurſu non reliquimus deſideratum, nec ſequentia importunè ſubticebunt. Addas deniq; quinq; ad ſummum modis per Galeni documenta in 1. de diff. Feb. & 2. de Cauſ. morb. increſcere in intrinſico noſtrum, Calorem internum; per admixtionem ſcilicet ſubſtantiæ Calidæ; per adheſionem rei Calidæ; per motum; per Putredinem: per prohibentia effluxum rei Calidæ. Nihil verò horum operari probabimus vinum epotum, quo aliquo valeat febrilem Caliditatem multiplicare. Quamobrem acuet nunquam hoc quidem titulo Febrem. Nam ſi velis coepoto admiſceri ſubſtantiam vini Calidam, cum ſubſtãtia, hoc eſt materia febrili feruida, indeq; cumulum increſcere incendij, tua in credulitate erraueris. Falſa ſiquidem hæc, ſi de vino imbecillo dicantur; cuius ſubſtantiam, Aqueam comprobauimus. Falſa eadẽ rurſus, ſi generaliter accomodentur, meri Potionibus. Namque pufilla eius hauſta quantitas, quam admixtionem faciet, quæ altam febrilis foci molem alterare poſſit, ſiue augere? Quam ſubſtantiæ ſpeciem importabit, quæ admixta, non valeat, ſatiùs contemperare ſordes febris, quàm ſordidare ſcaturigines eius? Galen. 1. Aphoriſ. 17. & defectui, & corruptioni humorum voluit ſubueniendum per Alimenta, quò nempè ſupplerent, atque cõtemperarent: at quodnam Alimentorum vino meliùs? Quodnam ſuccorum vino incorruptiùs, dulciùs?

Nullum

Nullum ergo ab eius admixtione peccatum, nullum febricitanti Corpori damnum; immò & emolumentum, & prouiſio ſalutaris, à vini potu concinna continentiue. Si verò admixtioni non confiſus, per adhæſionem diſceris cõmunicare Febri Calorem. Tunc peccaueris quoq; nam de Imbecillo nefas id affirmare, quod quidem frigidum: de Potenti verò, id pariter iniquum, quod ſtabili ſua, & incorruptibili Corpulentia frangat, mitigetq; incompoſita materiæ febrilis; quoduè idem in modeſta menſura, nec Copiam eius, adheſu extuberet, nec qualitatẽ, inualida, intendat: non actu ſcilicet deferentem ſecum priuilegia vini, ſed potentia ſolùmmodò includentem. Ab ijs verò ſemotus, ſi per motionis vires dixeris augeri à vini potu, febris Calorem, eadem prorſus ob principia tibi incognita, incautus peccaueris. Non motant frigida: frigidum verò imbecillum. Nec motant Calida; niſi quæ actu mouendo ſunt apta; tenuis verò quantitas vini meracis, non quidem Actum, ſed ſolitariam habet potentiam huiuſcemodi potionis: vnde non mouet. Putredinem verò ſi adduxeris culpabilem quam vini poculum inferat, adhuc ſuprà rigidos nocentiſſimus. Reſiſtere ſiquidem Putredini vinum ſuperiora comprobarunt. Et deniq; rei Calidæ influxum ſi impediret vinum, id ſibi aſciſceret, vel ob ſubſtantiam, vel ob Copiam. Corpulentia tenue electum, tantò obſtat vt obſtruat, quod Traijciens vbique prędicetur; & ad delationem cæterarum ſubſtantiarum, celebre propinetur. Copiam Meracis improbamus, eam aliquandò præſcribentes, quæ opportunitati cuidam ſuccurrat. Quare influxus nec ſollicitat Calidorum. Nullo ergo Nomine inflammat vinum, febricitantes; ſiue imbecillum arripias ſiue Generoſum.

Quod Vehat vinum poſthæc abhorrent, & hanc ob cauſam putredinem eam, quę in loco ignobili fixa immanet, in nobilem tranſportans pertimeſcunt. Cogitatum quidem, indignum prorſus, quod ex ore cadat, medicam profitentium diſciplinã. Vehere quænam dicantur, eò in Capitulo innotuit, vbi de vini vectione. Non cõuenit autem cuncta affirmare Vectiua, per diſcurſum illum: quamobrem neq; hanc ob ſuſpectam facultatem, accuſanda.

Quod ſi quæ non vehunt tantùm, ſed quæ vehuntur quoque improbaueris, eodem ſub tecto liquida cuncta conuocabis, a

quo

quo quidem ſeuocauit tubæ vox illa vbiq; terrarum diſtenta, *Cibus humidus febricitantibus omnibus ſemper vtilis*: Quorumque immunitatẽ hodiernus tuetur vſus, qui brodijs, & Aporematis cuicumq; parat Febri defenſionem. Quod ſi in Vehentibus actiuè conſtiteris, hic quoq; laberis: nam minuta horum menſura exhalat in ſpiritus, antequam fędata immotaq; excrementa, aliò propellat: ſiue etiam impotens connati priuilegij ob modicitatem, fluit, virium ſuarum langueſcente, & emortuo miniſterio.

Quod Nutriat nimium, tertium oppoſitum, non negauerim, ſi potiſſimùm acceperis Meracum, ſed quod huius rei culpa oporteat prohiberi, ſtultum crediderim illatum.

Febri qui medebitur, confirmantibus præſidijs, & vigorantibus, cogitur vt plurimùm Naturæ ſubuenire, quo Coctiones pareat. Has non impedit vnquàm vinum, quia amiciſſimum, neq; vnquàm demolitur, quoniam, Calidum ſuſtinet. Alere nunquam non neceſſarium; nam victus forma ſiue conſtantibus ſiue inconſtantibus viribus, vbiq; præſcripta; Hippocr. in Aphoriſm. nec vllum ex alimentis, vino probius: id enim, & vacuum excrementis, mercem ſuam ſine fuccis geſtat, diues ſuæ opis, & omni ex parte æquale, & molle, & lubricum, & corrumpi arduum, & tranſiens, & multiplex, & gratiſſimum, & ſi: i reluctãs. Addas licet, duplicem ſterni viam curandarum Febrium, quod ſuo loco in 2. lib. nitar comprobare. Altera extenditur in ſublationem morbi. Altera in roboranda Natura exſudat. Si etenim morborum curatrix Natura, quicunq; ei inuigilauerit; morbum profligauit. Cordialitas vini, ſalutaris ſemper, mentis fæcunditas, nunquàm, nec in lætalibus non deperiẽda ad bonam ſpem ſalutis. Inſtant, corrumpi Alimenta ab Igne Febrili; ſed meliorem ſortem monet dignitas liquoris deſtinatam vino, quàm Panatellis, Carnium iuris, Volatilibus, ouis tremulis Priſana & ſimilibus, in quas quidem merces impetus fit parabilis, & communis à lege Practicæ, & ab Ægrotantium Genio. Vel enim licet augere vires alimento; vel conſeruare; vel diminuere. In acutis quidem conſeruare debilitatus decet: id verò Tenuis præſtat Victus, qualia eſſe docet Galenus 1. Aph. 4. Parum Nutrientia, vt Ptiſanæ ſuccus. Hoc ergo in rerum, vſq; diſcrimine, Imbecillo, Cur non iuuat alere vino, ſi idem parũ nutrit,

& tan-

& tantò abeſt vt vel grauiùs euadat Ptiſana, vel par incedat cū ea, vt potiùs cum melicrato comparetur per Hippocr. 3. Acut. quod quidem non in Tenui, ſed in extremè Tenui, acutiſſimis nempè in morbis,adminiſtratur?Et hæc quidem conſona formę medicationis antiquorum: quorum Corpora fortaſſis robuſtiora noſtris; id quod oſtendit illorum primò Exercitia, bello dedita,Gimnaſticis, Balneis,nutriebantur, nō immeritò,tenuiſſimo victu, & ſolo melicrato poterant per plures dies ſuſtentari,innatis ſuis viribus confiſi,viuidiſſimis.

Verùm mollia hæc noſtra: vt potè otioſa, malo longè pacis, marcida;quibus quia nullus ſtat Annibal in proximo, hinc ſōno longiſſimo,& lauto ſemper conuiuio eneruantur tenuiſſimo eo victu,vt potè leuiſſimo, & à conſuetudine quam longiſſimè alieno cadentibus ferè viribus impari ac fragiliſſimo fulcro,ſuſtentari per coniecturales rationes nunquam poterunt. Quare aliquid melicrato addendum,abeoq.ueteri inſtituto mutandum conſilium,inæqualibus exiſtentibus Corporibus; & imbecillum fortaſſis adiungendum ſuauiſſimum Alimentū, traijciens,æquale,familiariſſimum. Et ad animi propterea vſq. deliquium mittēdum ſanguinem,quo quidem audaci auxilio monebat Hippocr.2.Acut. & incenſiuas Febres & Pleuritides momentò ſæpiùs extingui aſſerebat, quam deinde reuocauit ſeneram ſententiam Galen. Naturæ ſuſpicatus mortem, repentinā quamq; mutationem. At ille quidem ſuis conſulens & longè à ſemet mutatis imperans non pertimuit huiuſmodi pericula ſuadere: hic verò tenerioribus nobis commentatus regis ſui iura ſenioris quemlibet impetum euitare nos perſuaſit: Monebat prætetea 2. Acut. & Peplium, & Veratrum propinandum in acutis & Pleuritide,nulla facta mētione,aut Coctionis aut turgentiæ: quæ poſtmodum imperia effugit actu Galen. veluti inaudita,quia alios viros regere Hippocr.non recordabatur ab effeminatis elumbatiſq; noſtris quam longiſſimo ſpatio diſtantes. Idem cauit Aueroes,qui Barbara Corpora, dura ſcilicet, duriſſimos ſuperare morbos adnotauit. At noſtra laxa admodum,ac diſſolubilia, leuibus ipſis, vt plurimùm ſuccumbunt, quia teneriora. Quare nec dubitandum extremè tenui victu potuiſſe ea ſeruari, & quandoq; cum omnimoda abſtinentia: quam noſtra hæc mediocri victu penè queant à reſolutione

ven-

vendicari, mediocribus qui regamur viribus textura, qui componamur reſſolubili, temperamento, qui colligemur inæquali. Vnde veluti ſemper inaniti, vel ſaltem proximè inaniendi, non extreme tenui poſſumus ſubſiſtere victus regimine, vt ſolo melicrato, ſed cum eo ſiue cum Panatellis, Imbecilla quoque coniungenda, celeriter nutrientia leui ſubſtantia, æqualiter & à cõſuetudine nihil abhorrentia: quæue aſſidentibus illis accidentibus præſtò occurrant vt ſincopi & Morſui ſthomaci, doloribus, irritationibus & ſimilibus ab acuitate humorum, & à viſcerum flamma oriundis.

Quod quarto loco vapores plures, quam quos tollerare poſſit natura Febricitantis, & humores otiantes, priuſquam cocti ſpontè locum mutent, concitet vinum, contendunt demonſtrare. Quamob Cauſam interdictum iubent; & in Corpore Febricitantis cum moleſtiſſima diſcurrat turba vaporum ſoboles mineræ febrilis, infenſa, nouos non eſſe addendos, nec præſentes illos vino ſollicitandos, non inſulsè colligunt. Quod enim moueat vinum otiantes humores credidère Antiquorum plurimi; referente id Celſo. 3. de re medica. Apud quem primordia Febrium duplici eo aggrediebantur ſemper optimo conſulto, quiete, & Abſtinentia. Inter meliora verò Abſtinentiæ, primus commendabatur Aquæ potus: non alijs, vt reor, fretus conſilijs, præterquam illis; vt nempe, vel nouum materiæ pondus euitaretur, vel vt effugerēt humorum motum citatiorem.

Quodue motum hunc potiùs, quàm Auctionem pertimuerint illud indicat apud eundem Celſum quod paulò infrà ſupponit. *Si leuiora* inquit *indicia fuerint, ſatis ſit à vino tantùm abſtinere, quod ſubtractum, pluſquam ſi Cibo aliquid dematur, adiuuat.* Cibus itaq; ſi is creditur, qui Alimenta ſuggerit, cur minus peccati reus, in Copia dum peccat, quàm vinum? Nempè quia minus moueat, quam vinum, non quia minus nutriat, quam vinum. & propterea Celſus in Capitis huiuſce Calce vino eam ob rationem abſtinēdum, addit, quod moueat, nam eodem pacto iuuare ægros febre videtur atq; Quies. Hinc verò ſimptomata illa exoriri volunt, à Vaporum ſcilicet incurſitatione, quæ tãtoperè afflicta Corpora contorquent Dolorum, Vomitus Vigiliarũ, Inquietudinis, Angoris, & Reliquorum: quorum omnium ortus, per haſce vaporationes, verboſi nugatores enarrant. Nec

ſine

ſine aliquo diſcurſus fundamento horum plura: ſed talia quæ correctionem patiuntur. Fatearis ſi quidem licet, & ſupponas, motionem excuti à ſolo Calore: hoc nempè ſi euitaueris, Aqua & ipſa interdicitur. Non ergo licet, cuicumq; vinorum generi, vim vaporis exhalandi adſcribere: nec quos emittit vinum, eos decet omnes ſuſpectos prohibere. Nam ſatis probatū Imbecillum noſtrum, nullo vnquàm præpotens: quare, & inter Febrium initia potabile; & illo eodem tempore opportunum, quo Aqua. Emittit verò vinum non quidem Acres Vapores, turbidos innumeros, quos pertimeſcas licet; ſed faciles, lenos, Conſpicuos, paucos innatæ ſubſtantiæ non abſimiles. Illi, Illi, quidem mala aggregare: at illi mala ſedare conniuntur. Illi Viros, & fatigare, & frangere; at ij & leuare & reparare ſunt nati. & conceſſo quod conflictus introducerent, id tamen fructus deinde, & aperirent quod eſt gratiarum, & ſuauitatis: nihil prorſus diſſimiles Diſciplinæ ſtudijs, quæ primo quoq; tempore lacerant Corpora morbis at demùm ſi ſuperes primos labores, explent animum iucundiſſima ſapientia. Comprobabunt facilè iſtihuſmodi veritatem, qui poſtridiè ab epoto modico, atq; aſſignato poculo, firmiores multò exſurgunt. Apponas tu, ſano ipſo Alimentum: nulli certè obſeruaueris primò tempore non grauatiuum, tumefactiuum, pōderoſum, ſi ſupra vires præſertim deuoratum. Idem tamen perpetuò obſeruaueris paulò inde conſolari Corpora, roborare. Nec aliter febre vexatis euenit. Sed quid talia de Alimentis diſcurro? Peruagens per medicamentorum Siluam, quæ nam inueneris à ſimili Culpa, immunia? primo ſcilicet conturbantia, poſtmodum verò blandientia. Nec vllum ſiue remedium ſiue Alimentum tàm celebre in cultura Corporum Trallianus docebat, quod iuuando, parum non lædat. Cuncta agitant in foribus operationum ſuarum; cūcta faceſcunt aliquam moleſtiam; quia in principio ſui acceſſus adueniunt mutanda, & vincenda à Calore noſtro: quamobrem, primo in limine, contraria. Sed eadem cedunt in voluptatem, quia familiaritatem denique explicant ſuam, in fructum operi & ſubſidium demerſa. Cur ergo damnas in vino, id quidem, quod approbas in cæteris? Quid leuem times laborem, cum certam ſperare liceat proſperitatem? Vapores inſumma vini, tàm meracis, quàm Aquoſi, molles, lenes, aerei ſuaues, qui

oppo-

ſam, exſibilatam? Quid queſo eſt ſolis fidere Experimentis, niſi empiricum eſſe? Quid mauditas velle rationes, niſi in Scolam Empiricorum confugere? Quid ſolum morem Quæſtuantium complecti, ſordidum, ſeruilem, adulatorem, niſi Galenicam ſectam inuertere, Hippocratis ſtudia obterere, ſapientum conſilia contemnere, inartificioſum inſequi? Populus per Plat. in Alcibiade linguæ quidem eſt præceptor, at nunquàm, aut iuſti, & iniuſti, aut ſanitatis & ægritudinis. Tu verò concedas populo ſupra Platonem, conſidera. Et per iſtos tamen homunculos (vt tertium eiaculer) oppoſitum affirmare cogimur: Nam (quod ſuprà tetigi & infrà fuſius ſignificabo) & Hippocrates, & Galenus, & Celſus, & Trallianus, & Actius, & Auicenas, & innumeri poſt iſtos illuſtres, dari vinum iubent ſæpiùs Febricitantibus, commendant non raro iſtis in Alimentum, celebrant non ſemel in medicamentum.

Sed illud, ſextum illud eſſe iam pollicebamur, quo veluti Achille fidunt noſtrates: Nam dicunt, inueniri nullibi apud acceptos, celebreſq; ſcriptores medicos, quod vinum debeat Febricitantibus concedi. Eiuſque mentio ſi vnquam legitur expreſſam volunt cum hac additione, Apparatibus ſignis coctionis. Ego verò per omne tempus Febris commendari ab Hippocrate, & Galeno cæteriſq; affirmo ſtrata priùs diſtinctione vini in Imbecillum, & Potens, præcteſſa deinceps interpretatio verborum eius, quæ ſunt Apparentibus ſignis Coctionis: Nã quod ſpectat ad vini duplicia genera, Imbecillum Hippocr. in Acut. non abhorret vnquàm in ipſo Febris culmine, euidentiamque propoſti aperit, quod Potens in Declinatione conceſſit, & fructum opemq; ferre tunc Acutis pronunciauit. Si ergo in Declinatione Potens, quod euitatur ob Caliditatem vigente morbo, cur in Vigore non vtile Imbecillum, quod negauit Calidũ, & cũ melicrato æquiparauit? Quod verò ad Coctiones attinet, aliud eſſe ſcito apparere ſigna coctionis, aliud verò cocta adeſſe. Id quidem quod & in lib. de Criſibus, & in Epidemijs legitur, & in Prognoſticis, & potiſſimùm tàm ab Hippocrate quàm à Galeno 1. Aphoriſm. 12. Apparent ſigna Coctionis futuræ in principio ſæpiùs morborum: quam ob Cauſam duodecimus ille Aphoriſ. *datus in quo, ſed & ex ijs, quæ mox apparent indicia ſumuntur, quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum*

appa-

appareat producit. & vrina & alui excrementa & ſudores quæcunq; apparuerunt, vel bonam morborum iudicationem, vel malam: vel breues; aut longos fore morbos oſtendunt. Adſunt verò Coctiones quando iudicatio ipſa morbi agitur. In cuius rei gratiam ipſe Galenus recitat Anaxionis caſum, quem 3. epid. exponit Hippocrates, in quo quidem facilè eſt videre Cocta adfuiſſe tunc, quandò ſoluebatur morbus, hoc eſt in 27. & 34. Vnde Galen. idem per placita Hippocr. loquutus. 2. epid. ſect. 1. *Decernentia, inquit, ſiue indicantia vocantur, cum primo quidem exquiſitè morborum principio non ſunt apta inuadere: cum duobus autem alijs apta ſunt &c.* Apparentibus ergo quando docet Coctionis ſignis propinandum vinum, illud monent quod Hippocr. 1. Acut. nempè, in ipſo principio delibandum ad perfectam inde Coctionē maturandam. Nam in ſiccis ipſis morbis; & in plenitudine dolente, nihil prorsùs dari videbat, antequā foret illa euacuata. Noſtri autem illud Apparentibus Coctionis ſignis, interpretati pro Coctionibus, & iudicationibus præſentibus, expectant & remorantur ſubſidium, donec omnis ceſſerit morbus, & in nullū opus vinum adcurrat. Quid autem reputas aliud vinum in Declinatione vniuerſale Febris niſi morbo neglecto, valenti ſubuenire? Pellicit Vrinas vinum, mollit, humectat, Coquit, Aperit: & hæc ergo auxilia ſuauiſſima nec non fortiſſima, quæ in morbi tortura expedienda, non in morbi fuga. Secus enim qui operatur, & torturæ immobilis aſſidet, fugæ verò citus ſuccurrit, non abſimilis ſcurræ in Comedijs aduolat armatus Iratis iam ſedatis, & Pace moderante habenas affectuū; vanus inquam, & ridiculus.

Illud vltimum, extremum virium ſuarum. Febris à ſanitate longiſſimus receſſus: Cibus ergo, & diuerſiſſimus ab eo ſanorū neceſſarius. Vnde Adagium enatum, quod in moralibus Ariſtot. legitur, vina Febribus nocua. Hippocrates huius fortaſſis Pater Adagij, ſed eodem interpres eiuſdem. In libris ſiquidem illis de victu Acut. quàm longiſſimo tractu mutatam eſſe ait, victam infirmi, quando acutis laborat: ex quo colligit formā quoque viuendi mutandam. Sed in Meracia ſemper, non in Aquoſa contorquetur dictum. & formam ego Alimentorum, non ab vno in aliud genus conuertendam interpretor, ità vt penitus reddatur aduerſa: id enim ſi verū eſſet, non repræhenderet mutationem conſuetudinis eodem in libro, veluti infenſiſſimam:

ſed

ſed vel quantitatem aſſueti victus corrigit, vel qualitatem ſubſtantiæ, vel modum. A multo etenim, in Paucum ſuadetur: à Calido in Frigidum, à condito in inconditum; à ſicco in liquidum: à conferto in particulatum. Quantitatis plura dantur documenta in Apho. vbi ætatis facit diſtinctionem Cōſtitutionis morborum, Virium & Temporum, Conſuetudinis & ſimilium. Qualitatis maiora multò præparat quando humidum extollit, liquidum celebrat 1. Aphoriſmorum & excellens ſiue puriſſimum Nutrimentorum 1. Acutorum. Modi quoq; comminiſcitur primo, & Aphoriſmorum 17. quando ea habuit, *& quibus ſemel aut bis, & quibus plura vel pauciora, & particulatim oporteat offerre, conſiderandum. Condonandum autem aliquid tempori, Regioni, Ætati & conſuetudini.* Non aliter de vino decernendum: cuius mēſuram diminuas oportet; quoniam Antiqua receſſit à forma Vitæ. Qualitatem non minus commutes neceſſe eſt, quia in extera tranſductum Corpus. Modum itidem, vbi non ſeruat modum Natura, ſed quoniam ſtat illud perpetuum, & inuiolabile Naturæ eſſe ſubueniendum, hinc quia nunquàm non ſuccurrit vinum, ſemper vtiq; vinum laudabile, ſemper ſaluberrimum.

DE VINORVM ARTIFICIIS.

CAPVT VLTIMVM.

QVoniam intima Naturæ explorat humanum ingenium idcircò, & abdita quæq; eius verbo renunciat, & opere exquiſito, pulcherrima quælibet æmulatur. Dei tamen quoniam miniſtra Natura: Ingenium verò, quoniā huius miniſtræ opus; hinc quæ pendent à Natura diuina prorſus; quæ verò Ingenium effingit, Humana, & peccantia.

Diſtinguimus legitima hac cenſura alterum ab altero, & abeunt hinc in laudes diuerſas Natura & Ingenium. Vinum Naturæ fructus recolitur, iſque ſuauiſſimus, precioſus: in cuius generationem meliora ſui proculdubio explicat Cælum, & Solum. Vinum Ingenij pariter opus, & Artificij: in cuius ſtruem

appareat producit. & vrina & alui excrementa & ſudores quæcunq; apparuerint, vel bonam morborum iudicationem, vel malam: vel breues, aut longos fore morbos oſtendunt. Adſunt verò Coctiones quando iudicatio ipſa morbi agitur. In cuius rei gratiam ipſe Galenus recitat Anaxionis caſum, quem 3. epid. exponit Hippocrates, in quo quidem facilè eſt videre Cocta adfuiſſe tunc, quandò ſoluebatur morbus, hoc eſt in 27. & 34. Vnde Galen. idem per placita Hippocr. loquutus. 2. epid. ſect. 1. *Decernentia, inquit, ſiue iudicantia vocantur, cum primo quidem exquiſitè morborum principio non ſunt apta inuadere: cum duobus autem alijs apta ſunt &c.* Apparentibus ergo quando docet Coctionis ſignis propinandum vinum, illud monent quod Hippocr. 1. Acut. nempè, in ipſo principio delibandum ad perfectam inde Coctionē maturandam. Nam in ſiccis ipſis morbis; & in plenitudine dolente, nihil prorsùs dari videbat, antequā foret illa euacuata. Noſtri autem illud Apparentibus Coctionis ſignis, interpretati pro Coctionibus, & iudicationibus præſentibus, expectant & remorantur ſubſidium, donec omnis ceſſerit morbus, & in nullū opus vinum adcurrat. Quid autem reputas aliud vinum in Declinatione vniuerſale Febris niſi morbo neglecto, valenti ſubuenire? Pellicit Vrinas vinum, mollit, humectat, Coquit, Aperit: & hæc ergo auxilia ſuauiſſima nec non fortiſſima, quæ in morbi tortura expedienda, non in morbi fuga. Secus enim qui operatur, & torturæ immobilis aſſidet, fugæ verò citus ſuccurrit, non abſimilis ſcurræ in Comedijs aduolat armatus Iratis iam ſedatis, & Pace moderante habenas affectuū; vanus inquam, & ridiculus. Illud vltimum, extremum virium ſuarum. Febris à ſanitate longiſſimus receſſus: Cibus ergo, & diuerſiſſimus ab eo ſanorū neceſſarius. Vnde Adagium enatum, quod in moralibus Ariſtot. legitur, vina Febribus nocua. Hippocrates huius fortaſſis Pater Adagij, ſed eodem interpres eiuſdem. In libris ſiquidem illis de victu Acut. quàm longiſſimo tractu mutatam eſſe ait, victam infirmi, quando acutis laborat: ex quo colligit formā quoque viuendi mutandam. Sed in Meracia ſemper, non in Aquoſa contorquetur dictum. & formam ego Alimentorum, non ab vno in aliud genus conuertendam interpretor, ita vt penitus reddatur aduerſa: id enim ſi verū eſſet, non reprǣhenderet mutationem conſuetudinis eodem in libro, veluti infenſiſſimam:

ſed

ſed vel quantitatem aſſueti victus corrigit, vel qualitatem ſubſtantiæ, vel modum. A multo etenim, in Paucum ſuadetur: à Calido in Frigidum, à condito in inconditum; à ſicco in liquidum: à conferto in particulatum. Quantitatis plura dantur documenta in Apho. vbi ætatis facit diſtinctionem Cõſtitutionis morborum, Virium & Temporum, Conſuetudinis & ſimilium. Qualitatis maiora multò præparat quando humidum extollit, liquidum celebrat 1. Aphoriſmorum & excellens ſiue puriſſimum Nutrimentorum 1. Acutorum. Modi quoq; comminiſcitur primo, & Aphoriſmorum 17. quando ea habuit, *& quibus ſemel aut bis, & quibus plura vel pauciora, & particulatim oporteat offerre, conſiderandum. Condonandum autem aliquid tempori, Regioni, Ætati & conſuetudini*. Non aliter de vino decernendum: cuius mẽſuram diminuas oportet; quoniam Antiqua receſſit à forma Vitæ. Qualitatem non minus commutes neceſſe eſt, quia in extera tranſductum Corpus. Modum itidem, vbi non ſeruat modum Natura, ſed quoniam ſtat illud perpetuum, & inuiolabile Naturæ eſſe ſubueniendum, hinc quia nunquàm non ſuccurrit vinum, ſemper vtiq; vinum laudabile, ſemper ſaluberrimum.

DE VINORVM ARTIFICIIS.

CAPVT VLTIMVM.

QVoniam intima Naturæ explorat humanum ingenium idcircò, & abdita quæq; eius verbo renunciat, & opereexquiſito, pulcherrima quælibet æmulatur. Dei tamen quoniam miniſtra Natura: Ingenium verò, quoniã huius miniſtræ opus; hinc quæ pendent à Natura diuina prorſus; quæ verò Ingenium effingit, Humana, & peccantia.

Diſtinguimus legitima hac cenſura alterum ab altero, & abeunt hinc in laudes diuerſas Natura & Ingenium. Vinum Naturæ fructus recolitur, iſque ſuauiſſimus, precioſus: in cuius generationem meliora ſui proculdubio explicat Cælum, & Solum. Vinum Ingenij pariter opus, & Artificij: in cuius ſtruem

plura aduenère acutiores, ſolertiſſima. Sed ſicuti celſiora, quæ porrigit Natura, ità inferiora vina, quæcumq; præparat ingenium. Iſtud alterum vini Genus non prætereundum à medico: nam neq; Hippocrates omiſit Ciborum genus, arteficij operculo contextum, inſidijſque miſcellę fucatum, poſtquam ſimplex aliud & Naturale exploraſſet.

Quattuor comperimus, vt loca detegam fuci, admittere in vino artificium. Subſtantia eius, Partes deinde reliquæ eiuſdem ſubſtantiæ, Color, Odor, Sapor, Conſiſtentia. Mixtura poſt hæc, Confectionis tandem modus.

Primùm adulterium, Nobiliſſimæ etiam Nationum, exercêt: idq; ſiue Cęli inclementia fiat, ſiue legum pæna, per ſuccos lemonum, per decocta frugum, herbarumq; ac Cerealium imitatæ ſunt vini ſubſtantiam, & virtutem æmulatæ. Suis nanq; illis in potionibus Aromata immiſcentes, introduxère illa eadem attributa in Pateras, quæ nos legitimo, & Terra genito vino, ſentimus (ſi merax bibax) inſerta. Calefaciunt ſiquidem, Vehunt, Nutriunt, Exhillarant, & reliquas dotes ſibi componunt, præter vinoſitatem, omnes, & ad libitum voluptati deſeruientes. Aromatizitatem ipſam deniq; condunt, Aromatis, excultam, quam Auicēnas, ſimplici vno cum Nomine indicauit Generoſorum propriam, ſpiritus nempè viuifici (& ſuo vt abutar vocabulo) Aromatizantis. Sub hoc fortaſſe Artificij Genere redactum, & Protropum Antiquorum, & mulſum, & loram, & melite, & Paſſum, & cætera a Dioſcoride in ordinem digeſta libro ſuo dè medica materia, inter quæ Zitus prima continet, & propria huius materiæ, quemadmodum & Turcarum Sorbetum.

In Partibus deinde vini excolitur artificium, vt in Colore, quem principem fālſificāt; ab Albo in Fuluum: à Nigro in Ruffum tranſmutantes: quo nempè primo, ſpes bona paretur iucūditatis, ac ſalubritatis. Quibus tamen inſtrumentis id attentent prætermitto; qui poſſe artificiata quidem vina parari edoceam, ſed quomodo artificia componas, non propoſuerim demonſtrare; immitatus Hippocratem hanc eandem viam promentem ſua in Diætę formula. Detegere verò ſi optes artificia; id à cæteris vini eiuſdem partibus exceperis, quæ perluſtraueris attentus, vt ſapore, odore, conſiſtentia, facultate. Hæ nanq;

nanq; niſi reſpondeant generi Coloris, præfuit adulter. Odorem, Saporem effingunt iJdem, Sapida includendo. Conſiſtentiam quoq; inficiunt in craſſando Craſſis, attenuandoq; ad libitum depurantibus. Facultatem deniq; polluunt, vel Aromata, vel quid ſimile immergentes. Habent ſiquidem Aromata, parem cum vinis ſapidam Qualitatem; Vnde Aromatizitatem (quod ſupra repetebam) Auicennas exſuccam vini fumoſitatẽ ſignificauit. Vinorum hinc factitiorum Chorus euehitur: quorum vſus frequentiſſimus in Priſca ætate excultus: atteſtante Dioſcoride in prolixa horum memoria altam, extitiſſe horum vinorum curioſitatẽ, inde verò, & Plinius, & Theophraſtus, & Arnoldus, & cæteri quamplurimi accuratiſſimè rem tractarũt. Hac vna freti ſpe: quo ſcilicet immineret alimentoſum medicamentum ad quamplurima morborum genera. Non licet autem meliora dictis illorum in hoc propoſito condere: quare ſi velis horum ad morbos artificia, adeas tantos viros, qui nullis tuis deerunt vnquam optatis. Illud tamen memoria ſemper habeto medicata vina apud Dioſcoridẽ rectè valentibus eſſe ſẽper inſalubria. Quem Virum imitatus Plinius, medicata nunquam memorat, niſi ęgritudinum incidat ſermo. Rationem dicti habeas ex ratione curandi, quæ debetur nunquam ſanis, cũ non inueniant inibi medicamẽta, materiam in quam vim ſuam exerceant, expediendam ſecus, in detrimenta ſanitatis. Quo ſub ſcolio, cenſeo colligi & Corpora neutra, ſiue etiam præſeruatione indigentia: cum neutra Corpora continuo vſu horum Medicatorum vinorum defraudentur bono Alimentationis vinoſæ: & inde fracta præcipitent in partem morbi euidenter. Cæterum medicata hæc vina euadunt in medicamenta, quibus deſeruit vinum, non tanquàm Alimentum, ſed veluti vehiculum in Venas, & abditiora Corporis: vt proinde ſanis Corporibus labem afferant violentia, & pugna: ualetudinis verò opem exturbatione excrementorum. Commiſcendo vina inſimul plura ſibi ſæpiſſimè homo adulatur. At ſeditionem iſta faciunt in Ventre: non ęqualia rurſus apparent per totum ſui Corpus. Commiſcendo quoq; vina cum Aquis, Vnde ſimphoniæ inatæ Dioniſij.

Cæterum modus, & induſtria vinorum conficiendorum ac ſeruandorum, multiplex ſagaciſſima. Albiſſima vina Aquæ

Colore quàm ſimillima; quoties feruentiſſima, offenderis? Id ſiue à gleba eueniat, ſiue à Sole, ab Arte quoq; operatum. Craſſa Vinoſiſſima ſæpiùs experieris. Dulcia, Aquoſa deguſtabis. Sed vltranea ijs affectare non eſt mei, aut ſtudij, aut officij. Sufficiat Capita indicaſſe generalia, in quibus, quò deludat, humanum laborat ingenium. Hippocratis cuius diuini viri me ſum pollicitus pediſſequam, quod ad huius materiæ tractandæ ordinem in libris illis de hominis Diæta, aliud præſtitit nihil, tunc cum ſimulata eius materiæ figmenta ſenſit euelare, ſed per communia progreſſus, hæc eadem propè habuit quæ in vini artificioſi gratiam, ego quoq; exaraui. Tu ſi in vlteriora properes, Agricolas, & Cauponas conſulueris.

PRIMI LIBRI FINIS.

DE

DE
HISTORIA
VINI, ET FEBRIVM,
MAVRITII TIRELLI,
Doctoris, Medici, ac Phyſici.

LIBER SECVNDVS.

Quæ ſint acta in Superiori Libro; & quę in hoc ſequenti proponantur agenda.

CAPVT PRIMVM.

DE Vinorum omnium facultatibus, actum eſt in priori huius Voluminis libro; & poſt longa ſtudia, quam inuenimus in ſingulis virtutem, quancumque produximus in apertum: adiuti armis validiſſimarum demonſtrationum, & præclariſſimorum ſcriptorum authoritatibus, animati. Parata eſt eo loci materia aſtruendæ Arcis, illius Theorematis, Vinum Febricitantibus, qualibet in morbi Conſtitutione propinatum, ſalubre: hoc modò in volumine, Febres adſcitæ: Cum ijs ſcilicet, & cum vino, compoſitum veritatis eius, in ſpectacula humanæ ſalutis, inque documenta venturæ Ætatis medicorum, erectum. Eo quidem in libro eluxère vini ſempiterna bona, non conſeruantia tantùm, integram ſanitatem, quantùm transferentia firmiſſimam, in luxum vitæ beatæ: non vtilia tan-

tùm Corpori, quantùm inſtruendo animum ciuilioribus moribus proficua: non inter Conuiuia tantùm decantanda, quantùm inter ſimplicia medicamentorum, ſublimioribus Encomijs, & roborantis & alentis & coquentis, & vehentis, & aperientis, & obſtruentis, & ſiccantis, & calefacientis, & humectantis, & refrigerantis, & ſemper ſalutaris, & nunquàm nocui, celebranda. Hoc verò in altero, emicabunt eiuſdem vini lumina, multò ſanè ſublimiora; dum ex Febrium eſſentia, ſpeciebus, numero, accidentibus, quantum præſit febricitantibus remedium, innoteſcet vinum. Quamobrem ampliſſimis votis laudabilem futuram, ſummo ſemper Generi hominum molem iſtam nouę contemplationis, ſpero conclamatum. In ſuperioribus diſpoſita bellica. In ſequentibus, hoſtis obuiam excitatur in quem decurrant. Suprà tandem, & Philoſophos, & Humanarum litterarum gnaros compellauimus: Hic medicos ſolos precamur attentos: ſiue ſi ipſi nolint, infirmos erudimus. Quibus vtriſque ſi temerè nihil, in ipſorum officio agendum; palàm per huiuſmodi doctrinam habebunt, temerè illos non actitare, qui vinum Febricitantibus propinant, quale & modò viget viguitque ſemper meum Conſilium: Inique verò illos imperitare, qui vinum Febricitantibus prohibent: quæ hodierna medicantium ſtridet Conſuetudo.

D E   F E B R E.

CAPVT SECVNDVM.

NVlla eſt Fera, quæ humanum Genus infeſtet duriùs, quā febris. Numeres in vniuerſo, quantacunque ſæuiant in noſtram perditionem damna, ea denique ſi Febrem exceperis, quæ prælia nobis miſcent, breuibus conſilijs, & expeditis Armis cauta. At Febris, crepido concuſſum terrore, humanum ſemper genus: & nomine eius horrifico, Curæ accerrimæ conſcindunt pectora ægrotantium. Cæterorum quidem malorum, victa tandem iniuria, & nomen nonnullarum delectum. At verò Febrem qui aliquandò ſubegit, cogitur denuò ab ea-

dem

dem dilaniari. Quam ob cauſam excruciamur adeò ab hac immani furia, quouſque tandem manibus eius iugulemur: animo pariter adeò contorquemur, vt quibus illi conatibus obſiſtamus, quàm ſæpiſſime ignoremus: fruſtrà Hominum aliàs ope implorata: inani aliàs, conatu Naturæ ipſius Aſylo attentato. Hùc propterea medicorum potiſſima intendunt. Hùc veluti in meliorem ſcopum, coniecturæ, cõtrouerſiæ, Theoremata, Aphoriſmi, ingenioſitates, Dogmata, methodi directa. Hanc primam ob perniciem, Medici vndique accerſiti, vbique prælati, ditati. In hanc vnam, volumina Hippocrates aſſurgentia, & inde ſequacium, & Galeni Principis intumeſcentia percurrimus. Nec deſeuit tamen poſt tantos labores aut manſuefacta emolluit Febris. Quinimò de die in diem in medicorum ignominiam, aſperior intabuit. Silentibus ſiquidem terroribus Acutarum, & Semitertianarum, quos Antiquitas horrebat, per hodierna monita magnatum Artis, proſiluere in humanam ſtragem horribiliores rictus Duplicium Tertianarum, Malignarum, Venerearum, tàm perditi ac frequentes, vt veluti Aphricana monſtra, per ſolos Pſillos, queant excantari. Nullus eſt (per noſtros) quamquàm decrepitus, qui prehenſus incendio Febrili, duplici Tertiana, hoc die non comburatur. Nullus quamquàm ſerena degens in Aura, cui maligna non inſidietur. Nullus quamquàm innocens, qui dummodo longa, Venerea non inficiatur. Neque hic ſtat pernicies, ſed à morbo in remedia ſerpit. Deſperantur Priſcorum Antiquata auxilia, quibus per tot ſæcula deuouere fidem Notabiliſſimi ſcriptorum medicinæ; ſolaque temeritas inter noſtros inualuit, ſola ſuperſtitio, vnica malignaque fraus. Quæ vniuerſa ſuadent exiſtimandum, Nihil renunciari poſſe firmi de tanto morbo, nullumque ſtabilitum adhuc remedium, quod infauſtiſſimo eo, quem recepimus, ſtrenuè repugnet. Id quamobrem fiat, vnam ego cauſam exiſtimo æquam, quod cætera quidem iniqua malorum ſydera, quænam ea ſint, cognoſcunt homines, vnde euitant facilè vel reparant. At verò Febris fulmen quod nam ſit, non perceperunt adhuc experitis rerum naturalium vlli. Quo fit vt cum quo nam confligentur hoſte, cum non videant, inania iactent tela contendentes, & defeſſi poſtremò, cęca in lucta proſternãtur. Philoſophi primùm, qui rerum naturalium latiſſima circuunt,

cuunt, vel nihil de hac re protulère, vel inuoluta, & contemplationi potiùs, quàm operationi conſentanea. Inter quos vberiores illi, cum Principe ſuo, ibi aridiores deſtiterunt philoſophari, vbi ſanitatis, ac morbi ſemina pullulare. Non deficit tamen in Cęſare Philoſophorum Cremonino, ad tanta animus; ſed cuncta, inter limina Phiſices ſeuerè nimiùm occludens, viſus fortaſsè Peritiam lædere, & medicinam, à Phiſicis, nullo angulo diſterminaſſe. Medici verò, quibus creditur cognoſcendorum, ac prouidendorum morborum munus, inter ſe quiquetàm diſſidentes ſunt, vt quid verè credẽdum ſit de Febris eſſentia, nullus ſuperſit, qui aut verbis clarè poſſit renunciare, aut euidenter facto affirmare. In eius etenim forma, qui conuenerint, in cauſa demum efficienti altercati ſunt; & quod Demonſtrationibus adnituntur, ſua eorundem practicandi formula, demoliuntur. Res ideò tota confuſa, grandis, ardua, & ferè imperceptibilis relicta. Hippocrates, Plato, Ariſtoteles, Anaxagoras & reliqui inluſtres, Calorem præternaturalem cauſati, hìc conſtiterunt. Galenus & cum eo reliquus Chorus ſibi magiſtro obediens, vno cõſenſu, cum extraneo Calore Putredinem concinnunt. At Putredo hæc, & quid ſit, & in quo nam conſiſtat rerum Articulo, & quo loci commoretur intra nos & quo producatur ſemine, non eodem conclamant aſſenſu: ſed hic obſtructionem recipiens: ille Prohibitam tranſpirationem; alter, Humoris ab vno in alium locum mutationem: alius Cruditatem: hic indigeſtionem: cæteri pro ſuo quique arbitratu alia; in diuerſa abeunt, & in harmonicum inſtrepunt, quod Artem medicam deturpat, & humanam ſanitatem ſuo bono defraudat. Id tamen quod durum non perdit negocium, hoc vnum per me creditur; quod medici omnes de Febribus dum agunt, ſuis cuncti rationibus innixi, ad probabilitatem vſque diſcurrunt. Hanc ob cauſam certè ſapientes. Cum illorum itaque greſſibus ipſe quoque inceſſero, dum in præſentia in Febris Naturam peruenire ſtuduero: qui exprobabilibus, & artificioſis coniecturis, meam ædificatus ſententiam, ſperabo in reliquos locum aſſecuturum, probabilibus communitus. Immò quia non communem ſententiam, ſed talem aliquam à nemine tranſumptam profiteor, potiorem expectabo. Nouam quidem ſententiam, tàm de Cauſa Formali Febris, quam de efficiente, & à nullo adhùc

hùc Doctorũ tactam: at tanto veriorem, quantò ſtabiliorẽ, ob Conſtantiam rationum, & ob practicum medendi negotium cũ quo conſentit penitùs. In qua quidem exponenda, quanquàm ſenſa à modernis, & verba ſimul, longè aliena aſſumam, protectionem tamen ſuæ firmitatis viros celeberrimos afferam, Hippocratem ipſum, Galenum, & Ariſtotilem, quorum præcepta ad verum indagandum in medicina extitère ſemper ſublimiora lumina. Ardentiùs autem id noui audebo, cum deceat (vt cum Feruilio loquar) inueſtigatorem veri, non ſolùm, quæ legerit, ſed quæ ſecum ipſe meditando conſiderauerit, vſuq; crediderit cognitione digniſſima in communem vſum proferre. Sed cum à cauſis, Formali, Materiali, Efficiente ac Finali, ſcientia cuiuſq; propoſiti dimanet, ad Febris hanc indagandam eſſentiam, has omnes cauſas inducemus. Et in Forma primùm elaborantes, videndum quænam Febrem conſtituat. Inde in materialem cauſam tranſitus: tertio in Efficientem: vltimò in Finalem proceſſus. Quas ſingulas ob cauſas vini potus, remedium Febrium fatebimini.

FEBRIS FORMAM ESSE Calorem morboſum.

CAPVT III.

FOrma internorum morborum, quia ſub adſpectum non cadit coniecturali ſolùm, non demonſtratiua colligitur ſcientia; & Iudicij tantùm ſolertia, non ingenij logica vlla patientia detegitur. Docet id Galenus in Arte medica: Coniectura verò lac primùm ſugit ſuę infantiæ ab vberibus externorum ſignorum oculorum ſenſibus, & Tactus apici occurrentium: ſubſequens Galen. doctrina lib. de Conſt. Artis medicæ. Externum autem hoc, quod oculis ſæpiùs, & tactui obuerſatur, dùm circa febricitantem conuoluimur, Calor eſt morboſus vniuerſi Corporis, (quam vocem, medica officina amplexatur,) ſiue Ardor, (quam Lucretius, propriorem fortaſsè, & domeſticam affectui elegit, lib. 3.) Hic ſiquidem Philoſophus externam Corporis lumi-

lumini perfectionem, Voluptatem dixit; nouiſſimam verò, & proximam diſſolutioni, Ardorem protulit. Ab Animæ ſiquidem præſentia.

Poſtremus inquit datur oſſibus atq; medullis
Siue Voluptas eſt, ſiue contrarius Ardor.

Et profectò ſi ex commoderatione elementorũ naſcitur Voluptas; quam claudit atq; abſoluit Calor: diſſolutis quoq; ijs, & perturbatis Calor idem, vt potè inuictus, incendia laxabit, & in Ardorem ebibit. Alij propterea celebres hanc oppoſitam ſanitati Affectionem, quæ Febris eſt, Dolorem dixère, Laborem, Ægrorem, Angorem. Voluptas ſiquidem, ſi ſanitatis fructus ſuauior: Dolor certè, læſionis cenſus, & ſoboles; quem primum in toto, ſubſultante Febre, perſentimus. Et huius certè Hippocrates vocabuli Laboris, Artifex ſedulus in Aphoriſmis; quo tempore Febrem ſignificauit. Doloris verò idem multus, in lib. de morb. Quod ſi in ſingulis, quibus Natura permutatur, aut corrumpitur Dolor adeſt ſummus ille quidem in Febre, & verus, vbi Corpus omne, ſuis in radicibus conuellitur, ac quatitur in Cardinibus. Id verò cum ſecum meditaretur Lucretius loco memorato, digniſſima altiſſimæ ſuæ ſapientiæ reliquit carmina. Quaſſationem hanc, & Doloris ſenſum à Perturbatione naſci docens, omnium, & principalium eorum, quæ ſunt in Corpore: quæ dum ad animam, & penitiora vſquè reſoluitur, ſanguis quatitur, & Viſcera perſentiſcunt omnia, diffugitque tunc anima. Verùm ſi in ſummo quaſi Corpore finis ſit motibus, Vitam tunc retinère valemus, & hæc quidem non indigna medico, qui ad ſecretiores vſq; perductus cauſas morborum, poteſt nobiliora excogitare, vnde ſanitas remoueatur. Verùm, caloris morboſi recepta vbiq. ſpecies, & facies Febris. Quamobrẽ formam Febris Calorem aſſerimus & nos morboſum. Calorem quidem, quoniam febricitante in Corpore, Caliditas cuncta, vt plurimũ occupat. At Caliditas ea, quæ tactu non ſentitur quidem mitis aut temperata qualem requirit ſanum Corpus, ſed ea quæ à læſionibus Corporis immitis comprehenditur, inſuauis, corruptiua. Hanc verò ab offenſa ſanitatis vniuerſalis morboſam iure appellamus. Examines tu, in huius veritatis ſtudium, Arterias, has pulſare inæqualiter in Febricitantibus animaduertes: vt nempè ediſcas inde, principium quò viuimus, cuius

natæ

natæ ſunt illæ principes miniſtrantes, alieno, atq; morboſo, hoc eſt deſtruente ſanitatem Calore, premi: & quod rithmum earum confundat, violentum aliquod ſubeſſe. Spirationi adſis, idem prorſus approbaueris, ſiue magnitudinem ſiue inæqualitatem adnotes.

Tractes manu Corporis membra, & pectora præſertim, vbi Caloris focus ſua vexilla defixit, nec blandum palpaueris, nec mollem, ſed rigidum, ſed aſperum pauebis. Excrementa contuearis, ea turbata colliges, ſi in Alto ſteterit Febris, neque benifico ſuo rectori, obſequium reddita. Actiones deniq; Corporis eius vniuerſas conſideres intentus, & Calorem illũ, à quo vita emanat, agitari affligi conſpexeris; alterum verò à quo Febris, infauſtum nocentem, ſubdoſum imperare. Ex ijs ergo vniuerſis, morboſum Calorem, Febris cuiuſq; formam aſſeueraueris. Idem & medica frequentior Scola credidit. Idem ſectæ quæque medica edocuit. Idem ſanè, quanquàm diuerſis ſub nominum adſpectibus propoſitum propalauerit. Nam pro morboſo, alij dixere Extraneum: alij Præternaturalem: alij Igneũ: alij Aduentitium: alij Alienum: alij Intemperatum: alij Exuperantem: alij Mutatum in Igneum: alij Ægritudinalem: meo quidem arriſit genio morboſum: veluti vocabulum illud, quod ab Ariſtot. adductum, de long. ac breu. vitæ, ingenioſiſſimum aliquod præſeferat: vt illud pariter, quod oppoſitum è diametro ſanitati, oſtendit luculentiùs, vitam febricitantibus, quo nã in rerum ſtatu repoſitam. & profectò ſi per Febrem, totum hominis dolet Corpus: ſi actiones eius omnes, per Febrem ægrotant, aliud nihil coniectare nobis reſtat perquirentibus cauſam tantæ mutationis, niſi quod principium, quo regitur homo, cuſtos inquàm, & ſoſpes Vitæ hominis cor, alieno contorqueatur, ac laboret Calore. Vnde meritò, morbi huius formalem cauſam repetimus, Caloris paſſionem, ſiue Caloris innati morboſitatem.

Huiuſmodi tamen placitum, & ſi receptiſſimum, binæ oppoſitiones reddidere dubium. Quarum prima eſt. Febrium plures dicuntur frigidæ à Galeno, nec aliter quàm frigidæ percipiuntur à medicis vt Lyppixiæ, Epialæ, & Calorem præcedentes febrilem, ſuccenſæ.

Altera eſt. Multæ infeſtant, nullum Caloris veſtigium præbentes,

bentes, nec in Arterijs, neq; in Carnibus: quales viſuntur plurimæ ex Peſtilentibus; plures ſeniorum; non paucæ earum, quæ cum accidentibus impetunt maleficis.

Oppoſitiones iſthæc dedère aliquandò anſam non breuem, diſputationum. & potuère quoſdam ſuadere, qui nugaſſent Febris præſentiam, quo tempore vnum ex iſtis, vel alterum vrgeret. Addas, tantùm hæſitationis inieciſſe, vt cum artis dedecore, non pauci piloſiſſimi, ſecundo potiſſimùm præſente, negarunt Febrem adeſſe, quo eodem tẽpore ignominioſiſſimè, mortem febricitantis inſpectarunt. Stat veruntamen immota veritas ea, Febris formam, Calorem eſſe morboſum. Nam quod primi dicunt, Lippirias ſentiri frigidiſſimas: pleraſque pariter febres, intenſum antecedere frigus, id non tollit quominùs propriam & formalem cuiuſq; Febris cauſam, morboſum calorem denegemus. Frigus ſiquidem illud quamquàm opponatur calori, ſignum eſt tamen caloris naturalis patientis violentiam ſiue morboſitatem. Niſi enim ſubeſſet violentia, illud frigoris accidens, humanum corpus nequaquàm pateretur, neq; ab ea coarctatione in penitiora Corporis, bella tàm aſpera ſentiret.

Sed premit fixiùs id, quod ſecundo loco obijciunt. In multis Febribus, vt perniciosis & mortiferis; tum etiã in ſenilibus, calorem nullum comprehendi poſſe, neq; de calore vt plurimũ conqueri patientes: quibus tamen cum pereant humana corpora, ſuſpicionem relinquunt morboſum calorem non eſſe primò, & per ſe formalem cauſam Febrium, ſed illegitimam, accidentalem. Tu tamen ſecus recogites: quanquàm abeſſet vtinam à vero, quod calore non contrectato manibus, multi ex ſenioribus medicis, non negaſſent Febris præſentiam. Siquidem nec pauci ægrotantium immaturiùs obijſſent, nec medica diſciplina diutiùs lacera torpuiſſet. In tantum enim addicti sũt medici iſti, quiqui ſint pompæ. Galeni de Pulſibus, vt ex ſolis ijſce cum ſomniauerint elici præſagia arduæ huius coniecturę, ſoli & ſingularibus fuerint cumulati iniurijs, inſperato ægrotantis obitu. Multum ij quidem diſcordes ab Auguris, quorũ iudicia Galenus comparauit medicorum prædictionibus: qui non ab vno, ſed à ſexcentis aſpectibus, de futuris coniecturas edunt. Multum inſuper diſtantes ab Hippocratica tutela, quę

Iudi-

Digitized by Google

Iudicium, protulit in medicina difficile; ob tantarum ſcilicet rerum diuerſitatem, quæ in vnumquemq; ſemper coeunt morbum; & ob pondus ſignorum, atque occaſionis tàm varium ac multiplex. Multum denique à Galeni eà cui iurarunt diſciplina diſiuncti, a qua coarguuntur toties, Difficile morborum Iudicium, quoniam ſigna innumera concurrunt, morbum indicantia: quorum grauius, à leuiori arduum contingat diuidere. In Febribus propterea, vni tantummodò inſiſtentes Pulſui, longiſſimum iudicationis negocium, breue reddunt: quantitatem hic Febris, qualitatem, modum, morem, vires, tempora, conſtitutionemq; vniuerſam eius, deponentes. In quibus tamen Pulſibus nihil digni ſcriptis ſuis inuenit Hippocrat. nihil maieſtatis idem locauit Galenus vbi de Criſibus, de diebus Decretorijs, de Prognoſticis; nec Priſca vetuſtas, aut nobiliora ſæcula, memorabilis aliquid conceſsère. Ad ſpirationem pariter ſi extendantur, naturalem eam intuiti, magis confidunt. Quod ſi excrementa polliceantur æqualem fortunam magis adhùc ſpẽ erigunt ſuam, nec vlteriùs procedentes, Febrem tunc abeſſe, fidentiſſimè pronunciant. Verùm qui, ad hæc vſque ſe ſe extendunt, accuratiores. In Pulſibus etenim acquieſcunt negocioſi illi, ſpiſſi gradiſſimi, ſed prauiſſimi ſimul medicantes. Sed morborum calorem, ſimplex Pulſus non ſufficit enunciare, nec cum eo excrementa, aut ſpiratio incommoda: ſiquidem, & animi affectus, & puſilli quique Corporis motus, & mentis labores, id excitare poſſunt damnum, & idem non ſemel, priuatæ alicuius particulæ notabilis aliqua læſio, At qui velit caloris huius morboſitatem, & eius præcipuè caloris, qui ſublimem obſidet Arcẽ noſtri cordis, comprehendere, vnde rectum dare poſſit iudicium de Febre, cogitur ſupra pulſus, & carnis totius Qualitatem, & Spirationes, & Excrementa, & Actiones vniuerſas, diligentiori examine recogitare. Actiones inquàm perpendendæ potiſſimũ, Vitales, & Animales: Quæ cum Ortum habeant primo à caloris vlnis, ſuaq; ab eorundem integritate cum conſtent, debent neceſſariò ab eius ſerenitate florere, à Nebulis verò eiuſdem obtorpeſcere. Huc trahenda vſque contemplatio, ei qui optet morboſi caloris ſcientem fieri: & quod non ſentitur per Tactum in Pulſibus, quod in Excrementis non animaduertitur, quod in ſpiratione non obſeruatur, quod à carnium qualitate non colligitur

gitur percunctandum ab Actionibus & ſpectris, tùm vitalis, tùm Animalis potentiæ: quæ ſcienter interrogata, abſolutam denique dabunt, eius quod ſciſcitaris, notitiam, exquiſitiſſimã. Prognoſticorum itaq; libri à Facie, Decubitu, ſpiratione, oculis, Hippocundrijs, & ſimilibus, ſtabiles, à Pulſu nihil traxère. Et lib. de officina medici Hippocrates, a ſimilibus, & diſſimilibus, à facillimis, a ſenſuum, & mentis atteſtãtibus omnibus, tùm cognoſcendi, tùm præſagiendi, tùm indicãdi fabricam erexit, pulſu ſemper oblito. Non adherendum itaq; illorum ſuaſionibus, qui calorem negant morboſum, eſſe Febris formalem cauſam, ob id conſilia probantes ſua, quod in lætalibus, & ſenilib. plurimis, apice manus non percipiatur calor. Nam niſi pulſu tractetur, lotio aut ſpiratione, perceptus: & demùm examine acri functionum Animæ, tùm Vitalis, tum Animalis; in lucem erutus.

Sed quæres fortaſſis de ſtatu Animarum, ſæuiente Febre exẽplum. Retuli ſupra, turbidum ſe ſe offerre, ac toruum eorum aſpectum: repetam modò, tales huiuſmodi homines, vel languere animo, vel paſſionibus inſuetis cruciari, vel parum pro more loqui, vel aliena ſecum meditari: ſed præter cætera langueſcunt ſemper, tùm cerebri, tùm cordis facies, teſtimoniaq; emicant in vultu, oculis, lingua, quàm longiſſime à ſano ſtatu diuagari Animam.

Adhùc tamen digredi liceat nam recens dubium, eandem videtur diuellere poſitionem. Legimus Hippocratem, Non omnes morboſos calores, ſed incenſiuos tantùm, nominantem Febres. Paruulos verò, per Carentias Febrium, deſcribit. Primo de morb. vulg. Tubercula verò inquit, multis &c. & dictionem proſequens addit, Febre carere. Galen. in comm. verba Hippocr. interpratatus, non quidem Febre carere illud corpus, ſed nõ inſigniter febriebat, vertit. Idem adhùc Hipp. de Acut. & magnis Febribus verba habens, Ignes illas, dicit: de mediocribus verò cum diſcurrit, aliquandò calores ſimpliciter, aliquandò vt dixi, Carentias Febrium appellauit. Dubitationis ergo locus: non omnem morboſum calorem per Hippocr. Febris eſſe formam, ſed aliquem ſolùm menſura ſpeciali puntualiſſimiſque regulis firmum. Id verò ſi prudenter mediteris, aſſertionem noſtram concutit. Verum quidem: at non ſubuertit. Quod

enim

enim dicitur ab Hippoc. monitum eſt digniſſimum obſeruatione. Febres quaſdam, quod dicat Hippocr. Ignes, alias calores, & aliquas carentias Febrium, Febrium earundem diſtinctiones notat eſſentiales. Harum videlicet acutiſſimus, quod teſtantur eius ſcripta, Ignes: mediocritatem ſeruantia, calores: leui tandem tormine torquentes Carentias Febrium, effinxit: rara & perpauca loquutus ſemper excelſus Philoſophorum ac Medicorum Antiſtes, Hippocr. Quas vniuerſas non negat quidem morboſos calores, ſed admonet, diuiſos magnitudine. Quod deniq; in ſententiam traxit Aphoriſm. 6. perdiſcendum præcipiens medicis dolores, qui ſunt in lateribus, & pectoribus atq; alijs in partibus, an multum differant. Nec quia Febrium nomine circumferuntur omnes, ob id vnam curam, vnum ſtudiũ, eandemq; medici methodum expoſcere. Sed ignes, vt fert nomen, ſingularem, ſedulam diligentiam. Calores, vulgarem. Carentias nullam. Et profectò cum ſingulæ Febrium ab vna eademque efficiente cauſa non dependeant, vnam eandemque appellationem, non omnes coercent. A Bilis ſiquidem ingenti copia aliæ, & per totum diffuſæ. Aliæ eiuſdem quidem ſpeciei, ſed à mitiori Copia bilis, & partes quaſdam obſidente, ignobiles. Illæ ergo Ignes merito: hæ verò aliæ calores non iniuria: quæ porrò cum non æquali premant pondere, non vnam Medici implorant manum, ſed illic attentam, acrem; hic verò aliud etiam agentem, & mollem. A tepenti incendio Aliæ, & conſpernabili, ſiue externa tantùm, non intrinſica irradiãte, & nullam anſam ſiue ſuperabilem comminante, quas æſtui potiùs, quàm ſtridori aſſimiles Carentias cum Hippocr. ad ſermonem & proprietatem ſermonis, dixeris Febrium, veriùs, quàm cum vulgo medicorum Febres: quinimò Carentias Febrium cum Galeno. Non Febres verò cum eodem Hippocrate: Hãc propterea arbitror ego cauſam cur deſideremus Hippocr. verſari aliquandò circa puſillas Febres non obiter, ac per tranſennam, quemadmodum facit, ſed ſedulò ac ſollicitus: longiſſimis verò tractatibus cum circa Ignes negociantem vbiq; locorum, admiremur. Hùc ſapientiam ſuam effundit præclariorem: hic inſudans accuratiſſimus poſteros admonet, non minùs operoſum Acutorum ſtudium, quàm dignum Medico facinus, Acutos curare. Vt proindè 1. Acut. ea reliquerit. maximè verò

laudauerim medicum qui in Acutis morbis, qui plurimos homines occidunt, præ alijs inſigniter ad meliorem partem excellat. Neq; id quidem ſine ratione: nam medicus, ſi Naturæ miniſtrat, in illis pariter officia debet potiſſimùm explere ſua, in quibus Natura non ſufficit ſola, quamquàm vigilantiſſima noſtri, ſed vel deficit vt plurimùm, vel ſupprimitur euicta. In Ignibus modò irretitur, vbi contẽdit ſæpiſſimè, impar uiribus: quare hic noſtro opus eſt miniſterio, & medica tunc virtus enitet egregia, ſi profecerit. In caloribus verò, & in Febrium Carentijs, quid calidum iuuat opus, ſi ſuperuacuum? Viceverſa hoc noſtro agitur ſæculo, quamuis Hippocr. Scolam gloriemur frequentare, & ex eius laribus prodijſſe iactemus. In paruis quippe Febribus, in caloribus ſcilicet, & in Carentijs Febrium, tempus & ſtudium conterimus: hic de methodo diſputantes, hic de Indicationibus, de Cura, & de meritis ac ſublimitate. Secus multò ad magnas, quando deuenimus Febres. Ad hanc ſiquidem amouendam conuocati noſtrates, tunc nullis amplius concredũt dogmatibus: ſed veluti in Nocte obuerſabundi, huc illuc motant manus, & conſilia, improuidi. Aliam ſanè nullam cauſam Acutarum, valet hodierna Scola aſſignare, præter malignitatem. Et ſicuti malignitas hæc definitur vbiq; gradus Putredinis, vlterior communi, ità ſublimiori quadam tortuoſitate in experimenta ij medicaminum, modò dilabuntur: modò in ſolum prognoſticum refugiũt: in ſola ſemper Bezoartica, ambagum protectricia adcurrunt: ſanguinem renuunt, maximum quod dicebatur præſidiorum ab Hippocrate vinum exulant, ſceleſtum: à Cibis indifferenter abdicant: in Aſtronomicas deſipiunt vſq; nugas: purgantia, vel quædam interdicũt prorſus, vel quædam in ſuperſtitioſa vſq; exaggerant: alia in ſumma fingunt innumera, exequunturq; amethoda, quæ medicam Artem, & pauperem, & erroneæ falſitatis, ſuſpectã, reddunt: quum per ipſos, ſolida non ſuggerat auxilia in magnis morbis; in paruis autem, vbi ſola ex ſe ſufficit Natura, nugatur magis, quàm puerilem ipſam deceat infantiam. Cõſideres quæſo, quæ ſit Hominis conditio, in magnis agitatus Febribus; diuerſiſſimus à ſe, languens, morti proximus; impetrans tunc vt ſanctiora in ſui ſubſidium expedias, ſibi tunc impotens Natura, obſeſſa, lacera, obruta malis. Tu verò miniſter eius in opem

ferendam

ferendam claudicas? deſcipiſcis? Inſaniam fingis? eneruis, & inconſtans præes? Hippocr. lib. de Affect. qua tuba incaleſcat attendito. *Opus eſt, inquit ad ipſos optima tutela, & exactiſſima curatione.* Ceu hanc monſtret Hippocr. metam, ad quam medicinæ ſuffragia ordinentur, & in qua eminentiam quæritet medicus nomenque excellentiæ. Quam ob cauſam factum eſſe reor, vt totum effuderit ſapientiæ ſuæ flumen ſenex in Aphoriſmis, in lib. Epid. in Prognoſt. & cæteris Acutorum cuſtodibus: qui idem reliquis in alijs, tam vaſta non vſus ſit ſapientia, nec multiplici. Galenus quoque non diſſimili rerum ſenſu prædictus, vbi Acutorum examen incidit longiſſima ſerie altiſſimæ diſciplinæ, lucubratiori multò, quàm in cæteris celebratæ, ſtudio, negocium pertractat. Meliora eius propterea in Comm. ſupra morbos Epid. in Aphoriſm. in Prognoſt. in lib. de Criſibus, de diebus decretorijs. Sed in viam priorū regreſſi, in morboſum calorem inferendum explorandumque, dicamus. Febris eſt morbus, totum Corpus opprimens: ſed quæcunque totum Corpus opprimunt aduerſantur illis, quæ totum Corpus regunt, ac fouent: regit porrò calor naturalis. Ergo, totum Corpus quæ opprimunt ac rodunt in Febre, calor eſt morboſus. Ordinat (vt oppoſita videas) naturalis calor, coquit: morboſus, confundit, corrumpit. Vitam conſeruat naturalis; producit: ſiſtit morboſus, reſecat. Naturalis, puritas ac menſura, vita eſt ſui: Inconcinnitas, nec non ſordes, morboſi, morbus eſt. Quare, Febrem quod trahit, morboſus ſemper calor.

CALOR MORBOSVS

Quid: & diſtinctumne credendum aliquod à Naturali.

CAPVT IV.

IN tanta Doctorum diſcordi concordia, Febris formam aſtruente, emicat veluti ex ventorum Turbine, fulmineum aliquod; quod quidem cogit meditationem ad noua incaleſcere. Id autem eſt, Quid primum ſit calor morboſus. Diſtinguatur ne deinde huiuſmodi calor ab innato, & naturali.

Votum id Medicum, ambitioſè potiùs oſtentarunt alij, quam declarauerint magnificè, & pro propoſiti dignitate: alij incultum reliquère, & veluti ſterile aliquod, ſicco, vt aiunt, pede, præterierunt. Illi fuère Philoſophi, qui amplius multo differentes, vt ſcripſerat Hippocrates quàm medico conueniat, ad Phiſica Elementa quancumque rem medicam protraxère. Hi verò fuère craſſiores medici, qui citrà multò principia medica, ſolis opinionibus communibus inſtitère. medius ego inter vtroſque reor medicum proceſſurum Hippocraticum, qui edoctus à ſeueriſſimo medicorum præceptore libro de Natura humana, ſubtiles non ſecus debet ſua in Arte euitare ſermones, & apices Philoſophiæ Naturalis pertingentes, atque rudos nimis & obtuſos. Horũ verò obtemperauero ego ſemper legibus; ſed potiſſimũ caloris morboſi inueſtigando eſſentiam, & differentias hac in parte aſſignando, aſſensũ ſtudiaq. mea præſtitero.

Calor morboſus (ſi eius eſſentiam quæſiueris) qualitas eſt quædam infeſta Corpori, & eius lædens operationes. Viuificat quippe Naturalis, & in eſſe conſeruat omnium viuentium germina: at verò conſumptionem, & perniciem inducit morboſus. Quamobrem ſicuti qualitas definitur ille benefica: ita morboſus maleficam iure qualitatem aſſerueris. Intimiora modò huiuſce qualitatis, adeò vt propè & tanquàm medicus, non procul, & veluti Philoſophus inſpectes; hæc tibi cum Hippocrate ſunt euoluenda.

Prima humani generis elementa, ad quæ vſq. extenditur medicus Artifex, ſua contemplatus officia, ſanguis ſunt per Hippocratem lib. de nat. hum. Pituita, Bilis, Melancholia. Cætera illa principia, Ignis, Aquæ, Terræ, Aeris; ſiue caloris, ſiccitatis, humiditatis, frigiditatis, primordia vult nouiſſima non quidem humani corporis, ſed naturæ vniuerſalis, in quæ perueniat perſcrutando ſolus Phiſicus, nunquàm medicus conſcendat. Qui propterea Philoſophorum, hominem eſſe vel aerem, vel terram, vel quid ſimile conati ſunt demonſtrare, hos deridet Hippocrates & procùl multò aberrare à finibus medicis, ſiue ampliùs, quam par ſit differere arbitratur. At verò, quicumque humores ſibi prepoſuère ſuarum ſpeculationum radices, hos auſcultat ſeriò, & benemeritos de re medica, vbique commendat. Nec aliter profectò poterat ſtatuere Hippocrates

de me-

de medicis principijs: quippe qui cum ſentiret diſtinctam medicinæ rationem, à Phiſica diſciplina, debuerat ambobus limina finire, à quibus in ſcopos ſuos diuerſus percurreret Conſiliorum proceſſus. Intra hos terminos qui continetur, iure peritus: non is vltrà crepidam: non in aliena meſſe: non communiter, nec confusè de rebus, ſed proprijs aſſignatiſque regulis cuncta pertractans. Cuncta hæc libet præfixiſſe: nam quibus placuit in re medica auſpicari à primis qualitatibus, calore, frigiditate, humiditate, ſiccitate, ijs confuſus admodum laberinthus, tortuoſiſſimuſque meander apparuit diſcurſus de calore innato, & morboſo: hic de elementari, & cæleſti diſputatio infinita: de complexionali, Connato, Influente, immenſa: de ſimplici & compoſito, de corruptibili, & generatiuo, de præparatiuo, & datiuo formæ, & de ceteris ſimilibus, imperſcrutabilis, quanquam perpetua. Ac quibus libitum eſt inchoare in medicina ab humoribus, videlicet à Pituita, Sanguine, Bile, Melancolia, ijs cum Hippocrate nulla rerum diffidentia, nulla de caloris eſſentia ac differentijs ſtabilis inconſtantia, ſed ſumma ſemper axiomatum ſecuritas, firmiſſima vbique humanarum rerum, quod ad medicinam ſpectat, atque inuiolabilis veritas. Quod tandem morboſo in calore non irritum, vt habeas inſtitutum, vide.

Primas ſi eſſe radices medicæ facultatis, circa humanum corpus ſua ſtudia conuoluentis, cum Hippocrate conſentias humores quattuor, calorem quoque naturalem, vtpotè qui in commixtione horum tantummodò humorum comperiatur, ex optima eorundem in ſe inuicem temperatura eſſe natum, opus eſt conſtituas. Hinc itaque dictum optimè, calorem naturalem, qualitatem eſſe quandam, corpori amicam, & eius operationes fouentem, atque ſubminiſtrantem. Vt propterea morboſum ſubinde cogaris, non immeritò decernere, eſſe qualitatem corporis infeſtam, & eius operationes lædentem. Conſiderare veruntamen hunc huiuſmodi naturalem calorem, ſubſtantiam quandam, ab humoribus abſtractam, quemadmodum aberrare eſt à medicis inſtitutis, & in alienam ſegetem, hoc eſt in Phiſica tranſmeare; ita morboſum, ſimplicem veluti qualitatem, abiectis humoribus aſſumere, tranſgredi eſt limites medicinæ, & de

lumini perfectionem, Voluptatem dixit; nouiſſimam verò, & proximam diſſolutioni, Ardorem protulit. Ab Animæ ſiquidem præſentia.

Poſtremus inquit datur oſſibus atq; medullis
Siue Voluptas eſt, ſiue contrarius Ardor.

Et profectò ſi ex commoderatione elementorũ naſcitur Voluptas; quam claudit atq; abſoluit Calor: diſſolutis quoq; ijs, & perturbatis Calor idem, vt potè inuictus, incendia laxabit, & in Ardorem ebibit. Alij propterea celebres hanc oppoſitam ſanitati Affectionem, quæ Febris eſt, Dolorem dixère, Laborem, Ægrorem, Angorem. Voluptas ſiquidem, ſi ſanitatis fructus ſuauior: Dolor certè, læſionis cenſus, & ſoboles; quem primum in toto, ſubſultante Febre, perſentimus. Et huius certè Hippocrates vocabuli Laboris, Artifex ſedulus in Aphoriſmis; quo tempore Febrem ſignificauit. Doloris verò idem multos, in lib. de morb. Quod ſi in ſingulis, quibus Natura permutatur, aut corrumpitur Dolor adeſt ſummus ille quidem in Febre, & verus, vbi Corpus omne, ſuis in radicibus conuellitur, ac quatitur in Cardinibus. Id verò cum ſecum meditaretur Lucretius loco memorato, digniſſima altiſſimæ ſuæ ſapientiæ reliquit carmina. Quaſſationem hanc, & Doloris ſenſum à Perturbatione naſci docens, omnium, & principalium eorum, quæ ſunt in Corpore: quæ dum ad animam, & penitiora vſquè reſoluitur, ſanguis quatitur, & Viſcera perſentiſcunt omnia, diffugitque tunc anima. Verùm ſi in ſummo quaſi Corpore finis ſit motibus, Vitam tunc retinère valemus, & hæc quidem non indigna medico, qui ad ſecretiores vſq; perductus cauſas morborum, poteſt nobiliora excogitare, vnde ſanitas remoueatur. Verùm, caloris morboſi recepta vbiq. ſpecies, & facies Febris. Quamobrẽ formam Febris Calorem aſſerimus & nos morboſum. Calorem quidem, quoniam febricitante in Corpore, Caliditas cuncta, vt plurimũ occupat. At Caliditas ea, quæ tactu non ſentitur quidem mitis aut temperata qualem requirit ſanum Corpus, ſed ea quæ à læſionibus Corporis immitis comprehenditur, inſuauis, corruptiua. Hanc verò ab offenſa ſanitatis vniuerſalis morboſam iure appellamus. Examines tu, in huius veritatis ſtudium, Arterias, has pulſare inæqualiter in Febricitantibus animaduertes: vt nempè ediſcas inde, principium quò viuimus, cuius

natæ

natæ ſunt illæ principes miniſtrantes, alieno, atq; morboſo, hoc eſt deſtruente ſanitatem Calore, premi: & quod rithmum earum confundat, violentum aliquod ſubeſſe. Spirationi adſis, idem prorſus approbaueris, ſiue magnitudinem ſiue inæqualitatem adnotes.

Tractes manu Corporis membra, & pectora præſertim, vbi Caloris focus ſua vexilla defixit, nec blandum palpaueris, nec mollem, ſed rigidum, ſed aſperum pauebis. Excrementa contuearis, ea turbata colliges, ſi in Alto ſteterit Febris, neque benifico ſuo rectori, obſequium reddita. Actiones deniq; Corporis eius vniuerſas conſideres intentus, & Calorem illũ, à quo vita emanat, agitari affligi conſpexeris; alterum verò à quo Febris, infauſtum nocentem, ſubdolum imperare. Ex ijs ergo vniuerſis, morboſum Calorem, Febris cuiuſq; formam aſſeueraueris. Idem & medica frequentior Scola credidit. Idem ſecta quæque medica edocuit. Idem ſanè, quanquàm diuerſis ſub nominum adſpectibus propoſitum propalauerit. Nam pro morboſo, alij dixère Extraneum: alij Præternaturalem: alij Igneũ: alij Aduentitium: alij Alienum: alij Intemperatum: alij Exuperantem: alij Mutatum in Igneum: alij Ægritudinalem: meo quidem arriſit genio morboſum: veluti vocabulum illud, quod ab Ariſtot. adductum, de long. ac breu. vitæ, ingenioſiſſimum aliquod præſeferat: vt illud pariter, quod oppoſitum è diametro ſanitati, oſtendit luculentiùs, vitam febricitantibus, quo nã in rerum ſtatu repoſitam. & profectò ſi per Febrem, totum hominis dolet Corpus: ſi actiones eius omnes, per Febrem ægrotant, aliud nihil coniectare nobis reſtat perquirentibus cauſam tantæ mutationis, niſi quod principium, quo regitur homo, cuſtos inquàm, & ſoſpes Vitæ hominis cor, alieno contorqueatur, ac laboret Calore. Vnde meritò, morbi huius formalem cauſam repetimus, Caloris paſſionem, ſiue Caloris innati morboſitatem.

Huiuſmodi tamen placitum, & ſi receptiſſimum, binæ oppoſitiones reddidere dubium. Quarum prima eſt. Febrium plures dicuntur frigidæ à Galeno, nec aliter quàm frigidæ percipiuntur à medicis vt Lippixiæ, Epialæ, & Calorem præcedentes Febrilem, ſuccenſæ.

Altera eſt. Multæ infeſtant, nullum Caloris veſtigium præbentes,

bentes,nec in Arterijs, neq; in Carnibus: quales viſuntur plurimæ ex Peſtilentibus;plures ſeniorum; non paucæ earum,quæ cum accidentibus impetunt maleficis.

Oppoſitiones iſthæc dedère aliquandò anſam non breuem, diſputationum. & potuère quoſdam ſuadere, qui nugaſſent Febris præſentiam, quo tempore vnum ex iſtis, vel alterum vrgeret. Addas,tantùm hæſitationis inieciſſe, vt cum artis dedecore,non pauci piloſiſſimi,ſecundo potiſſimùm præſente,negarunt Febrem adeſſe,quo eodem tẽpore ignominioſiſſimè, mortem febricitantis inſpectarunt. Stat veruntamen immota veritas ea,Febris formam, Calorem eſſe morboſum. Nam quod primi dicunt, Lippirias ſentiri frigidiſſimas: pleraſque pariter febres,intenſum antecedere frigus, id non tollit quominùs propriam & formalem cuiuſq; Febris cauſam, morboſum calorem denegemus. Frigus ſiquidem illud quamquàm opponatur calori, ſignum eſt tamen caloris naturalis patientis violentiam ſiue morboſitatem. Niſi enim ſubeſſet violentia,illud frigoris accidens, humanum corpus nequaquàm pateretur, neq; ab ea coarctatione in penitiora Corporis,bella tàm aſpera ſentiret.

Sed premit fixiùs id, quod ſecundo loco obijciunt. In multis Febribus,vt pernicioſis & mortiferis; tum etiã in ſenilibus, calorem nullum comprehendi poſſe,neq; de calore vt plurimũ conqueri patientes; quibus tamen cum pereant humana corpora, ſuſpicionem relinquunt morboſum calorem non eſſe primò,& per ſe formalem cauſam Febrium,ſed illegitimam, accidentalem. Tu tamen ſecus recogites: quanquàm abeſſet vtinam à vero,quod calore non contrectato manibus, multi ex ſenioribus medicis,non negaſſent Febris præſentiam. Siquidem nec pauci ægrotantium immaturiùs obijſſent, nec medica diſciplina diutiùs lacera torpuiſſet. In tantum enim addicti sũt medici iſti,quiqui ſint pompæ. Galeni de Pulſibus, vt ex ſolis ijſce cum ſomniauerint elici præſagia arduæ huius coniecturę, ſoli & ſingularibus fuerint cumulati iniurijs, inſperato ægrotantis obitu. Multum ij quidem diſcordes ab Auguris,quorũ iudicia Galenus comparauit medicorum prædictionibus: qui non ab vno, ſed à ſexcentis aſpectibus, de futuris coniecturas edunt. Multum inſuper diſtantes ab Hippocratica tutela,quę

Iudi-

Iudicium, protulit in medicina difficile; ob tantarum ſcilicet rerum diuerſitatem, quæ in vnumquemq; ſemper coeunt morbum; & ob pondus ſignorum, atque occaſionis tàm varium ac multiplex. Multum denique à Galeni ea cui iurarunt diſciplina diſiuncti, a qua coarguuntur toties, Difficile morborum Iudicium, quoniam ſigna innumera concurrunt, morbum indicantia: quorum grauius, à leuiori arduum contingat diuidere. In Febribus propterea, vni tantummodò inſiſtentes Pulſui, longiſſimum iudicationis negocium, breue reddunt: quantitatem hic Febris, qualitatem, modum, morem, vires, tempora, conſtitutionemq; vniuerſam eius, deponentes. In quibus tamen Pulſibus nihil digni ſcriptis ſuis inuenit Hippocrat. nihil maieſtatis idem locauit Galenus vbi de Criſibus, de diebus Decretorijs, de Prognoſticis; nec Priſca vetuſtas, aut nobiliora ſæcula, memorabilis aliquid conceſsère. Ad ſpirationem pariter ſi extendantur, naturalem eam intuiti, magis confidunt. Quod ſi excrementa polliceantur æqualem fortunam magis adhùc ſpẽ erigunt ſuam; nec vlteriùs procedentes, Febrem tunc abeſſe, fidentiſſimè pronunciant. Verùm qui, ad hæc vſque ſe ſe extendunt, accuratiores. In Pulſibus etenim acquieſcunt negocioſi illi, ſpiſſi gradiſſimi, ſed prauiſſimi ſimul medicantes. Sed morborum calorem, ſimplex Pulſus non ſufficit enunciare, nec cum eo excrementa, aut ſpiratio incommoda: ſiquidem, & animi affectus, & puſilli quique Corporis motus, & mentis labores, id excitare poſſunt damnum, & idem non ſemel, priuatæ alicuius particulæ notabilis aliqua læſio, At qui velit caloris huius morboſitatem, & eius præcipuè caloris, qui ſublimem obſidet Arcẽ noſtri cordis, comprehendere, vnde rectum dare poſſit iudicium de Febre, cogitur ſupra pulſus, & carnis totius Qualitatem, & Spirationes, & Excrementa, & Actiones vniuerſas, diligentiori examine recogitare. Actiones inquàm perpendendæ potiſſimũ, Vitales, & Animales: Quæ cum Ortum habeant primo à caloris vlnis, ſuaq; ab eorundem integritate cum conſtent, debent neceſſariò ab eius ſerenitate florere, à Nebulis verò eiuſdem obtorpeſcere. Huc trahenda vſque contemplatio, ei qui optet morboſi caloris ſcientem fieri: & quod non ſentitur per Tactum in Pulſibus, quod in Excrementis non animaduertitur, quod in ſpiratione non obſeruatur, quod à carnium qualitate non colligitur

gitur percunctandum ab Actionibus & ſpectris, tùm vitalis, tùm Animalis potentiæ: quæ ſcienter interrogata, abſolutam denique dabunt, eius quod ſciſcitaris, notitiam, exquiſitiſſimã. Prognoſticorum itaq; libri à Facie, Decubitu, ſpiratione, oculis, Hippocundrijs, & ſimilibus, ſtabiles, à Pulſu nihil traxère. Et lib. de officina medici Hippocrates, à ſimilibus, & diſſimilibus, à facillimis, a ſenſuum, & mentis atteſtãtibus omnibus, tùm cognoſcendi, tùm præſagiendi, tùm indicãdi fabricam erexit, pulſu ſemper oblito. Non adherendum itaq; illorum ſuaſionibus, qui calorem negant morboſum, eſſe Febris formalem cauſam, ob id conſilia probantes ſua, quod in lætalibus, & ſenilib. plurimis, apice manus non percipiatur calor. Nam niſi pulſu tractetur, lotio aut ſpiratione, perceptus: & demùm examine acri functionum Animæ, tùm Vitalis, tum Animalis; in lucem erutus.

Sed quæres fortaſſis de ſtatu Animarum, ſæuiente Febre exẽplum. Retuli ſupra, turbidum ſe ſe offerre, ac toruum eorum aſpectum: repetam modò, tales huiuſmodi homines, vel langue re animo, vel paſſionibus inſuetis cruciari, vel parum pro more loqui, vel aliena ſecum meditari: ſed præter cætera langueſcunt ſemper, tùm cerebri, tùm cordis facies, teſtimoniaq; emicant in vultu, oculis, lingua, quàm longiſſime à ſano ſtatu diuagari Animam.

Adhùc tamen digredi liceat nam recens dubium, eandem videtur diuellere poſitionem. Legimus Hippocratem, Non omnes morboſos calores, ſed incenſiuos tantùm, nominantem Febres. Paruulos verò, per Carentias Febrium, deſcribit. Primo de morb. vulg. Tubercula verò inquit, multis &c. & dictionem proſequens addit, Febre carere. Galen. in comm. verba Hippocr. interpretatus, non quidem Febre carere illud corpus, ſed nõ inſigniter febriebat, vertit. Idem adhùc Hipp. de Acut. & magnis Febribus verba habens, Ignes illas, dicit: de mediocribus verò cum diſcurrit, aliquandò calores ſimpliciter, aliquandò vt dixi, Carentias Febrium appellauit. Dubitationis ergo locus: non omnem morboſum calorem per Hippocr. Febris eſſe formam, ſed aliquem ſolùm menſura ſpeciali puntualiſſimiſque regulis firmum. Id verò ſi prudenter mediteris, aſſertionem noſtram concutit. Verum quidem: at non ſubuertit. Quod

enim

enim dicitur ab Hippoc. monitum eſt digniſſimum obſeruatione. Febres quaſdam, quod dicat Hippocr. Ignes, alias calores, & aliquas carentias Febrium, Febrium earundem diſtinctiones notat eſſentiales. Harum videlicet acutiſſimus, quod teſtantur eius ſcripta, Ignes: mediocritatem ſeruantia, calores: leui tandem tormine torquentes Carentias Febrium, effinxit: rara & perpauca loquutus ſemper excelſus Philoſophorum ac Medicorum Antiſtes, Hippocr. Quas vniuerſas non negat quidem morboſos calores, ſed admonet, diuiſos magnitudine. Quod deniq; in ſententiam traxit Aphoriſm. 6. perdiſcendum præcipiens medicis dolores, qui ſunt in lateribus, & pectoribus atq; alijs in partibus, an multum differant. Nec quia Febrium nomine circumferuntur omnes, ob id vnam curam, vnum ſtudiũ, eandemq; medici methodum expoſcere. Sed ignes, vt fert nomen, ſingularem, ſedulam diligentiam. Calores, vulgarem. Carentias nullam. Et profectò cum ſingulæ Febrium ab vna eademque efficiente cauſa non dependeant, vnam eandemque appellationem, non omnes coercent. A Bilis ſiquidem ingenti copia aliæ, & per totum diffuſæ. Aliæ eiuſdem quidem ſpeciei, ſed à mitiori Copia bilis, & partes quaſdam obſidente, ignobiles. Illæ ergo Ignes merito: hæ verò aliæ calores non iniuria: quæ porrò cum non æquali premant pondere, non vnam Medici implorant manum, ſed illic attentam, acrem; hic verò aliud etiam agentem, & mollem. A repenti incendio Aliæ, & conſpernabili, ſiue externa tantùm, non intrinſica irradiãte, & nullam anſam ſiue ſuperabilem comminante, quas æſtui potiùs, quàm ſtridori aſſimiles Carentias cum Hippocr. ad ſermonem & proprietatem ſermonis, dixeris Febrium, veriùs, quàm cum vulgo medicorum Febres: quinimò Carentias Febrium cum Galeno. Non Febres verò cum eodem Hippocrate: Hãc propterea arbitror ego cauſam cur deſideremus Hippocr. verſari aliquandò circa puſillas Febres non obiter, ac per tranſennam, quemadmodum facit, ſed ſedulò ac ſollicitus: longiſſimis verò tractatibus cum circa Ignes negociantem vbiq; locorum, admiremur. Hùc ſapientiam ſuam effundit præclariorem: hic inſudans accuratiſſimus poſteros admonet, non minùs operoſum Acutorum ſtudium, quàm dignum Medico facinus, Acutos curare. Vt proindè 1. Acut. ea reliquerit. maximè verò

lauda-

laudauerim medicum qui in Acutis morbis, qui plurimos homines occidunt, præ alijs inſigniter ad meliorem partem excellat. Neq; id quidem ſine ratione: nam medicus, ſi Naturæ miniſtrat, in illis pariter officia debet potiſſimùm explere ſua, in quibus Natura non ſufficit ſola, quamquàm vigilantiſſima noſtri, ſed vel deficit vt plurimùm, vel ſupprimitur euicta. In Ignibus modò irretitur, vbi contẽdit ſæpiſſimè, impar uiribus: quare hic noſtro opus eſt miniſterio, & medica tunc virtus enitet egregia, ſi profecerit. In caloribus verò, & in Febrium Carentijs, quid calidum iuuat opus, ſi ſuperuacuum? Viceverſa hoc noſtro agitur ſæculo, quamuis Hippocr. Scolam gloriemur frequentare, & ex eius laribus prodijſſe iactemus. In paruis quippe Febribus, in caloribus ſcilicet, & in Carentijs Febrium, tempus & ſtudium conterimus: hic de methodo diſputantes, hic de Indicationibus, de Cura, & de meritis ac ſublimitate. Secus multò ad magnas, quando deuenimus Febres. Ad hanc ſiquidem amouendam conuocati noſtrates, tunc nullis amplius concredũt dogmatibus: ſed veluti in Nocte obuerſabundi, huc illuc motant manus, & conſilia, improuidi. Aliam ſanè nullam cauſam Acutarum, valet hodierna Scola aſſignare, præter malignitatem. Et ſicuti malignitas hæc definitur vbiq; gradus Putredinis, vlterior communi, ità ſublimiori quadam tortuoſitate in experimentaij medicaminum, modò dilabuntur: modò in ſolum prognoſticum refugiũt: in ſola ſemper Bezoartica, ambagum protectricia adcurrunt: ſanguinem renuunt, maximum quod dicebatur præſidiorum ab Hippocrate vinum exulant, ſceleſtum: à Cibis indifferenter abdicant: in Aſtronomicas deſipiunt vſq; nugas: purgantia, vel quædam interdicũt prorſus, vel quædam in ſuperſtitioſa vſq; exaggerant: alia in ſumma ſingunt innumera, exequunturq; amethoda, quæ medicam Artem, & pauperem, & erroneæ falſitatis, ſuſpectã, reddunt: quum per ipſos, ſolida non ſuggerat auxilia in magnis morbis; in paruis autem, vbi ſola ex ſe ſufficit Natura, nugatur magis, quàm puerilem ipſam deceat infantiam. Cõſideres quæſo, quæ ſit Hominis conditio, in magnis agitatus Febribus; diuerſiſſimus à ſe, languens, morti proximus; impetrans tunc vt ſanctiora in ſui ſubſidium expedias, ſibi tunc impotens Natura, obſeſſa, lacera, obruta malis. Tu verò miniſter eius in opem

ferendam

ferendam claudicas? deſcipiſcis? Inſaniam fingis? eneruis, & inconſtans praees? Hippocr. lib. de Affect. qua tuba incaleſcat attendito. *Opus eſt, inquit ad ipſos optima tutela, & exactiſſima curatione.* Ceu hanc monſtret Hippocr. metam, ad quam medicinæ ſuffragia ordinentur, & in qua eminentiam quæritet medicus nomenque excellentiæ. Quam ob cauſam factum eſſe reor; vt totum effuderit ſapientiæ ſuæ flumen ſenex in Aphoriſmis, in lib. Epid. in Prognoſt. & cæteris Acutorum cuſtodibus: qui idem reliquis in alijs, tam vaſta non vſus ſit ſapientia, nec multiplici. Galenus quoque non diſſimili rerum ſenſu prædictus, vbi Acutorum examen incidit longiſſima ſerie altiſſimæ diſciplinæ, lucubratiori multò, quàm in cæteris celebratæ, ſtudio, negocium pertractat. Meliora eius propterea in Comm. ſupra morbos Epid. in Aphoriſm. in Prognoſt. in lib. de Criſibus, de diebus decretorijs. Sed in viam priorũ regreſſi, in morboſum calorem inferendum explorandumque; dicamus. Febris eſt morbus, totum Corpus opprimens: ſed quæcunque totum Corpus opprimunt aduerſantur illis, quæ totum Corpus regunt, ac fouent: regit porrò calor naturalis. Ergo, totum Corpus quæ opprimunt ac rodunt in Febre, calor eſt morboſus. Ordinat (vt oppoſita videas) naturalis calor, coquit: morboſus, confundit, corrumpit. Vitam conſeruat naturalis; producit: ſiſtit morboſus, reſecat. Naturalis, puritas ac menſura, vita eſt ſui: Inconcinnitas, nec non ſordes, morboſi, morbus eſt. Quare, Febrem quod trahit, morboſus ſemper calor.

C A L O R M O R B O S V S

Quid: & diſtinctumne credendum aliquod à Naturali.

C A P V T I V.

IN tanta Doctorum diſcordi concordia, Febris formam aſtruente, emicat veluti ex ventorum Turbine, fulmineum aliquod; quod quidem cogit meditationem ad noua incaleſcere. Id autem eſt, Quid primum ſit calor morboſus. Diſtinguatur ne deinde huiuſmodi calor ab innato, & naturali.

de medicis principijs: quippe qui cum ſentiret diſtinctam medicinæ rationem, à Phiſica diſciplina, debuerat ambobus limina finire, à quibus in ſcopos ſuos diuerſus percurreret Conſiliorum proceſſus. Intra hos terminos qui continetur, iure peritus: non is vltrà crepidam: non in aliena meſſe: non communiter, nec confusè de rebus, ſed proprijs aſſignatiſque regulis cuncta pertractans. Cuncta hæc libet præfixiſſe: nam quibus placuit in re medica auſpicari à primis qualitatibus, calore, frigiditate, humiditate, ſiccitate, ijs confuſus admodum laberinthus, tortuoſiſſimuſque meander apparuit diſcurſus de calore innato, & morboſo: hic de elementari, & cæleſti diſputatio infinita: de complexionali, Connato, Influente, immenſa: de ſimplici & compoſito, de corruptibili, & generatiuo, de præparatiuo, & datiuo formæ, & de ceteris ſimilibus, imperſcrutabilis, quanquam perpetua. Ac quibus libitum eſt inchoare in medicina ab humoribus, videlicet à Pituita, Sanguine, Bile, Melancolia, ijs cum Hippocrate nulla rerum diffidentia, nulla de caloris eſſentia ac differentijs ſtabilis inconſtantia, ſed ſumma ſemper axiomatum ſecuritas, firmiſſima vbique humanarum rerum, quod ad medicinam ſpectat, atque inuiolabilis veritas. Quod tandem morboſo in calore non irritum, vt habeas inſtitutum, vide.

Primas ſi eſſe radices medicæ facultatis, circa humanum corpus ſua ſtudia conuoluentis, cum Hippocrate conſentias humores quattuor, calorem quoque naturalem, vtporè qui in commixtione horum tantummodò humorum comperiatur, ex optima eorundem in ſe inuicem temperatura eſſe natum, opus eſt conſtituas. Hinc itaque dictum optimè, calorem naturalem, qualitatem eſſe quandam, corpori amicam, & eius operationes fouentem, atque ſubminiſtrantem. Vt propterea morboſum ſubinde cogaris, non immeritò decernere, eſſe qualitatem corporis infeſtam, & eius operationes lædentem. Conſiderare veruntamen hunc huiuſmodi naturalem calorem, ſubſtantiam quandam, ab humoribus abſtractam, quemadmodum aberrare eſt à medicis inſtitutis, & in alienam ſegetem, hoc eſt in Phiſica tranſmeare; ita morboſum, ſimplicem veluti qualitatem, abiectis humoribus aſſumere, tranſgredi eſt limites medicinæ, & de

P 2 rebus

rebus ad ſanitatem ſpectantibus, magnificè, & oratoriè potiùs, quàm doctè & medicè diſputare. Neceſſe ergo cum calorem morboſum tibi propoſueris, non ſimplicem qualitatem, ſed ſubſtantiam quandam calidam repenſare tecum corporis conformationi aduerſam, & eius integritatem perdere natam. & hoc fermè in more loquutus ſemper Galenus cum morboſi huius caloris habuit diſcurſum: ſed in Aphoriſm. præſertim, vt ſexcenta alia prætercam loca febrem fieri inquit, ob conuerſionem natiuæ caliditatis (non autem natiui caloris) ad Igneam; hoc idem meditatus, præceptor, ex ſcola Hippocratis grauiſſimus, quod hic longiùs in febris onetoſum nimis negocium, nos quoque cogitamus. Quod ſi horum diſtraherent aſſenſum, quæ libro de carnibus ab Hippocrate dicuntur. *Et videtur ſanè mihi id quod calidum vocamus immortale eſſe, & cuncta intelligere & videre.* Eundem conciliarent quoque ſi repeteres tecum librum illum non aſcribi Hippocrati qui Galeno fidiſſimo aſſeclæ nullibi veneretur, aut memoria interpretatione ad res medicas dignus recolatur. Quem tamen librum, ſi Hippocraticæ ſaltem ſententiæ dignum formidares, veluti huius noſtri ſæculi doctiſſimus arbitratur Caimus, non ijs adhuc aliqua dictis noſtris infirmitas adueniret: nam ſublimia hæc, ſiue Empedoclis, ſiue Anaxagoræ, ſiue alterius ab Hippocrate repetita, ſapiunt quid ſupremi à medico, & extremos extra fines medicinæ in pompàm Phiſicam cuius eſt ea contubernalis incontinenter excurrunt. Placeat ergo per hæc determinare calorem morboſum conſiderari quidem in medicinam veluti qualitatem quandam; eam tamen diſiunctam nũquàm ab humoribus, nec ſolam aberrantem, ſed perpetuo cum cæteris humorum partibus, & indiuulſam ab illis infeſtantem. Quæ conſonant dictis ab Hippocrate libro de veteri medicina. *Atqui ego hoc maximum ſignum eſſe puto, quod non propter calidum ſimpliciter homines febricitent, neque hoc ſit ſimpliciter afflictionis cauſa, ſed & amarum ac calidum idem; & calidum ac acidum, & ſalſum ac calidum, & alia infinita; & rurſus frigidum cum alijs facultatibus coniunctum: hæc itaque ſunt quæ lædunt &c.* Conſonant præterea principijs medicinæ Artis: ſed primum ijs, quæ & de curatione febrium dicentur, & de huius morboſi caloris à Naturali diſtinctione.

Alterum

Alterum modò ſuccedit, in bona ſanitatis quærendum. Sit ne calor Febrilis idem in radice cum Naturali, an potiùs germen aliud per ſe ſubſiſtẽs, & à Naturali prorſus ſeparatum. Suſtinent plurimi primam opinionem, & communis ferè conſenſus medicorum. Non pauci, & quod reor ipſe, meliores tùm medicorum, tùm philoſophantium, alteram. Illi quidem morboſum fieri per mutationem aiunt Naturalis in Igneum: cuius ſententiæ parentem proferunt Galenum. Hi verò morboſum fieri, peccato quarundam materierum corporis confuſatũ ſentiunt: cuius eſſe aſſerti authorẽ, velim Ego cum Auerroe, & cęteros tùm medicinæ, tum Phiſicæ benemerentes. Vadere me ſcio in exuſta nunc opinionum, vbi nimiùs fortaſsè ardor, ſiccique ingreſſus ſqualent lætiferis calumnijs. At pati pro virtute triſtiſſima, pulchrum. Et inuia hæc qui arbitrantur, ſciant in has, vt dixi arenas Auerroem ingreſſum, in has Galenũ, hic ſpatiatum Ariſtotelem, peregrinatum Hippocratem, illudque eos calcaſſe iter quod à cæteris euitatum, ego optimum ad veritatem, ſecurum ad ſanitatem aſſumpſi. Quos non licet inconſultos præterire Doctores, ne medicationis Febrium pereat ſũma. Remouere enim quanquam cauſam efficientem morboſum ſtudeat potiſſimùm medicus; Formalem tamen, proponit ſibi ſcopum, quem detrudat; quo obeat facto particula morbi, in cuius arcanis anima perſtat morboſæ paſſionis.

Qui eundem conſtituunt morboſum, cum naturali, dicunt exceſſu hos tantùm inter ſe differre: fierique intemperatura, à ſano morboſum, à noſtro alienum ſiue extraneũ, à ſuaui Igneũ, à Naturali præternaturalem. Rurſus verò, quid per naturalem calorem ſibi voluerint vt percipias, plures in humano corpore ſpecie diuerſos, Medici recognouère calores, & triplices in primis, Innatum, Influentem, Complexionalem. Cæſar Philoſophorum Cremoninus, & Alexander forſan, in Problem. hunc deriſère numerum, & Complexionalem, rectorem vnicum officiorum animæ, conceſsère. Pręter hæc Medici, Cæleſtem à naturali diſtinctos reſidère in quolibet humano corpore prędicatunt. Vt hinc ebibas alimenta ea diſcordiæ, quæ permittat nunquàm in centro certitudinis, tua firmari poſſe conſilia, ſed vagari cogant mentem in nugas ſemper, & timores; medicinæ turpia, & curatiuæ artis ingenioſitatis eius, fraudes doloſæ.

P 3 Hunc

Hunc porrò naturalem calorem (quiqui ille ſit) dicũt medici, docẽte Galen. lib. de deff. Feb. 2. mutari in morboſum quinque ad ſummum modis, vel ſcilicet per adiectionẽ materię calidę, vel per putredinem; vel per motum; vel per adhæſionẽ ad rem calidam; vel per prohibitionem effluxus caloris. Cremoninus verò, Philoſophorum Antiſtes, tot primùm calores deriſus, vnicum demonſtratus eum qui miniſtrat corpori vitã eundem, hunc reflectentem in ſemetipſum, ob laborem in materiã febrilem euincendam exertum, augeri in morboſitatem putauit. Quid mihi modo inter tantos Viros? Detur opto ſemel gratia, ni velis authoritatis, ſaltem attentionis. Quod aiunt primùm naturalem calorem illum eundem eſſe, qui alteretur in morboſitatem in febre, vide quas patiatur aſperas difficultates, non Phiſicas illas, nec ſophiſticas ſed medicas, ſed inuictas? In Ephemera, In Ethica, quæ materia? In Imbecillo corpore, cur auctus, vires potiùs non auget, quàm imminuat? Ex debilitate caloris cur Febres? Intemperatus calor, quomodo coquit? Idem, quomodo nutrit? In Febricitante, cur lucta illa per medicos commendata, tàm ad prædictiones, quàm ad curationes inter morbum ac naturam, ſi idem in ſe ipſo torquetur, calor? cur cibum offerimus in vitium tutelam, medicamenta in morbi fugam? Cur toties ab inanitione Febris? Cur refrigerando non abigimus malum? Cur ſanitatem in materiæ coctione adnotamus, quam non imprimit vnquàm affectionem calor morboſus? Cur nullis plenitudinibus ſignis multæ Acutorum? Cur plures Febrium humoralium, & Acutarum, nulla materierum aut euacuatione, aut mutatione, ſanatæ? Hæc & alia permulta condemnant opinionem credentium naturalem calorem, illum eſſe, qui lædatur in Febre, morboſa intemperie. Neque aſſeclas alio vnquam euitaſſe ſcuto audiui obiecta, niſi freti illa ratiocinatione. Quod calor naturalis, etſi irretitus intemperie calidiori, queat tamen aliqua expedire mandata coctionis: eius videlicet, quæ niſi perfecta ſit, perfectionis ſaltem rudimenta oſtendat. Inde addunt, de die in diem ceſſante cauſa morbifera, compleri tandem abſoluta munera, huius requiſiti officij, quod coctionem appellamus; non iudicantem ſolùm cunctas febres, ſed quaſcumq; verſiones ſanitatis gubernantes. Verùm ſufficiat ne huiuſmodi defenſio ad euitandum vulnus tãtarum

oppoſi-

oppoſitionum, iudicent illi, qui præter medica opera, ſpeculatione aſſueuère, ſolerti non minus, quàm medicæ. Si nanq; auctus eſt calor naturalis in febre, neceſſariò ad morboſitatem vſque eleuatus: non enim quælibet intemperies, ſed Morboſa, Extranea, Aliena, Incenſiua, febris matertera. Addas modò: morboſitas opponitur è directò ſanitati, cuius cum ſit propriũ Coquere, ità morboſi caloris inſeparabile attributum ſemper fædare. Ex hoc, ineuitabilis illatio. Nec vinci vnquàm poſſe materiam febrilem, quinimò vitiari quotidie. Nec cibo vllo refici poſſe corpus febricitantis. Vaniſſimumq; expectare valetudinem, per Auroram medicorum, Coctionem. Tot ſentis tela, quæ confodiant vitalia communium poſitionum morboſi caloris. Quod enim attinet modò ad ternas illas caloris ſpecies, ob quas tàm acriter cõtrouerſantur cum Philoſophis, medici, opinor ego, aliud eſſe quidem id contemplari factum inter terminos phiſicos conſtituti, aliud verò inter fines clauſi medicinæ. Poſſunt quidem vnicum ſpecie profiteri in corpore humano calorem naturalem Phiſici, qui rerum naturalium, vt naturalia ſunt, à primis vſq; Elementis perſcrutantur: quo in munere aliam non intelligunt caloris dari ſpeciem, niſi primam illam in elementis compertam, ſimplicem, & ſingularem. At medici, qui in ſpeculatione humani corporis ab Humoribus exordiuntur non à ſimpliciſſimis Qualitatibus, veluti Hippocr. indicauerant documenta, multiplicem poſſunt affirmare calorẽ in corpore, ſubſtantia diſtinctum, quum ſcilicet multiplicem materiam calidam videant, quam longiſſimè differentem, ſpiritum, ſolida, humores: in quarum prima Influentem iure collocant, ob impetentem materiam, in altera complexionalem, & temperamenti, ob ſtabilitam iam membrorum compaginem; in tertia Innatum, ob ſeminis, & primi radicalis humidi in eo principium. Neq; tamen polluuntur per hæc, Phiſicæ ſacra, tanta cum maieſtate à Cremonino tractata: nã medici nos quidem ſumus: ille verò acerrimus nimiùm Philoſophus: nos intra cancellos ſanitatis & ægritudinis incluſi, ille vagus & alacer, in ſimpliciſſimas vſq; cauſas exſolutus. Ruptis quippe Cathenis quibus obligamur ſanitatis, & ægritudinis, quid obſtabit, vel conſentire Temperamenti calorem, propaginem eſſe, & ſobolem Innati, vel concedere ſimplicem dari çalorem Tempe-

ramenti officiorum corporis rectorem: dum ſic cernatur productus ab eo ſeminis, quem intuemur Principem vitæ cuinſque & authorem Reipublicæ Humani corporis? Ariſtot. 2. de Partibus Anim. multorum & ipſe calorum meminit animaliū, cuius ſi vnica ſpecies, quæ fraus Philoſophi? ſed per ſe calor vnus per Ariſtotelem per accidens verò ſiue vt inquit, per Aſſociationē, multiplex. Non dubito hæc vera. At calidum per Aſſociationem, ſi multiplex dubitas ne hoc illud eſſe, de quo medici? materia in qua ſedet calor, ſicuti actionum cauſa eſt diuerſarū, ità tituli caloris inſcia: has verò principes memorant materias medici triplices, à quibus Humanitatis proximiora exordia, Semen, Membra, Cor. Ergo Triplex & Corporis Humani calor, Innatus, Temperamenti, Influens.

Quare (vt noſtra reſſumam) temperamento ſi aſcripſeris febrilem, ſiue morboſum calorem, cæteris illæſis caloribus, quæ inde ratio typi febrium? Quæ Vitæ, quæ Coctionis relicta Anſa? Quæ cauſa immunitatis reliquorum, ſi inter illos cōſortium obſtrictiſſimum? Sed breuia hæc nimium & obſcura. Morboſum calorem neceſſe eſt, ſeparatam eſſe ſubſtantiam ſpecie à naturali, nec inſerere radicem, ſuam in foco naturalis, ſed in materiebus Febrilibus inſiderè: quæ, ſtat in confeſſo, tres eſſe poſſe, ſpiritus, humores, ſolida. Spiritus nanque occupati morboſitate ſuſtinentur ab humorum, & ſolidorum calore. Humores item & ſpiritus ſi vnà torqueantur, ſolida ſceptrum habent vitæ. At ſi cum cæteris & ſolida comburantur ad intima vſque ſui perditur incendio ſtrues vitæ. Id commune & Philoſophorum, & medicorum propoſitum comprobabo.

Ariſtoteles libello eo de vita & morte calorem Ægritudinalem, formam ſtatuens febrium tribus illicò in ſignis indicauit ſe calorem materierum non autem exceſſum naturalis intellexiſſe. Primùm, quia violentæ mortis cauſam extrinſicus aduenire intulit. Tu verò ſi per extrinſicum & aduentitium interpretareris materiam ſuffocantem ſua copia, non autem abſorbentem calore, trepidam innati flammulam, in illud procideres incongruum naturalem quoque mortem impendère nobis ob aduentitia, atque extrinſica, Ariſtoteli abſonum, cum ea ob humidi contingat defectum. Alterum Philoſophi ſignum tale eſt. Senes, inquit paruis paſſionibus moriuntur, ſi enim, ad-

dit,

dit, aliqua intenſio fiat in Pulmonibus ſiccitatis, & terrelitatis extinguitur momentò debilis eorum calor, & obeũt. Hoc mortis genus negabit nullus non prouenire ab extranea cauſa, hoc eſt à Pulmone, inepto qui flabellet caloris naturalis flammas, non autem ab aliqua naturalis ipſius primaria culpa. Ijs verò adiungit properè. *Et morborum quicunque faciunt Pulmonem, durum aut Tuberculis, aut Excrementis, aut Caliditatis Ægritudinalis exceſſu quemadmodum in Febribus crebrum ſpiritum faciũt &c.* Collectio eſt verborum hæc, tracta à ſuperioribus. Quare ſi terrea ſors Pulmonis ea eſt, quæ iugulat calorem: In Febribus pariter, non ipſe ſe ipſum interimet calor, ſed excrementa cordis, ſiue calor morboſus partium ſpiritalium ab ipſis productus excrementis. Tertium longè euidentius ſignum exprimitur Met. 4. Ibi ab externo calore corruptiones pendere ait, Putredineſque. Quæris modò quinam dicatur extraneus calor? Ille certè qui non ſtat in re corrupta, ſui forma & vinculum: at qui ambit ipſam. Ità ſonant eiuſdem viri verba vbi definit Putredinem. Nec aliter ea interpretamur in quibus docet, iuuare coctionem externos calores. Huiuſmodi porrò ſignis ni conquieueris, quæ in fine libelli eius ſparſa leguntur, alia denuò in eiuſdem libelli principio non minus euidentia colligito. Tendit per febres, calor innatus in corruptionem, nec corrumpitur quicquam, niſi aut per marcorem, aut per extinctionem. Horum verò neutrum fit ob propriæ ſubſtantiæ exceſſum: quamobrem neq; in febre ob ſui ipſius auctam qualitatem, in corruptionem procedit. Et de marcore, vt priùs loquamur (Extinctionem enim nemo neſcit ab extranea non prouenire paſſione) marceſcit ignis dupliciter: aliàs diminutus impotens trahere alimentum: aliàs ab ampliore flamma abſorptus, deuorante alimentum. Si Febre modò marceſcit calor innatus primo modo, dubio procul ab alieno calore, nòn ab interno ſuo iugulari, cum pereat ille imminutus Febrili ſin verò febre altero modo marceſcit, hanc ſanè paſſionem expoſuit ſubinde Ariſtoteles non fieri vno tantùm calore naturali aucto, ſed duobus eſſentia diſtinctis, inuicemq; reluctantibus. Cauſam etenim explicans marceſcentiæ huius, *Impotentiam* inquit, *exhalationis & reſpirationis, quia ſcilicet ampla ſemper flamma præuenit conſumere alimentum, antequam exhalatio fiat vaporum eius.* Immoreris hic, & recenſeas

cenſeas corruptionem huius caloris non prouenire ob propriã auctam ſubſtantiam, ſed ob fumoſitates alimenti concluſas ſerenitatem natiuæ obtenebrantes, & vitam innati ſepelientes. Quam rem exemplo cupiens Philoſophus clariorem reſtituere in eoſdem ſenſus inducitur. *Quapropter* inquit, *non ſecus marceſcit minor, ſecus maiorem ignem*. Sed & ipſa per ſe lucernæ flamma impoſita in maiori flamma commoritur. Bini hic certè & diſtincti recenſentur ignes cuius vno & ampliori frangitur vitalis atq; corrumpitur. Quam ob cauſam in febre impoſſibile eſt Calorem febrilem, radicem ſuam implantare in connato noſtro, at verum potiùs per Ariſtot. in materiebus Alimentorum, in humoribus, & fumoſitatibus impreſſiſſe. In quibus longiſſimè inceſſit contemplationibus Galeni, vbi in meth. Putridas febres meditabatur. Sed de hac eadem re, aliàs maiore cum opportunitate. Idem Ariſtot. plura reliquit primo Problem. in febris gratiam monumenta: & ibi quoq; huius diuiſæ eſſentiæ caloris atteſtatus eſt conditionem. Exuperantiam Caloris explicabat febrem. Vnde verò exuperantia erumperet quæritans, violentiam accuſauit, quam quidem 3. Cęli inferri ab extraneo docuit: & non eſſe id quod violẽtiam facit de natura illius corporis, quod violentiam patitur, eodem loci comprobat. Idem interpelatarum frigus dum parat exturbare, multum caloris docet ſuccendi oportere, oleis, fomentis, atq; ſimilibus: quo in opere euenire, inquit, vt naturalis auctus vincat extraneum.

Multum enim addit, ignis, modicum ad ſe agit, & modicum igneum, febris, quæ ſua ſunt verba, habet.

Sed relicto Ariſtot. Auerroem percunctemur. Extraneas tantus Philoſophus, & naturales actiones ſeriò conſpicatus corporis febricitantis, vnum & eundem negauit eſſe calorem eius corporis, quod febre torretur. Sed calorem eum, mixtum aliquod arbitratus eſt ex naturali, & extraneo. Miſcelam verò duarum ſpecie diſtinctarum in vnicam coaluiſſe non imaginatus eſſet vnquàm ſublimis Philoſophus: neq; binas oppoſitas actiones, coctionis alteram, putrefactionis aliam ab eodem ſcatere fonte puriſſimo ac ſimpliciſſimo vnquam credidiſſet. Reliquum ideo vt duos diuerſos calores, numero ac ſpecie, miſcelam ſuam reputauerit. Tantum virum reuiſes tu 3. Colliget: quem eundem conſulas quoq; 7. Colliget; vbi de cura febris putridæ: quo loci

in

in materia febrili luculenter docet inſidere extraneum, illumq; inſeri inibi addit ob excrementiam ſui naturam quam quidem poroſitatum inducit clauſura. Tuum modò eſt coniectari, naturalis habeat ne ſedem in viſcerum ſubſtantia, quod commune extat Conſilium Medicorum.

Galenus planius multò, quàm Auerroes, aut Ariſtot. ſeparati huius caloris febrilis confirmat veritatem in libr. de diff. Feb. *Genus* inquit *Putredinis Alterum fit ſuperante Natura, vt in Inflammationibus viſitur, in quibus redigit natura morbificam materiã in Pus &c. Alterum verò putredinis genus fit ſuperata natura, cum ſcilicet vis, cui demandatum eſt officium coquendi, adeò imbecillis facta eſt, vt nullam facere poſſit in putreſcente humiditate trãſmutationem, vel ob propriam partis imbecillitatem, vel ob humorem ſupramodum vitiatum.*

Superare hic & ſuperari, diuulſa prorſus. & partis imbecillitas, humorq; vitiatus, materiam deſignaret & ſubiecta diuerſorum calorum, morboſi nempè, & naturalis ſiue integri. Hippocrat. deniq; lib. de Vet. med. Non offendere protulit febres ob calorem tantùm, ſed ob aſſociatas ei potiſſimùm qualitates Amarorem, Craſſitiem, Aſperitatem, & ſimiles, euidentiſſimè ſignificauit ſuam hanc eſſe ſententiam de calorum iſtorum diſtinctione in febricitante corpore. Quod videlicet calor febrilis is ſit, qui ſcatet ex humoribus febrilibus, non autem qui à temperamento, aut qualitate, aut quantitate mutato deriuat. Hæc enim, hæc ſanè humoroſitatum conditio & lex innata, vt obtemperantes calori noſtro, gratam edant conſenſionem, at indigeſtæ ſiue confuſæ incendantur (quod in euacuatis obſeruamus) neq; inde noceant tantùm incendio quantum ſecundis aliquibus qualitatibus, vt potè Aſperitate, ſubtilitate, groſſitie, acrimõnia, viſciditate, lètore multitudine ac ſimilibus. Scio diuidi febres per Galenum in materiales, & in immateriales: quo in dicto corruunt momentò, quę de ſede huius febrilis formæ apparata explicaui. Veruntamen ſcio quoq; materialis, & immaterialis vocem, accipi à Galeno non quidem pro ſubiecto in quo ſtent neceſſe eſt abſolutè; ſed pro humorum ſubſtantia. Quæ etenim in humoribus non ſtabiliuntur veluti Ecticæ, & Ephemeræ has immateriales vocat. Eas verò tantũmodò vult materiales quæ in aliquo implantantur humorum. Quãobrem

ra-

ratum in aliqua ſemper materia inſitum calorem morboſum in qua naturalis calor ſuas non enutriuerit radices. Nam quia ſolidis in membris firmauit hinc ſolida ſi per totum ſui corpus ad intima ſcilicet vſq; ſua aſſenſerint morboſo calori per eundem Galenum, & per reliquos Artis præceptores ad ſanitatem impoſſibilis regreſſus: expugnatis nempè ſalutis cuſtodibus extremis, & diſſipatis diſiectiſq; cuneis vitalium, vita repentè erepta.

Per tantos ergo Viros, decet reluctari hodiernæ medicorum ac Philoſophorum ſententiæ, exiſtimãtium Febrilem calorem, morboſum, illum naturalem eſſe mutatum qualitate, ſiue quantitate: & nouo excitati conſilio prodere, morboſum hunc inſertum eſſe in humoroſitatibus. Naturalem verò radicitùs occludi in ſolidis. ſic etenim Galenus ſcripſit comm. 2. epid. in 1. tex. 46. *Etenim protenſa eſt per ſolida Corpora natura, quæ illorum eſt virtus concoctionemq; a ſolidis corporibus ſanis, humores conſequuntur; nam ſi hæc ipſa ægrotent, in habitu iam hic eſt morbus ac nonnullos in extremum diſcrimen perducit.* Hic ſoſpes vitæ; ille inſidiator, & hoſtis: Hic integer beneficus ſemper, ille impurus maleficus diù. Hic noſter; ille alienus. Humoroſitates porrò iſthæc, ſiue materiæ calentes in Ephemera ſunt, ſpiritus, in Ectica, ſolida, in Putrida vt dicunt, Humores. Pondus documẽti huius, ius habet in cunctas medicorum ingenioſitates. Hinc ſiquidem curandi eius morbi norma, & methodus princeps, qui orbem rapit curationum. Hinc luctantium in corpore febrili hoſtium, ſecura prognoſtica. Hinc in multum, non in modicum, vt te componas medicum præſidia. Si nanq; in amouenda materia Febrili, foco formæ Febrilis, ſolers aderis, quantis licet inſtrumentis, primo remediorum impetu totum proſternes malum: ſi pariter fragilem, & concuſſum naturalem calorem, non impiger ſuſtentaueris, cuncta te emeritum ſtadia laboris, egregium ad finem in humanæ nempè ſalutis primam felicitatem, quæ ſanitas eſt, profiteberis.

VI-

VINI POTIONEM VTILEM Febricitantibus ob Febris Formam.

CAPVT V.

MOuimus vini agmina, eo Conſilio vt deſcenderent in Febricitantium ſubſidia. Adeſt modò petitum tẽpus, quo concurrant inuicem febris,& vinum; videatq; orbis quantum ſit vinum, quum audaciſſimam eſſe febrem, perfidiſſimamque conſpexerit. Ordinant medici remedia curatiua febrium, tribus intenti obiectis; Morbo, Morbi cauſa, Viribus. Hic in morbum quem explorauimus, arma vini concitanda: & an facere poſſit in eum impreſſionem, ex amborum æquilibrio meditandum.

Inueteratus abuſus medicorum, cauſam vini prohibendi in hac repoſuit diſcurſiua fallacia. Quæcunq; calefaciunt corpus, febrem augent: Vinum omne calidum; ergo Vitæ necis reũ. Meliora hi non verſant; optimaq; ac tutiſſima hæc opinati, alio quolibet munimine deſerunt incuſtodita. Verumtamen quam facili cadant inſultu conſideres. Non cuncta vina, calida, ſed merum, quod ſuperioris Voluminis continent approbata. Nec quantalibet huius quantitas, ſed immodica, crapuloſa. Falſum ergo illud, vinum omne nocuum febricitanti, quoniam calidũ. Irritum præterea, & columen alterum propoſitionis. Cuncta febrem augent, quæ calefaciunt. Neque enim omnis nocuus febricitanti calor, ſed extraneus. Neque porrò calefacientia vniuerſa in vim extranei tranſeunt, ſed plurima in vim cedunt naturalis. Perſtat primùm, quia febris formam ſtabiliuimus calorem ægritudinalem, eumq; & rationibus, & authoritatibus diſtinximus à naturali. Ægritudinalem præterea, corruptiuũ poſuimus, voracem natiui Alimenti euentationem, & refrigerationem, impedientem; quem quidem locauimus in materijs corporis, aſperis illis, inæqualibus, incenſiuis; quibus ſenſus inuehitur doloris, ob corpulentiæ potiùs habitũ, quàm ob qualitatis acumen; docente Ariſtot. 3. de part. Anim. prouenire id à

cun-

cunctis, quæ per Accidens calida ſunt. Calida enim per ſe vt Flamma, ampliùs quidem vrit; at Feruens aqua amplius tactu calefacit. Flamma fortaſſis, & caloris natiui, incenſiua magis; ſed incenſionis eius, quæ coquit, alit animat. Verum flamma feruidæ bilis, ſiue ebullientis, ſanguinis, ſiue etiam Pituitæ corruptæ, ſenſum dolentiorem imprimit, ob materiam & ſubiecti ſui habitum ruuidiorem. Quærimus hanc ob cauſam Alimenta mollia in vſum febricitantium, quod docuit Hippocrates, tunc quandò ſcripſit, victus febricitanti cuilibet humidus: & Tarentinus ille apud Celſum, quandò ſana corruptis miſcenda ſuaſit: quo aſperum illorum ſenſum temperarent. Opinati ambo, materierum calorem, & inconditam ſuam corporeitatē, eam eſſe, quæ febricitantem lædat: vt Hippocr. quoq; de vet. med. Non lædere febrem ob calorem tantùm, ſed ob alias qualitates materia mixtus &c.

In has verò materias tranſmutari vinum impoſſibile, quod modicè, & cum prudentia bibatur. Quando quidem, & ſua ſuaue eſt qualitate, quanquam calidum, & ſubiecto molle, & partibus fluxile, delicatulum: vnde in calorem quidem naturalem refocilandum pronum: in morboſum verò fouendum, vndequaq; ineptum. Vndè pariter ſua caliditate innoxium ſemper Febricitanti. Perſtat adhùc & alterum, quia morboſum calorem ampliabunt, quæcumq; materiam ditabunt eam cui morboſus inſidet. At fugit hanc vinum, ſubitque naturalem. Quamobrem ebibitum, in Ægritudinalis robur nunquā tranſibit, at properè in vires naturalis. Fugiat verò materias morboſi caloris vinum, ex eo patet quod de ſua Nutribilitate ſuperiori adnotauimus libro. Excrementis id exutum omnibus: læuì præditum materia, molli, ſuaui, obſequenti cuicumque ſanæ volubilitati: in ſpiritus paratum; in puriſſimum ſanguinem diſpoſitum. Sed quæcumq; obſtinato nimium animo, arrepta continuas, tàm de vini virtute, quam de febris forma, extrahēt tamen praua illa, quæcumq; lib. de Ca. morb. à Galeno in eiuſdem vini propoſitum excuduntur. Alimenta inquit quæ procreant calidum affectum in corpore, opere precium eſt, vt ſint calida: nec calida tantùm, ſed & acria, & immoderata, & imbecillo corpori ingeſta. Hæc enim eius verba leguntur. *Et quidem calidæ potationes immodicæ veluti vini veteris, & Acris, imbecillo*

corpo-

Digitized by Google

corpori liberaliùs ingeſti, cauſam vt homines febricitarent attulerunt. Hęc tu ſanis ſcripta non febricitantibus addes: optime quidem dictum. Neq; enim ipſe, aut vetus vinum, aut Acre, aut immodicum propinandum propono, ſed imbecillo corpori Imbecillum hunc, moderatum: in quo calor nullus, vis verò plurima ſubſtantiæ ad febrem debellandam: hoc eſt ſubſtantiæ mollities, æquabilitas trailientia, humectatio, frigefactio, conſenſio, contemperatio; prædicata per ſuperiores cõfirmata diſcurſus. Neque vbi calor deeſt, poterit vnquàm febrilis calor, calorem elicere, vnde ſupercaleſcat. Eam autem ſi timueris ebulleſcentiam, quam horret primo acut. Hippocr. eam quidem damnabis, non iniquè in immodicitate: ſtagnant ſiquidem facilè immodica, & indebileſcunt: ſed modicum, & imbecillum, traijcit, & veluti Ptiſana contemperat corruptelam materierũ. Quæ vniuerſa fiunt rata ex diſciplina eorum, quæ traduntur ab Hippocrat. in illis de vict. acut. Neque inſtituerim illud, ad ſitim febris omninò delendam, ſed ad victus neceſſitates adimplendas; quæ ſi voluère per Hippocratem, non quidem nihil dandum, vt antiquorum aliqui, neq; replendum, vt Petronas, ſed aliqua præſcribenda alimenta, quæ magnas vtilitates afferunt, nempè & Ptiſſanam & cremorem, & mulſam, & ſimilia: profectò eximium inter huiuſmodi recenſebitis & vinum, ſi æquanimi illud perpendetis. Vnde quemadmodum habent ea, leges ſuæ quantitatis, ita & vinum ſua in menſura datum, fore ſaluberrimum, non negabitis; ſubit quidem iura cuncta Ptiſſanæ, & meliora quoque, dum ſuperioris libri dicta habeant vitã; quare ſi ſalutaris Ptiſſana, multò ſane ſalubriùs vinum. Si immunis à peccato Ptiſſana opportuna, longè intemeratiùs vinum, eo tempore datum, quo Ptiſſana. ſique poſtremò longè ſemotum ab augẽdo calore febrili Ptiſſana, cæteraq; illiuſmodi Alimenta; ſemotiſſimum ab eadem iniuria ſemper vinum. Formæ itaque febrilis ratione, tanto minùs obſtat vt noceat, quod potiùs, & faueat ſanè integræq; parti, & febri, calore ipſo, ſuæque materiali vinoſitatis ſubiecto reſiſtat.

DE

DE FEBRIS MATERIALI CAVSA.

CAPVT VI.

DVplicem materiam ſubſterni rebus, inuenère Logici. Alteram dixerunt materiam in qua. Alteram materiam ex qua. Priorem nominauère ſubiectum. Poſteriorem, illius diſciplinæ Inſtrumenta: ſubiectum in exemplo, ſi quæſiueris medici negotij, illud eſſe exiſtimaueris, Humanum corpus ſanabile. Inſtrumenta verò quæ nam ſint ſi percuncteris, reſpondebūt, medicamenta, Chirurgica Diætetica. In præſentia, materialem cauſam febris quæritantes poſteriorem ſpeciem materiæ omittimus, & in quo ſedeat primo ſubiecto febris, ad rationem eius aſſignandam, inueſtigabimus. Eſt itaq; vt ſummatim dicam cor primùm, deinde reliquum corporis ſpiritus, humores, ſolida, febris cuiuſq; ſubiectum. Cor quidem primum: eo ſiquidem illæſo, reliquum corporis impoſſibile eſt vt damna febris perpetiatur. In qualibet autem febre, corpus turbatur vniuerſum. Ergo cor primum agitari, conſentaneum. Reliqua ſiquidem corporis, vitam ſumunt, & complementum à Corde. Hic nempè ſuo afflatu, ſenſum & vitam, veluti mundo ſol, corpori irradiat. Ignitur etenim non ſecus in corde humanus calor, atq; in Sole mundanus perficitur. Neceſſariò itaq; à febris forma patitur primò cor, alieno nempè calore vexatum; vt ſcilicet quæ ſuo ſubſeruiunt imperio functiones quæq; corporis, ægritudinem contrahant.

In hanc ſententiam conuenère omnes. Et qui tranſſultum ſanguinis Venarum in Arterias dixère febrem; quemadmodum qui pariter locis quibuſdam humeſcentibus in corpore, ſiue relaxatis, ſiue violenter humectatis, Venis & Arterijs propter cōfluxum, ac violentiam concutientē inter ſe ſpiritus ac humiditates, veluti Ariſtot. in Problem. qui pariter Putreſcentiam & vniuerſalem inflammationem; veluti cum Galeno frequens ſcriptorum Scola, idem omnes poſuère. Non ignorantes, eam eſſe cordis dignitatem quæ ſedet procellas corporis, firmum, & idem

idem quaſſum, tempeſtates ſuſcitet. Inſumma foret impoſsibile, non lædi principium, in paſſione totius. Principium profectò corporis cor: quo circa princeps in Febre obſeſſum cor.

VINVM VTILE FEBRI OB Cauſam Febris Materialem.

CAPVT VII.

EA eſt Cordis dignitas ad Vitæ munia obeunda, quæ ip ſorũ, & Platonicorum ſententia principatum in membra cætera corporis facile exerceat. Ea itaq; in conſeruando corde debet flagrare vigilantia, quæ cæteras ſuperet aſſiduas, & obſcuret accuratiſſimas. Vinum repeterem ſublime hic cordialium, ni anteriora id abundè explicaſſent. Relegeris itaq; vltrò ad ſuperiora; & in primo libro Capite de vini cordialitate conſulas de firmando corde per vina. Neq; febrilis calor deterreat: nam & imbecilla ſubeunt in ſoluendum terrorem, animandamq; tenuitatem conſilij; & parſimonia Nobilium tollit quamlibet læſionem; & copia beneficiorum, peccata quæq; emendat, ſi peccatum vllum in ſobrietate vnquàm inuentum; & ſpecie poſtremò caloris vinoſi, ſpeciem febrilis abolet. Vitam ſcilicet elaborat ſemper vinoſus calor, quam ſemper atterit febrilis. Quæ ſi vera examinaueris, hoc ſolo nomine cordialitatis cogeris cunctis in febribus in vina ſollicitari; in quibus primò & ſemper ſi Corda laborant, nunquàm & nuſquam poterunt per vera præcepta, vina ceſſare.

DE FEBRIS PROXIMA CAVSA Efficiente ad mentem Aliorum.

CAPVT VIII.

ILlud totum circa quod negociatur medica Ars, efficiens videtur eſſe cauſa morborũ, & ſanitatis. Contemplatio enim

Digitized by Google

ſpeciei cuiuslibet morbi, vt Galeno placuit lib. de Art. cõſt. in illud ſtudium inhiat, vt correctionem adeat. Nec corrigimus vnquàm, niſi Efficientem potiſſimùm cauſam remoueamus. Quam ob cauſam Galenus in Arte medicinali auſus eſt negocium curatiuæ Artis iiſce ſimpliciter verbis colligere. *Hoc autem vniuerſum Genus (curatiuæ videlicet) circa humores præcipuè negociatur, quos neq; lentos, &c.* Ex quibus patet cauſam ex qua morbi ſpecies prodeunt, quam dicimus efficientem, ad eum exſurgere eminentiæ gradum, vt præ ceteris nobiliorem veneremur, & horribiliorem pertimeſcamus. In ferociſſimo itaque febris morbo, ſi alibi ſtudiosè, perſcrutabimur hanc quàm ſtudioſiſſimè: quò ſcilicet, in morbi originem intenti, illùc noſtra remedia citò expediamus: & quaſi in propatulo pugnantes cõtra mortem, vires, artes, & theſauros medicos oſtentemus. Efficientes has febris cauſas habuère per medica documẽta multiplices diuiſiones: externas enim, & internas recẽſuère prinũ medici: mediatas deinde, & immediatas memorauère, hinc Coniunctas, Anteriores, & ſimiles permultas commentati recepit vſus, & percoluère Scolæ: in quibus fuſus Galenus. Quam quæro nunc febrilis pænæ, immediata eſt, & adæquata febris. Plura tamen febrium genera fecère, Ephemeram, Hecticam, Humoralem. Ephemeræ atq; Hecticæ cauſas efficientes, quoniam vt plurimùm impreſſo morbo abiere, non curarunt. At quoniam humoralis cauſam hanc, ſemper comitem habet; & talis inſuper huiuſmodi febris frequentior, & ſeuior adeſt, eam hinc plurimi fecerunt, vt contemplati ſunt enixiùs, & poſt ſeueriora ſtudia promulgarunt. Huius ergo ſtatuère putredinem proximiorem cauſam. Nec conſenſus medicorum vnus hanc efficientem ſtabiliuit, ſed Galeno imputauit, & Principi attribuit. Putredinis porrò formam explicantes non amplius Galenum ſed Ariſtotelem 4. meth. docentem petunt præceptorem: & Interitum caloris natiui definiunt ab extraneo inductum. Quod ſi interrogares de modo iſtius putredinis humorum, fortaſsè Ariſtot. etiam omitterẽt, & Galeni lectionem repetentes dicerent, eleuari aſſiduè à maſſa humorum calidorum vapores, vt fit, qui exhalantes liberum ſinunt, purum & temperatum humorem, vnde quies & ſanitas ipſorum. At ſi ob aliquod obſtaculum, vt puta, obſtructionis effumare deſi-

ſtant, tranſpiratio protinus prohibetur, & ſanguinis maſſa, alieno confunditur. Hinc ſuffocatur ſincerus calor, & ex eius paſſione putredo generatur, ex qua demùm febris. Hæc leguntur apud Galenum 11. meth. cap. 8. Tali ſubiecto immutabili ſibi fundamento, tollendis quoque obſtructionibus incumbunt curando, vt nempè prohibitam liberent ventilationem. Putredinem deindè vel tollunt, vel corrigunt. Tollunt quidem euacuatione; Corrigunt verò emendatione. Tollunt factam vt dicunt: Corrigunt quæ eſt in fieri. Denique morboſum ſoluunt Calorem. Compendia hæc communium placitorum, & eorum quæ recepta ſunt, non deponenda. At quia ſuperioribus quoque ſæculis dubitatum, ſi vera ſcribit Trallianus, & de loco putredinis, quem aliqui ſolas venas credidère: & de humoribus putreſcentibus, quos alij ſolam Bilem, Alij ſolam Pituitam voluère; & de affectione quam patiuntur humores in febre quam aliqui nunquàm aſſenſerunt poſſe putredinem dici: idcircò ne mihi datum vitio, ſi contrà communem ſententiam declamauero, & quam ſint falſa iſtorum dicta demonſtrare enitar.

AVTHORITATES SVMMORVM Philoſophorum ac Medicorum, confutantes communem opinionem eorum, qui aſſerunt Putredinem, cauſam efficientem Febrium Humoralium.

CAPVT IX.

DEceat ne veri gratiam maioribus obuerſari docuit vulgatiſſimo illo adagio Ariſtoteles: Amicus Socrates, Amicus Plato, at Veritas Amica magis. Scio veruntamen non cuilibet, ſed Ariſtoteli tanta concedi. Verum non mihi, ſed Euidentiæ credendum velim: qua quidem fretus, Putredinem

humorum, è medio ſanè tollemus in febribus, & in eius locum, veriorem aliam efficientem cauſam; magnam nempè Confuſionem, ſufficiemus. Auctoritas primùm id iubet. Ratio deindè demonſtrationis. Denique ipſa practicandi, & curandi vtilis antiquavè conſuetudo. Auctoritates præſtò adſunt ſummorum Virorum, tùm medicorum tùm Philoſophorum Platonis, Ariſtotelis, Auerrois, Anaxagoræ, Eraſiſtrati, Epicuri, Auicennæ, Galeni, Hippocratis, Dioclis, Cariſti, Praxagoræ, Criſippi, Herophidi. Hos certè, non leget vllus amicos huius ſententiæ, quod Putredo ſit efficiens cauſa febrium humoralium.

Plato præ cæteris ſapientiſſimus, cui quidem Galenus nō auſit in hoc rerum præſertim articulo contradicere. Hic inquam, vt Philoſophum decebat, naturalia cuncta perluſtrauit ingenij alis perniciſſimis, quidvè viderit in Naturæ ampliſſimo Theatro altiſſimo genere dicendi, ad perpetuam ſapientiæ gloriam reportauit. In eo itaque ſuorum Voluminum, qui dicitur Timæus febrium efficientem cauſam veſtigans (quanquàm nominum ſagaciſſimus Author) non protulit putredinis vnquàm vocem. *Cum quattuor illa, inquit, ex quibus compactum eſt Corpus Terra, Ignis, Aqua, Aer, horum non naturalis exceſſus, defectuſq; & ex loco proprio in Alienum translatio per quam quod ſibi conueniens eſt non tenent, inteſtinam quandam ſeditionem, & morbos inferunt.* & addit. *Quandò enim præter Naturam vnum quodque fit aut transfertur, caleſcunt vtique, quæ ante frigebant, arida madent, graueſcunt leuia, & cætera omnia ſimiliter permutantur. Solummodò verò idem aliquid ſibimet, ſecundum idem atque ſimiliter, & debita proportione ſeruata accedens, vel decedens permittit ſe idem ſibi ipſe ſoſpes integrumque manere. Quod autem àberrat, ſiue accedendo, ſiue decedendo mutationes varias, morbos, corruptiones infinitas inducit.* Nullibi hic quidem vox putredinis auditur: at vbilibet certè vox ſeditionis & confuſionis reſonat. Neq; in propria de febrium cauſis ſentētia, aliter locutus diuerſa à ſuperioribus protulit vnquàm, ſed iiſdem inſidens. *Quando* inquit *Corpus, Ignis, potiſſimùm exceſſu languet, continua febre laborat: quādò verò Aeris, quotidiana diſcreta: Aquæ, Tertiana, propterea quod Aqua ſegnior eſt quā Ignis & Aer: Terræ demùm exceſſu quartana; Terra ſiquidē omnium tardiſſima cum ſit quarto gradu, temporis circuitu quarto feruet*

defer-

Digitized by Google

deſeruetque, &c. Vocis exceſſum hic cauſatus Galenus in ſuis illis de Placitis non impugnauit, quanquàm acriter expugnauerit inſe&iturq; nomina illa Aeris, Aquæ, Terræ, Ignis. Quinimò ad collaudandam vocem, & paſſionem Humorum, pro exceſſu reddidit redundantiam: tanto à viro; tantaque à vi veritatis non auſus diſcrepare: quem Virum compulſi ſunt ſequi, & Marſilius, & Plotinus, & Iamblicus, & cæteri omnes ſapientiſſimi Academicorum; apud quos nunquàm leges vocem putredinis, at perpetuò Intemperantiæ, Exceſſus, Seditionis, Inconſtantiæ, Confuſionis.

Ariſtoteles primo Problem. Violentiam accuſat humorum: vt præceptori ſuo conſonet, ſcribentis vt diximus à locorum mutationibus ab inteſtiniſq; ſeditionibus, frigidum calefieri, denſum rarefieri, leue aſperari & ſimilia permutari longius ab antiqua ſui conſtitutione, violentia ſcilicet induĉta. Idem rurſus 2. de Gen. Anim. mala Vitam hominis deſtruentia recenſitus, à materierum ipſius confuſione vitam cõformantium prodidit. Et lib. præterea de long. & breu. vitæ quoq; & morte: nullam aliam attulit cauſam morborum, Febriumq; niſi eandem hanc quam in lib. de Gen. dixit, confuſionem. Et iterum in Problem. ſeĉt. 1. quanquàm ad conciliandam valetudinem, reliquerit ſcriptum, reddenda eſſe corpora rara; atque in illis quæ placidæ ſpirant cunĉta ſalubria incidere; quæ verò immota manent, & intranſpirabilia Putreſcere in morem Aquæ immotæ: putreſcentia porrò morbum committere, attamen ſi attentè perlegeris, percipies putredinis hanc vocem non vſurpaſſe Philoſophum pro ea quam volunt iſti medicinæ ſcriptores: hoc eſt pro putredine 4. meth. ſed hanc eſſe aliam ab ea quam longiſſimè diuerſam, quæ non quidem propriè, ſed impropriè meruit vocem putredinis; & quæ confuſio verius dici debeat Humorum, quam putredo. Quod verum vt fatearis antecedentia eius verba repetas in eodem ſcripta Problem. *Aut enim* inquit *nullum excrementum exiſtet; aut quod extiterit quàm primùm excernatur danda eſt opera; Corpuſque eſt ſemper ita regendum, vt ſimulatque excrementum admiſit, habeat qua parte illud excernat, ſitque motui deditum, non quieti.* Cernimus ijs in litteris, vocem Putredinis dici de illa materia, quæ mixtùm eſt quoddam ex Excrementis, & humore

veni. Sic enim lacus, quos in exemplum adducit dicuntur corrupti & putridi. Cæteræ ſimiliter aliæ humorum ſentinæ non euentatę: quoniam ſcilicet Aquæ illorum non ſunt ſimplices, ſed commixta ſecum tenent excrementa, quæ ad puritatem effluere, ac tranſpirari deſiderabantur. Quod ſi vocem denuò putredinis enitaris tua cum definitione interitum caloris natiui interpretari, quos quæſo conatus, quam violentiam nō franges? Non hic caloris natiui interitus; non extranea violentia caloris: nullius mixturæ diſſolutio: ſpe reſtaurationis irrita. Cui quidem problem. conſentit prorſus Galeni vox 11. meth. prolata, quandò putredinem induxit in propoſitum. Cæterū 4. meth. idem Ariſtot. tunc quandò Vrinas, Aluiq; purgamenta à ſua natura remota eſſe definiuit, non dixit putrefacta ſed indigeſta. Vt inde clariſſimè pateat eas corruptelas quæ in corpore noſtro fiunt humoroſitatum, vnde febrem inferimus, nō eſſe dicendas putredines, quare neq; ſtatuendum efficientem Cauſam Febrium, Putredinem. De Part. deniq; Anim. 3. exhalationes inquit, ex Cibo adhùc incocto eleuari, quæ ſi cum puro & limpido Igne Natiui Caloris commiſceantur (cui reparat periculo ſeptum tranſuerſum, ſe ſe veluti ſcutum opponens) confunditur ille, & Febrem parit. Quo enim tempore miſcentur illę exhalationes cum vitali calore, tunc obtenebratur, cōſpurcaturq; conſpicuitas eius illincq; operum ſuorum error oboritur: dolor inde in corpore, ſpirituū error, morbus totius. Hunc quidem Cibi funum idem Ariſtoteles alio nomine calorem appellat aduenticium: nomen quidem Galeni atq; noſtratum familiare. Obortæ iſtinc febres diuturnam ſæpiùs exhibent moleſtiam: ſigna pariter præbent plura in vrinis, inq; pulſibus, & in Accidentibus quamplurimis, febris humoralis: quam tamen non quidem à putredine naſci docet Ariſtoteles, traditq. ratio, ſed ab alia cauſa, quam ſatiùs turbationem naturalis Caloris diceremus.

Auerroes, digniſſimus qui in memoratorum ſedeat Corona; ſuam quanquàm medendi doctrinam à Galeno videatur tranſumpſiſſe, nihilominùs à Galeniſtis diſcrepat longiùs hanc ob putredinis Vocem. Locus eſt 4. Collig. cap. 27. Hic in Febrium humoralium naturam indagandam intentus Auerroes; & in cauſam earum efficientem ſtudioſiſſimus, cum in illud

voca-

Digitized by Google

vocabulum incurrit putreſcentiæ, ait putrefactionem hanc febrium, non eſſe veram illam quam ab Ariſtotele accipiunt vno concentu omnes; ſed hanc aliam quandam exiſtere ſimilitudinariam. Quippe, inquit illa ex metheoris, non recipit digeſtionem, ſiue mutationem ad vtilem humorem, cum hæc altera Febrium recipiat digeſtionem. Quam ob cauſam hanc appellat eximius Philoſophus, putrefactionem cum digeſtione. Nec contentus tali vocis correctione Galenum quoque accuſat, qui putredinali poſtmodum calori attribuerit cauſam circuituum atq; ordinis. Is etenim contra Phiſicas Regulas, ijs quæ præter naturam ſunt, ordinem concedere videtur.

Anaxagoras (referente id Ariſtotel. 4. de part. Anim.) Bilis nimiam abundantiam; non autem putredinem, recenſuit cauſam efficientem febrium humoralium. Cum enim inquit, ipſe redundat Bilis, effunditur ea in pulmones, in venas, in coſtas, in pectus: quibus inhærens locis, vult vellicari partes illas nobiliſſimas: ex quo & calor & dolor ſequentes, perniciem apportant eam, quam febrem nominâmus. Quam cauſam etſi redarguat Ariſtotel. eam nihilominus comprobat Practicantium experimentum: & Galenus lib. de admiſt. anat. confirmat. Is vbi de Felle; deponere veſicam felleam, ſuum excrementum docet in cauitatem eam, quæ ſub ventriculo immediatè conſtituitur: cuius amplior copia, in ventriculum quoque non raro irrumpit: Vomituſque accidentia tunc prodit, Angoris, in acutis febribus animaduerſa, ſæua cuncta, & horribilia à quibus nomen ſumpſit acuitas. Biliosa præterea, per Aluum & lotium excitantur; lingua patitur ſitis rabiem, pulſus inquietudinem, caput furorem, totum denique corpus æſtum, Fracturam. Indicia certiſſima, non quidem putreſcentiæ, vt dicunt, ſed Bilioſæ redundantiæ. Neque abre Anaxagoras iſte aſſenſum dedit antiquis illis qui credidère, longæuitatem Vitæ produci in ijs, qui felle carent. Nam, difficile non eſt comprobare, minùs ſubiectum eſſe febribus, qui de eiuſmodi Excremento, minùs participant; cum experimentum practicantium medicinam id atteſtetur; & idem Hippocrates fortaſsè voluerit, quandò febres omnes, naſci ex Bile profitebatur. Et hoc illud eſt quoque quod Iuuenalis ſignificauerat ſat. 10. partem felicitatis ſcribens, Neſcire iraſci: ad hoc ſcilicet ne Vitæ

dies decurtarentur. Tantum quoque tribuit Ariſtot.huic Excremento, vt veneficæ id eſſe Potentiæ voluerit. Si nanque cordi appropinquauerit aiebat breuiſſimo illud ſpatio interimere. Nec ab alio humorum vllo poſſe tot pati cor iniuriarum affirmabat, quot à Bilioſo: vt potè qui ſua tenuitate in venas facilè ſubeat, in Arterias, in ſinus cordis ipſius ſe ſe inſinuet: qui vellicat Acuitate, feruore incendit, immobilitate cuncta confundit. Ex quo illud arbitror ego euenire, quod in lætalibus febribus animaduertimus; cuncta ſcilicet in exterioribus partibus tranquilla, intrà verò incompoſitiſſima. Fieri enim hoc debet, vt Ariſtotel. innuit ab Excrementi Bilioſi motu, non quidem in ſthomacum, caput, aut venas, quod ſui eſt moris, impetentis, ſed in cor: vbi ſuam quam dixit virulẽtiam exerens, cæteris incontaminatis Viſceribus, dum cuncta apparent ſana, enecat hominem inſperatò. Solui etiam huiuſmodi febres obſeruaui acutas, vt plurimùm, non ſanguinis emiſſione, nec Aquæ potione, aut Alui lubricatione atque diæta tenui, ſed Bilis, aut per Aluum, aut per Vrinam eruptione, aut per vomitum. Quibus clauſis ſcaturiginibus des quidem tu, quantum volueris ex decantatis Confectionibus, ſiuè Aquis aut Chimicorum cordialibus, in irritum omnia. Poſſideant nanq; quamuis ſacram laudem, antequam tamen ſubeant in penitiora idm inflictum ſentis vulnus & vires proſtratas expaueſcis. Siue etiam quam preſcribis quantitatem minimam, impoſſibile eſt pugnaturam contrà valentiſſima robora innundantis Torrentis Bilioſarum immunditierum. Hic inquàm Humor ille, qui præpotens expurgatione, non incantamentis vincitur. Sed Quid Ago? Bilis in exceſſum per Anaxagoram, non humorum putredinem cauſatam effectiuam manũ febris.

Eraſiſtratus, cum cæteris concors, eius opinionem referente Galen.lib.de Venæ ſect.aduerſus Eraſiſtratum, exceſſum menſuræ humorum non putredinem celebrat vnam, proximamque cauſam huius febris materialis. Quem virum quamuis Galenus vbiq; locorum damnet, vbiq; vituperet, non damnauit tamen confertiſſima ſecta medicorum in Ciuitate ampliſſima litterarum Theatro, Roma, ſed habuit Philoſophos ſui illius nominis laudatores non incelebres. Is ſanguinis multitudinem in venis clauſam inculpat, qui oſtiola venarum occludens in Arterias

tranſultat: vbi ſpiritus rectores corporis perterrens, tumultum edit eum, quem febrem nominamus. Nihil prorsùs diuerſus ab Ariſt. hic Philoſophus, qui 1. Problem. ſicuti alias dicebamus, Conciliatore Cõmentatore. Locis, inquit, quibuſdam humeſcentibus in corpore, hoc eſt relaxatis, & violenter humectatis venis, & Arterijs propter confluxum ac violentiam concutientem inter ſe ſpiritus ac humiditates illas, excitatur inflammatio, ex qua inde febres. Hinc arteriarum error manifeſtus. Hinc ſanguinis fortaſsè emiſſio cauta. Et idem Eraſiſtratus referente alio Galeno exiſtimauerat febris cauſam, motum eſſe ſanguinis conceptacula ſpiritus ſubintrantis, nullo febrientis aſſenſu factus. Hunc, vt mare cum nullis ventis infeſtatur quieſcit; cum verò præter modum aliquo vento impellitur, fluctuat: ſic in corpore cum ſanguis excitatur ſpiritus conceptacula petit, ibique calefactus totum corpus incendit. Neque ijs contentus Eraſiſtratus, alio loci ægrotare nos opinabatur ob alimentorum vel nimietatem, vel inconcoctionem, vel incorruptionem; quẽ ſequuta eſt multitudo, in cuius ſtudijs, nil aliud videmus, niſi circa alimenti vel coctionem, vel euacuationem inſiſtere. Ab hoc ergo longe amota putredo.

Epicurus, & cæteri eius hæreſis Philoſophi, ſi credis Lucretio, non putredinem, ſed humorum turbam voluère cauſam febrium. Perturbari ſiquidem conſonantias commutarique poſituras canit principiorum. Libro etenim tertio in animæ gratiam hæc

Prima cietur enim paruis perfecta Figuris:
Inde Calor motus, & venti cæca poteſtas
Accipit: Inde Aer: Inde omnia mobilitantur:
Tùm quatitur Sanguis: Tum viſcera perlentiſcunt
Omnia: Poſtremis datur oſſibus atque medullis,
Siue voluptas eſt, ſiuè eſt contrarius Ardor.
Nec temerè huc dolor vſq. poteſt penetrare neq. acre
Permanare malum, quin omnia perturbentur
Vſq. adeo, vt Vitæ deſit locus, atq. animæ
Diffugiant partes per caulas Corporis omnes.
Sed plerumq. fit in ſummo quaſi Corpore Finis
Motibus: hanc ob rem, vitam retinere valemus.

Neque

Neque ij Philoſophorum tantùm in numero, ſed illi iidem, qui Celſo ſcribente, magnam illuſtremque laudem in operibus medicinæ ſunt adepti.

Diocles, Inflammationis, Abſceſſus, ſiue vulneris alicuius interioris accidens eſſe Febrem putauerat. Qui pariter, cum ex inæqualitate elementorum, quibus compoſitum eſt, morbos oriri velit; Febrem certè primam morborum, ex humorum confuſione fatetur natam.

Alcmæon, ſanitatem dum ſtatuit Simmetriam caloris cum ſiccitate frigore, & humiditate, itemq. dulcedine amaritudine, & id genus alijs; Febrem non aliunde naſci poteſt adſtruere, niſi ex diſſolutione, & ſeditione ſocietatis iſtius.

Hippocrates vt medicos demum diuertam nunquam Putredinis nomen recepit: exquiſitiſſimus ille ac breuiſſimus rerum Nomenclator. Sed ſemper cauſam efficientem Febrium prolaturus, vel multitudinem vt 4. de morbis: vel humoris qualitatem vt libr. de vet. medicina in medium adduxit: vel aliquem ex humoribus peccantem exuperantia & Bilem potiſſimùm: vnde Febres omnes à Bile. Sed præter cæteros locos, in libr. de nat. hum, mala homini aduenientia à dolore oriri primo parente edocuit. Exitum ſiquidem humorum à ſuis limitibus; motum eorundem in loca ſibi non deſtinata, menſuram excedentem, doloris cauſas enunciauit: quod repetiuit Plato in Timæo, & Ariſt. in Problem. reminiſcebatur. Et hunc, propinquã cauſam laboris morboſi, hoc eſt Febris ſubiunxit 4. de morbis: vt propterea Aphoriſmos omnes inſeminauerit ſemper vocibus laboris, & doloris, vice eà, febris. Illa autem omnia abſq. putredinis infectione offendere quis negauerit? Redundare humores poſſunt, nec tamen putreſcere: cum multa & pauca bilis, vna & eadem ſpecie ſit bilis: id quanquàm verba Galeni in lib. de diff. feb. videatur infirmare, quod infrà & ipſe conſiderabo. Mutare eundem locum, nec tamen ad putreſcentiam vergere, cum locus non faciat putredinẽ, ſed interitus humoris, quemadmodum vultis. In ſumma putredinis Nomen ante illius ſæcula optimè cognitum, ſi proximam tenet cauſam febrium humoralium, non video cur à viro diuino, in vſum non vocetur. Cumque tantum virum accuſare, aut inuidiæ, aut inſcitiæ peccatum extet, ideò relinquitur mihi exiſtimandum, Hippocrat.

paren-

parentem medicinæ, non ſenſiſſe efficitricem cauſam Febrium, putredinem; ſed alia à putredine longè diuerſa. Aliquam quidem eius mentionem init lib. de morb. vulg. ſed quid ſibi velit per illud nomen Cap. de maligna febre ſignificabo. Interim cogites, cognitam ab eo materiam, nec in diſcurſum febrium introductam, niſi in epidemicis, indicare aliquid neceſſariò horum duorum. Vel ſcilicet quod communitati febrium non inſeruiat. Vel certè ineſſe aliquid in epidemico affectu diſtans plurimùm à cæteris febrilibus morbis.

Poſt Hippocratem antiquiſſimi illi, Cariſtius, Praxagoras, Criſippus, Erophilus à præceptore ſuo edocti febres omnes ſanari coctione atteſtati, medicamentis aſſiduè ſuis moliebantur in qualibet febre coctionem. Quo ex propoſiti lumine licet videre ſuum hunc viguiſſe de Efficientia Febrium conceptum, cruditatem maximè pertimeſcendam: ſiue vt Hippocrates de vet. medicina humorum confuſionem; & iſta Celſus adnotauit.

Aſclipiades, ab ijs nihil prorsùs diuerſus, conuellendas vires ægri principio indixit: hoc ſanè conſilio, vt natura incumberet vniuerſa in morbum, & cruda coqueret: Cruditatem ſcilicet, & confuſionem ſibi conſtituens, prouidendo febribus euincendam. Meatuſque eos corporis obſtructos accuſans, apud Galenum libr. de Trem. frig. & dalp. hanc eandem prorſus annunciat febrium conſtitutionem, confuſionem videlicet.

Celſus vetuſtatis curioſiſſimus, nullam traxit moram in febrium diſcuſſione, quia vocabulum putredinis non percuſſit vnquàm purgatiſſimas aures ſuas à maioribus prolatum. Quo in meditando cunctaretur.

Auicennas, putreſcentiam quidem memorat humorum, & febrilem huius effectum non prætermittit. Sed ſenſum vocis alium affert ab iſtis, qui ſtatera Ariſtotelicæ definitionis eam præponderant. Vbi ſiquidem putridam ſpeculatur tàm ſimplicem, quàm peſtilentialem, miſturam eſſe patefacit alienorum, & incompatibilium in ſe inuicem: more Hippocr. lib. de Aere, Aquis, & locis, vbi putreſcere ob id quàm primùm aquam pluuialem ſcripſit, quod ex pluribus congregetur ac permiſceatur.

Quinimò ex mente Haly, Putreſcentiam humoris intra venas,

nas,

nas, continnationem eſſe explicat alicuius alieni humoris, cum perfecto & vtili. Lib. nec non 4. fen. primo vbi de Cauſone, putreſcentiam Cholerae, & ſalſi Phlegmatis in vltima quaeque explorans, quidq. ſit talis eiuſmodi humoris putredo reportans; Putredo inquit, colerae in cauſone eſt acuta quaedam cholaera mixta cum multa aquoſitate. Salſae verò putredo, eſt aquoſitas phlegmatis cum cholaera amara. Vndè nil clariùs ad confuſionem ſub oculos ponẽdam. Idem prorsùs licet perlegere in cap. de Febre ſanguinea, vbi putredinem ſanguinis ſuam, confuſionem noſtram vindicat, multitudinem accuſando, aut oppilationem, aut cum aquoſitate miſcelam. Mixtura verò quomodò patitur id quod ſit, vel ab oppilatione vaſorum, vel ab imbecillitate partium, vel ab ineptitudine alimenti dici poteſt ab extraneo calore introduci? Neque igitur per Auic. putredo, in culpa febrilis paſſionis.

Galenus demùm, vir ille, quem longiſſima ſaeculorum reuolutio venerata eſt magiſtrum rationalis medicinae, in lib. meth. 11. profitetur quidem hanc efficientem cauſam, putredinem: ſed eodem loci definitionem putredinis afferens, longè diuerſam ſtatuit à putredine Ariſt. decantata. *Putredo inquit, mutatio eſt totius ſubſtantiae ad corruptelam à calido externo*. Contextus verborum par Ariſtoteli ſed quam ſubijcit explanationem ea impar prorsùs. Sanguis, addit, ſua innata nàtura fumidã quandam euaporationem emittit, quae quandò impeditur ob aliquã obſtructionem partium, per quas exhalat, euaporatio illa retrocedit in parentes humores, & inficiens illos, impuram reddit compaginem; quae ob id agitatur concutiturq. ob inaequalitatem, & incompatibilitatem; & febrem inde ſuſcitat, calidum motu augens, ſiue alienum ob ſeditionem, atque excrementa: Haec ille: quae excutiunt à ſe longiùs Ariſtotelicae definitionis attributa. Ariſt. Interitum poſuit genus putredinis: Galenus mutationem ſubſtantiae; hancque interpraetatus mutationis vocem mixtionem puri cum impuro pronunciauit. Ariſt. ambientem, cauſam ſenſit efficientem eius; Galenus materiam expurgandam accuſauit. Qua ergo ſimilitudine obligantur? vel itaque vera putredo ea non eſt, quam patiuntur in febribus, vel horum Philoſophorum aliquis aberrat. Sed poſthabitis ijſce, quae fortaſsè ſufficerent ad refellendam commu-

nem

hem ſententiam cauſæ huius, alia quæſo inquiramus eiuſdem Galeni Teſtimonia, quæ meam ornent,& repleant ſententiam. Lib. de diff. feb. & de Criſibus, vel putredinis obliuiſcitur, vel putredini diffidit, quandò contingit effectricis febris cauſam recitare. Quanquàm enim putredinis vocem aſſumat ad ſignificandum humorum vitium, nihilominùs ſe ipſum poſtea dilucidans dictione, vbi de diff. feb. reddit vocem multò diuerſam ab eo quod noſtri habeant ſcriptores Ariſt. definitioni ſemper appliciti. Primò ſiquidem lib. de diff. feb. cap. 6. cum Athænei & ſequacium commendaſſet conſultum, quorum ea viguit opinio, quod omne febrium genus, ex humore natum, ab illorum putredine ſcateret: deindè contendens hanc putredinis faciem euelare hæc ſubiungit. Humorum putredo, quæ in vaſis fit, ſimilis eſt ei, quæ in Inflammationibus, & Abſceſſibus elaboratur. Dicamus modò. Sed quæ in Partibus in exemplum adductis generatur, germana negatur putredo, & eius minera quam monſtrauit Ariſt. Ergo febrium hęc, vera nequaquàm putredo. Quòd rurſus vera hęc Inflammationum non ſit putredo, eadem Galeni ſubiecta verba declarant.

Duplex eſt autem, inquit, *in huiuſmodi collectionibus Putredo & ex duorum generum miſcela, alia tertia ſecundum ſpeciem euariat: Quoniam & innumerabiles miſcelæ modi in eo quod magis & minus, alterum genus ſuperat, & ſuperatur reperiuntur. At duorum iam dictorum generum alterum fit ſuperante Natura, alterum ſuperata. ex ijs porrò duobus tertium illud emergit, quod dicebat variari ſecundum magis & minus. Sequitur inde: & ſuperante quidem Natura, ſicuti in Inflammationibus, Pus: in humoribus autem, qui in Venis, & Arterijs continentur, quoddam quod proportione reſpondet Puri, ſubſidens in Vrinis.* At talis quidem putredo, non ſimpliciter quidem putredo, ſed aliquid in ſe continet Coctionis. En Galenum in hoc primo genere negantem veram putredinis Fabricam, quæ tamen eadem viſitur in Febricitantibus, ſi credimus eidem Galeno & Hippocrati ſecundo Aphoriſm. 47. quem introducemus infrà in teſtimonium. *Sed & alterum* inquit *genus eſt Putredinis, cum ea vis cui demandatum eſt coquendi officium adeò imbecillis facta eſt, vt nullam amplius facere poſſit in putreſcente ſuperfluitate ad optimum tranſmutationem.* Et hoc quoque alterum genus negat Galenus veram putredinem, quando in ſubſequentibus

Digitized by Google

bus vitium humorum id appellet. Vitium quidem,non putredo:quoniam vel impares adueniunt,qui ab imbecilla facultate coctrice tranſmutari poſſint in vtilem ſuccum,vel ſua eorundem natura,vitioſitatem claudant, ineptam quæ in ſucci bonitatem tranſmigret. Si ergo neutrum horum generum,legitima putredo, neque certè tertium genus reſultans ex ambobus, ex legitimæ domicilio. Talia inquàm leges in libr. de diff. feb. ſed euidentiora proculdubio ſecundo Aphoriſm. 47. Hippocratis ſiquidem Pus appellat putredinem febrilium humorum: *Dum Pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis quàm iam confecto.* Et Galenus in comm. vt hanc febrium materiam eruat in lucem,ab obſcuro latebrarum Corporis auocatam; Pus inquit ea eſt affectio quam patiuntur humores febriles. Et ne cogitet aliquis idem eſſe Pus, atque putredinem, eas ſic ſeparat. Pus ortum habet ex ſanguine,qui ſemimala inficitur tranſmutatione; putredo ortum habet ex ſanguine,vel humore alio,qui malam ſimpliciter patitur tranſmutationem, & olidam. Ita vt tres dentur ad ſummum tranſmutationes ſanguineæ maſſæ. Alia in Nutrimenta partium: & hæc optima illa, quam Natura ſibi proponit, integra illa, optimaque exiſtente materia nutribili. Secunda in Pus ſiue aliud Puri ſimile, quod viſitur in vrinis & hæc ſemimala quidem tranſmutatio,adueniens vel ob materiæ vitium,vel ob naturam imbecillam. Tertia in putredinem inutilem & inimicam prorſus ſubſtantiam. Et hęc ob materiæ ſanguineæ vitium, & ob calorem ſimul naturalem,ſuccumbentem extraneo materierum. Modò febres per hanc Galeni & Hippocratis ſententiam, ſequantur ne ſecundam aut tertiam trāſmutationem humorum,fit per verba Aphoriſmi euidens. Dolores ſiquidem,& ordines eorum obſeruantur in febribus:id verò ab alio impoſſibile fieri, quàm à naturali calore coquente & alterante; qui in ſecunda tantùm non in tertia præeſt tranſmutationis officina; quo circà ſecundam, non tertiam ſequuntur febres humorum tranſmutationem. Poſſibile tamen fieri, & febres à tertia ſpecie tranſmutationis, ſed illæ quidem inſenſiles, & mortiferæ prorſus, quales eſſe cernis peſtilentes, non frequētes, nec multæ, ſiue quas dicunt vulgares malignas. Non illæ quidem ab excellentia putredinis natæ,vt aiunt, ſed à vera putredine, vt loquitur hic Galenus & Hippocr. meminit in epid.

Carent

Carent verò hæ ordine, doloribus vt plurimum, & ſignis non raro febrilibus eam ob cauſam, quod non agit in illis aliquid calor naturalis parens ordinis, & euidentiæ, ſed præter naturalis liberè regnat, confuſionis cuiuſque Tirannus. Nunquam ergo putredo mater febrium, ſed aliquid aliud putredini perſimile per Galenum & Hippocratem non per Enigmata, ſed libero ſermone monentes. Idem deniq. lib. de Criſibus Galenus controuerſas audiens dubitationes de putredinis vocabulo in febribus, ad hoc vt eas è medio tollat, clariſſima loquitur. *Nunc enim dicere* inquit, *oportet in ijs qui de Febribus ſermones habentur, quod tria ſunt omnia, quæ ex humorum putredine Febrium accenduntur genera. Quædam enim ex flaua bile (hæque plurima ſunt) quædam verò ex atra, quædam ex pituita conſiſtunt. Et hic ſuſſurrum audiens vocis Putredinis, tanquàm neque illi omninò arrideret vox, ſe ipſum corrigit & ſequitur. Hic verò ſermo haud parui momenti, quod interdum patientibus humoribus febris accenditur: neque enim ijs ſecundum naturam ſe habentibus.* Ergo patientibus potiùs humoribus quàm putreſcentibus per eum febris excitatur. Themiſon denique, methodicorum primus, dum Fluens, Adſtrictum, & Medium, ſubſtituit principia, & cauſas morborum omnium, putredinem, ſiue excludit, ſiue nullam, ſecum commentatur.

Et per tot celeberrimos viros, putredo non habet locum in Corpore febricitanti: vel ſi obtinet, vera ea non poteſt dici putredo, ſed æquiuoca, quæ quam ſeruet intrinſicam ſtructuram, per alia aperiendum.

RATIONES, SENTENTIAM illorum deſtruentes qui Putredinem efficientem ſuſtinent Cauſam Febrium Humoralium.

CAPVT X.

QVæ authoritates Principum Philoſophiæ ac Medicinæ nō potuerunt infringere putredinem febrium, eam rationes demolientur. Sed quia plurimùm in medicina concedimus authoritati,

thoritati,ea idcircò vt vndequaque ſuſtentetur,rationibus petitis roborabitur. Hæ verò adcurrerent quidem confertæ, ſed diſcretæ æquiores; & extra vulgum, præclariores. Quattuor hanc ob cauſam venient in apertum, oppugnaturæ ſingulari quælibet certamine putredinem; & harum prima, Definitionem putredinis Ariſtotelicæ impugnabit, quam colunt noſtrates. Qui humores ſemel in putredinem inciderunt, debent per eam expoliari omni ſpe reuerſionis in bonam frugem, dicitur ſiquidem interitus caloris proprij rei Putreſcibilis,putredo.At ſecus ſe ſe res habet in humorum noſtrorum vitio, qui in febribus beneficio Artis medicæ ad coctionem & frugem reuertuntur.Hæc ergo neganda putredo Ariſtotelicæ meſſis. Id Hippocrates vidit dignum contemplatione; qui propterea putredinis vocabulo eſt vſus nunquàm,niſi quo tempore cognouit humores putreſcibiles in integritatem reuocari non poſſe. Tertio is de morb. vulg. putridos humores, & putreſcentias dicit Carbunculos, Exantherata, & huiuſmodi alia perditæ Naturæ, & malefica, ſiue peſtilentia. Suæ enim ſunt voces iſtæ, quæ alibi nunquàm auditæ. Carbunculi æſtate multi, & alia quæ putredo vocantur. Vnde licet per Hippocratem adnotare, quod Peſtilentium febrium putredo, in ſtadio legitimæ immoretur. Aliarum verò febrium, in illegitimæ ſtatera. Quod quidem ex loco eiuſdem Hippocrates in Aphoriſm. 2.47. fecimus notum.

Sed vlteriùs procedentes audiamus ſecundam rationis facũdiam. In putredine vera, alienus calor, qui per Ariſtot. eſt ambiens,vim facit inſito & naturali,abſumens & interimens.Poſt necem fluit humor putrefactus.At nullum habuit ſæpiſſimè locum ambiens in humorum febrilium putredine: quippe qui nullo tangatur peccato in laudatiſſimis temporum conſtitutionibus, in quibus multi mortalium febre corripiuntur, & iugulantur. Harum Galenus cauſam nunquàm in ambientem ſemper in naturam reportat,vt 1.de diff.feb.Nec fluunt humores ſed coguntur ſæpiùs. Quamobrem nullum inter hæc, & illa legis conſortium nullum affinitatis vinculum.

Tertia contra illos argumentatio reclamat hac voce. Indicia affertis vos veræ putredinis, quod Fætorem ex ſe emittat, ſiue oleat vt 47. Aphoriſm.2.particulæ dicebat Galenus quod fluat incompoſitus humor: quod acrem effumet vaporē: quod

mordi-

mordicantem eructet calorem: quæ cuncta adnotare additis putreſcentiæ humorum febrilium; quibus ex caractheribus veram putredinem colligitis, infeſtare corpora, quandiù febre correpta feruent. Ego verò, hæc huiuſmodi pati peccata concedo febriles aliquandò humores, non ſemper. Numerari hæc quidem poſſunt in peſtilentibus, in quibus Hippocrates cerni Carbunculos, Exanthemata, & ſimilia docet, quæ putredines appellantur: at ſentiri ea in communibus cæteris febribus non admittit, à quo aphoriſm.47.2.habeamus, Puris quidem ſæuientis, non autem putredinis corrumpentis & deploratæ. Raro verumtamen talia graſſantur mala: quamobrem generalia non cõpetunt ei præcepta: Cætera verò febrium genera in quibus fernet Pus, ea frequentiſſima. Horum ergo quaſitam cauſam per veram putredinẽ non aſſignatis, quoniam in ijs nec fætor olet, nec ſępiùs fluit icor, nec mordicitas exaſperat. Vnde non horum morborum febrilium incola putredo, ſed aliena. Sed hæc rurſus attributa, fętoris mordacitatis, & fluoris non permiſerim vnquã internuncia certiſſima veræ putredinis; ſic vt ijſdem apparentibus, colligas illicò putreſcentiæ præſentiam; ſed comitari ea alios quoq. rerum comeatus dixerim frequentiùs, nec non proximiùs; & quod ad fætorem, is doctrina Ariſtot. tùm in paruis nat. tum in Problem. prouenit à Corpore, non quidem putri, ſed cuius materiam non probè ſubegerit calor natiuus. Materiam ergo prænunciat fætor excrementitiam potiùs, quam putridam. Fætet hãc ob cauſam excrementitia pituita, quæ tamen putrida non appellatur. Fætent indigeſta alimenta noſtri ſthomaci quæ nec ipſa putrida dicuntur. Fætent Alui feces, quia excrementa, non quia putredines: nam ſi putredines omni quidem tempore laboraremus febre: inteſtinaque in perniciem nobis darentur: ſemper calor ſuccumbens deploraretur naturalis. Hæc verò excrementa, quantò plus agitantur à calore, tantò fætent magis: olent enim agitata magis, ob commotos crudos vapores. Hanc eandem veritatem Ariſtot. in Problem. 1. Problemat. 43. manifeſtat, quando quæritans, cur medicamenta malos odores afferant ſecum, quoniam, reſpondet genus medicamentorum, cibo contrarium eſt. Inſtanſque quale nam ſit illud, quod cibo contrariatur, ſubdit, quod conuinci domarique minimè poteſt, ſed venas ingreſſum per exceſſum Calidi-

R tatis

Digitized by Google

tatis frigiditatiſque ſuæ perturbat, hoc naturam obtinet medicamenti. Excrementa addas tu inepta ſunt, quæ vincantur à calore natiuo, quare omnia fœtent. In Excrementitiam pariter materiam refert cauſam fętoris Sect. 13. Problemat. 4. Fætoris inquit, cauſa excrementi eſt cruditas quędam. Non itaque putredinis certitudo ex fætore, ſed excrementi. Acris poſtmodum exhalatio, ac ſenſus caloris mordicatrici, tantùm obſtat, vt proprium aliquod prætereat putredinis, quod meliora cibariorum paſſim legantur huiuſmodi ſpiritum relaxantia. Cæterum fluor, vel à liquiditate fit materierum, veluti à proximiori cauſa, vel à ſolutione ſuperabundantis caloris.

Poſtrema rationis haſta fortaſsè acutior talis acuitur. Putredinis illa definitio Ariſtot. per interitum conſtans, definitio eſt putredinis mixti vt Ariſtot. 4. meth. fatetur. At quandò humores putreſcunt, non aſſerimus tamen putreſcere mixtum ſed ſimplex quoddam, ſiue mixti particula. Quare non coheret illa definitio, cum putredine humorum. Vel ergo putredinis affectionem non patiuntur in febre humores, vel ſi affirmare licet illud pati humores peccatum, inde tamen nulla ratione licet concludere putredinem illam ex genere eſſe eius quę definitur per interitum, &c.

Habent veruntamen aduerſarij Arcem in quam recurrant rerum ſuarum dominam, & protectricem. Putredinis non vnum datur genus, ſed duplex. Alterum dicitur putredo facta: Alterum putredo in fieri. Quod diſputatur, aiunt, de putredine in febribus, id omne hac ſoluitur diſtinctione generum. Nam putredo facta, illa quidem eſt, quæ definitur ab Ariſtotele in meth. & quæ locum habet in febribus, vt plurimum; quæ quidem nec emendari poteſt, nec ſine totius labe ſeruari. Putredo verò in fieri, vt potè illa, quæ vltimum non tetigit terminum perfectionis ſuæ, ſed quæ in eum mouetur, & retrahitur in frugem, & vindicatur ab extrema pernicie, hoc eſt interitu. Hanc quidem poſteriorem fatentur propriam & familiarem corporum, ſed priorem minùs frequentem aſtruunt. In vino id experiri nos atteſtantur, quod putrefactum prędicant, tàm eo tempore, quod penitus corruptum ſentitur, quàm quod in via ad corruptionem pererrat. Primùm illud deſperamus futurum impoſterum vi-

noſam

Digitized by Google

noſam ampliùs ſubſtantiam. Alterum reſtituimus frequenter in priſtinam integritatem. Galenus in meth. huius duplicis putredinis author legitur: ibique methodum tradidit, qua duplici huic celeres, & tutò occurramus. Factam enim euacuandam docet, nec alijs machinamentis reparari poſſe, quàm expulſione contendit. In fieri verò corrigendam. Corrigi inſuper addit, & tollendo obſtructiones, alterando humorem, ſpiritum, & afflatum conciliando. Hæc illi: quorum conamina, nullam certè præfixère, ſi rectè perpendas, ſubſiſtentiam. Diuidere ſiquidem putredinem in factam & in Fieri, tale eſt quod Ariſt. nunquàm protulit, cuius diſciplinam ſequuntur; quodvè nõ inuenit apud ipsũ vllã pænitus defenſioné. Quando enim pronunciamus vocem putredinis, aliquod vnum ſtabilimus, quod forma ſtet ſua: quam quidem formam, qui ſuſtulerit corruere neceſſe eſt denominationis illicò robur. Id ſi conſtituas irritum, quid certi de nominibus ſtatuas impoſterum denegabitur: nam tuam per diſciplinam, & Aquam, Vinum, & hominem, Cinerem fas erit appellare; quum alterutrum deuolui ſit aptum in eas quas dixi ſubſtantias. Sed quemadmodum tunc dicimus vinum, & nomen materiæ imponimus, quando completam ſubſtantiam ſua forma intuemur: ità dicimus eam ſolùm putredinem, quæ terminum ſuæ formationis tetigerit. Illa modò putredo in fieri, vt potè quæ terminum conſtitutiuum putredinis non aſcenderit, abſurda redditur nominis fabula, commentumque quoddam detegitur à Philoſophis deridendum: apud quos nunquàm Dealbatio dicitur Albedo: nec terminus ad quem cum via ad illum directa nomine vllo inepto confunditur. Nec Galenus ſatis firmus in hac ſua diuiſione, vbique locorum eam approbauit, ſed veluti hæſitabundus, quod aliquando dilexit, vbi res ſeriò agenda occurrit, conſultus reiectat. Libro ſiquidem de diff. feb. 1. non dixit humores putridos in fieri, digeri à natura; ſed humores protulit putrefactos: hoſque à valida facultate aſſeruit emendari, ab infirma verò deſtitui. Vnde non prouenit per eum à diuerſitate putredinis correctio eius, ſed à facultatis robore. Quod porrò adducunt in exemplum de vino; quodvè addunt de Galeni Authoritate, hæc aliam requirunt interpretationem à conſuetis. Vinum corruptum putredo quidem eſt facta non poſſibilis reformari: at quod mordicat ſiuè fætet il-

Digitized by Google

lud putrefieri, ſiue putredinem eſſe in via hoc falſum prorſus: nam nec mordicare, nec fætere tollit, quominùs vinum non ſit vinum; nec ponit præterea neceſſitatem qua aſſeramus illud putridum. Idem prorsùs euenit in humoribus intrà nos locatis, qui dùm febrilem offenſam patiuntur, ſunt humores non putredines: neque enim hos veluti putridos caſtigamus, ſed ne perdantur impedimus, tanquàm alijs à putredine iniurijs afflictatos. Quemadmodum antedictum vinum ſeruare, non à putredine dixeris ſubtrahere, ſed à putredine vindicare. Sed Galeni, audio, præſtantiam qua cum libertate calumniaris? Tanta mihi non aſſumo, ſed velim hanc ſibi creditam ſententiam rationi, nec non curationis Arti conſentaneam. Duplicem ſcilicet dari poſſe paſſionem humorum, quo tempore æſtuat febris. Alterum Corruptelæ ſiue vitioſitatis inemendabilis: quos propterea expediat abſterrere: ij ſiquidem excrementitij prorſus, à ſucci bonitate alieniſſimi, fœdi, immundi: quare non iniuria ſua illa putredinis labe putridi. Alterum peccati cuiuſdam emendabilis, ſiue caſtigandæ prauitatis, habitum & cultum bonitatis, non abhorrentis, quos iccircò præſtet alterare, & in ſeruitium corporis reſeruare. Vndè non prorsùs ſua illa putredine putridi, ſed paſſione illa affecti, quam licuit præceptori doctiſſimo in gratiam planioris doctrinæ, putredinem in via pronunciare. Idem Galenus in comm. de Alim. in Hippocr. duplicis huius meminit corruptelæ. Altera inquit, eſt quæ fit. Altera quæ iam facta eſt. At corruptelam humorum, quæ fit ſuis in verbis aſſerit eſſe confuſionem humorum, non putredinem. Nam amota concordia qualitatum, vel humorum diſſoluitur textura eorum: non tamen dicuntur corrupti, niſi priùs diſſolutio illa prorsùs perierit. Nimio etenim onere bilis ſanguis non dicitur, non ſanguis, ſed Bilioſus ſanguis. Verum ſi totus in bilem fuerit conuerſus, tum extincta ſanguinis forma meritò corruptus diceretur. Vera itaque ea putredo, quæ facta eſt: at impropria humorum, quæ verſatur in fieri, quæ proindè ſanctiori vocabulo dicenda, quemadmodum monſtrabo, Confuſio.

M E-

MEDENDI PRAXIS
deſtruens ſententiam illorum, qui dicunt humores Febriles infici Putredine.

CAPVT XI.

Methodus antiquiſſima Galeni moſque receptiſſimus curandarum febrium putridarum, aliud dictant nihil, niſi putredinis abſurda eſſe commenta, & cauſam efficientem febrium infirmo nimium adminiculo ſtare in putredine, ſiue inani fundamento in opinione putreſcentiæ collocari. Si etenim conſtat curandi legitimam methodum iniri debere per indicationes, non dabimus ſedulam perpetuò operam (quod tamen præſtamus vbique) in liberandis obſtructionibus, in multitudine demenda; in ſpiratione aperienda; refrigerando, alterando: ſed ſemper Calefaciendo operabimur, Exſiccando, & ambienti reparando. Hæc ea ſunt per definitionem, quæ putredini contrariantur. Quare ijs ſolis indulgendum, cæteris illis tanquam fatuis, & inanibus omiſſis. Interitus eſt putredo; vnde ſi quid expectandum, calefactio corriget. Oppoſitum prorsùs medicorum conſuetudo, qui diuturno opere refrigerationi ſtudent. Fluit humor putridus ergo exſiccatione elaborandum indefeſſa. Ij verò, qui rationalem profitentur medicinam contra indicationis ſuæ methodum Apozemata inſtituunt; liquida ſemper alimenta, liquidos ſyrupos ebibunt; aquas perpetuò lambunt. Quod ſi aliquando exſiccare ſibi propoſuerint, bollulis quibuſdam pauxillulis largam humorum illuuiem ridiculo nimium opere adgrediuntur. Ambientem denique non vidi vnquam animaduerſum in familiaribus febribus: quinimò flabellos ipſos, miſerrimum æſtuantium ſolatium exules agunt, aſpero minarum imperio abigunt: immemores damni quod affert calidum ambientis, calori humorum patientium, illud repenſantes cum obſtructione quam aiunt euenire ex repreſſione euaporationum ad ſua principia. Cur ergo putredo culpabilis, ſi putredinem curando negligitis? Quamobrem concluden-

dum velim, legitimam putredinem non habere ſedem, aut locum in corpore febricitanti.

PROPRIA AVTHORIS SENtentia, de cauſa efficiente communi febrium omnium.

CAPVT XII.

QVi medicorum adhuc de communi & immediata cauſa efficiente febrium vniuerſaliter omnium interrogati fuere, ſiluère omnes. Qui verò febris eius, quæ graſſatur familiariſſimè hoc eſt humoralis reddidere rationem, omnes falsè dixere, quod probauimus, cum in hanc efficientem peruenère. Ego tum humoralis, tum communiter cuiuſque febris excogitaui veram cauſam, & proximam. Veramque tunc duxi, quandò communitam ſenſi grauiſſimorum Virorum authoritate, argumentorum ratione, & Curandi conſueto more proficuo. Quare ego idem, licet inter tot ſcriptores vnus, non dubitaui referendam, & inter falſa aliorum, certiſſimam extollendam.

Magna materierum, quæ in humani corporis conſtitutionem veniunt, Cōfuſio, ſiue Turbatio, immediatam aſſero, & veram cauſam efficientem febrium omnium, quæ corpora humana diuexant. Confuſio quidem magna materierum, non autem putredo: nec humorum ſolùm, ſed materierum: nec confuſio ſimpliciter, ſed magna. Materierum primò ad triplices indicandas materias, quibus conformatur corpus, ſpiritus ſcilicet, humores & ſolida. Magna ergo ſpirituum confuſione febris excitatur ephemera. Magna humorum confuſione, putrida, ſiue humoralis; magna ſolidorum confuſione, Hectica. Eſt autem Confuſio (vt planiùs loquar) conturbatio quædam materierum à ſua ſinceritate; ob hanc vero mutantur materiæ, vt in humoribus potiſſimum viſitur & miſcentur; mixta deindè faciliùs corrumpuntur, quàm pura, & ſincera: & mutatio eſt via in corruptionem. Hanc autem paſſionem, vt videbimus in febribus ſubeunt materiæ, quare confuſionem appellandam, non autem

autem

autem veram putredinem. Quod idem cum ſibi fingeret Galenus definiuit in meth. putredinem Humorum in febribus, per mutationem ad corruptelam. Et Ariſtoteles hanc eandem ſibi proponens, per defectum à propria natura in met. eam & ipſe definiuit. Sincerum ſanè vt dicunt, & purum, corruptionis, & interitus expers, mixtaque ob id in corruptionem dilabuntur, quod pugna mixtione infertur: ab ea inde mutatio: à mutatione demum corruptio. Et Hippocr. 7. Aph. 33. Quibuſcumque inquit vrinæ diſtantes, ijs turbatio vehemens in capere eſt. Tantus ſiquidem vir, ſi ſentiſſet pollui putredine venas vbi febricitat corpus, dixiſſet. Quibuſcumque vrinæ diſtantes minguntur in febribus ijs putredo vehemens in corpore eſt: & Galenus prudenter reddens ſpeciem & affectionem humorum eo tempore, quo vrinæ diſtantes eijciuntur cum præceptore ſenſit, labe quidem turbationis, non autem putredinis infici tunc venas. Confuſione ergo tentantur in febribus materiæ iſtæ, qui videamus in qualibet earum, ſiue antiquum eorum motum amiſſum, ſiue menſuram deperditam, ſiue locum mutatum, ſiue æqualitatem & amicitiam deiectam, ſiue puritatem, & integritatem, quod potiſſimum eſt, coinquinatam. Magna inſuper viſitur talis confuſio, non quælibet: nam ad hoc, vt actionibus ſuis confundatur corpus, ſuperari debet à magnitudine, cum parua ſuperet, minima vincat. Solemus ob id in ingreſſu ad febricitantes huiuſmodi confuſionem impetu quoddam incognito obſeruare & inuentam de febris natura illicò ediſſerere. Attenti etenim primùm æſtui reſpirationis adſtamus: deinde carnium ardori: poſtmodùm iactationi incongruæ: Colori adhuc vultus, ſiti poſt illud, linguæ ſcabritiei: oculorum Rubori: Acredini Carnium: Vrinis impuris: Fæcibus incoctis: Arterijs errantibus: & huiuſmodi denique alijs permultis; in quibus quidem argumenta legimus confuſionis huiuſce; caloremque noſtrum, quo viuimus magna torqueri anguſtia contuemur, vnde febrem arguimus. Neque verò ad curationem conuertimur, niſi præfixerimus antea temperandam confuſionem illam, commutandaque cuncta in priorem ordinem. Sed vt procedamus per ſingula febrium genera, euitantes confuſionem, in quæritanda confuſione hæc tecum meditaberis. Spiritus primum pati à confuſione experimur in arterijs per Galenum & in reſpirandi ordine per Hipp.

Digitized by Google

in quibus temperatè dum degunt, & tranquilla cum pace, metricam ſuſcitant motus menſuram: at cum à temperatione receſſerint repentè inharmonicum ſtrepunt: quem quidem in ingreſſu ad febricitantes ſummo digitorum apice inueſtigamus, ſiue in Thoracis motu, oculis obſeruamus. Humores verò eadem confuſione infeſtari non dubitandum, quando digreſſi à ſuo determinato loco, naturæ faceſcunt impedimenta: ſiue quantitatem præſcriptam, ſiue qualitatem egreſsi defraudant inconcinnitate corpus, vnde vexatus dolore, agitatuſque ardet ea paſſione, quam febrem nominamus: dummodò magna efferbuerit confuſio, & ea quæ vniuerſa corporis, in laborem cogat. Adnotamus hanc confuſionem vrinis quoque inſpectis, quas confundi certum eſt: cum vel crudæ emingantur, vel corruptæ, vel infectæ, vel craſſiores, vel fætidæ. Feces in huius gratiam ſpeculamur, quas vel plures, vel pauciores, vel liuidiores, vel nigriores, vel intempeſtiuè depoſitas, quis non appellarit confuſas? Laſſitudines id denunciant: dolores, colores. Solidas demùm partes ijſdem confundi confuſionibus animaduertimus, ſicciorem carnem contangentes, aridiorem, aſperiorem, aliquandò etiam humectiorem contrectantes: tumidiores, vel exiliores conſpiciendo particulas. Quæ ſingula diligentiſſimè qui examinauerit confuſionis imaginem illicò offendet. Vnde cauſam malorum corporis fidentiſſimè, confuſionem conſtituet. Cui addas licet, magnam, ad denotandum gradum eius confuſionis, quæ habilis ſit negocium faceſſere vitæ, & mala febrilia adgregare. Non enim quæque Copia, ſed quæ viribus noſtris præualet, ea morbum adducit. Quemadmodum non omnis aquarum aceruus torrentem facit, ſed rapidus, & amplus. Agitatio ſiquidem, & labor inde naturæ. Quamobrem nec leuis quælibet animæ turba in Ephemeram trudit, ſed inſignis. Nec quælibet humorum paſſio vel paucæ bilis effuſio, aut multitudo alterius indeterminata febrem facient, ſed ea tantùm, quæ impediat motionem, & vitæ munia confundat, tumultuſque edat implacabiles. Conſpiratio etenim totius impedita, motuſque inde rerum, error notabilis, febrilia. Nam ordine & menſura ſi ſtat ſanitas, confuſione producetur morbus. Febrilis verò morbus cum ſit totius, confuſio quoque eius in principibus, & inde in vniuerſo regnabit. Confuſa porrò non ea tantùm

appello,

appello,quæ alterius naturæ aliquid in ſe habent,ſed quæ ſimul mutauère deſtinatū locum(& hunc infirmant in quem abeunt, & illum offendunt à quo recedunt) quæ quantitatem, qualitatem amiſere harmonicam, quæ antiquam ſubſtantiam, quæ puritatem fregère,quæ motum, quæ ſeruitium, quæ aſpectum deturpauère. Confundi ſiquidem proprio vocabulo dicuntur hæc quia ordini ſuo non parent rūpatq; ſeriem illam,qua componuntur Naturalia cuncta,& integra ſeu ſana,conſtant.

AVTHORITATES PRINCIPVM Philoſophorum,ac Medicorum,comprobantes Efficientem Cauſam Generalem Febrium omniū eſſe magnā materierum Confuſionem.

CAPVT XIII.

TRia illa, quæ euertunt ſententiam receptam putredinis, priora conamina,illa eadem ſubleuant ad vitam vnā hanc quod efficiens cauſa Febrium omnium proxima, Confuſio ſit materierum, vel omnium, vel quarundam magna. Illæ verò Philoſophorum, ac Medicorum recitatæ authoritates priores occurrunt,quę nouam quidem,ſed veriſſimam hanc,quam ſtatuimus,ſententiam confirment.

Plato ille,vt à ſapientiſſimo exordiar,quid ſignificatum voluit per exceſſum, vnicam ab eo aſſignatam cauſam febrium in Timeo,niſi confuſionem hanc cuius negocium in præſentia agitamus? Exceſſus bilis, confuſio eſt eiuſdem: menſura etenim eiuſdem prætergreſſa, confundit opera bilis,Naturam eiuſdem peruertit, & corpus ferentis eam demolitur. Exceſſus pariter aliorum humorum, peccatum dicas confuſionis. Nec repugnauit huic placito Galen.8.de placitis:ſed 2.de diff.Feb. eidē viſus eſt refragari prorsùs, cum præter exceſſum requiri præterea & Putredinem ſcripſit. Si enim exceſſus vnicus inquit, febrem pareret, ſequeretur Ictericos ſemper Febricitare. Videtur inquam hac doctrina Galenus reicere Platonis placitum. Verùm ſi diutiùs perpendas Galeni ſcripta, cum Platone cōſentit,

tit, & noui nihil præter confuſionem adiungit. Solus exceſſus (hæc Galeni ſectio) quiqui ille ſit, ineptus eſt qui febrē moueat dummodò hùc non peruenerit, qui naturam corporis, eius vincat: vincit autem quandiù magnus fiat: quo ſcilicet tempore punctum hunc tetigerit magnitudinis, quam cum nequeat tollerare natura, hinc oppreſſa aduentitio, labitur in laborē, hoc eſt febris malum. Punctum modò, ſiue terminum illum exceſſus vltimum appellat Galenus putredinem: non eam tamē quæ definitur per interitum; nō Ariſtotelicam inquām, vt infrà per eūdem comprobabimus, ſed Galenicam, quæ dicitur in methodo mutatio; & quæ per eundem in Aphoriſmis dicitur Pus; eā, quæ lib. de Criſibus dicitur vitium humorum eam, quæ de differentijs febrium: dicitur materia inobediens naturæ: eam quæ in ijdem de criſibus peccatum eorum aliàs protulit, quæ denique eodem meth. 11. Confuſionem per ſuam definitionis Putredinis expoſitionem, dilucido ſermone pronunciauit. Confuſio ergo, germana per Plat. febrium cauſa. Confuſio hic per Galenum propria. Ictericos modò non obſideri febre, ob id euenit, quod exceſſus eò non peruenerit qui naturam oppreſſerit: cuius ſignum eſt, quod repulerit ipſum natura in Cutem. At magnum non compuliſſet; quare laboraſſet damno febrili, cuius magnitudinem horruiſſet, non autem putredinem. Horruiſſet quoque confuſionem ſanguinis, nam maſſam eius ſenſiſſet infectam ſordibus Bilis, quæ non ſunt veræ Putredines, ſed euidentiſſimæ confuſiones maſſæ ſanguineæ, & ſimmetriæ humorum: nec dici poſſunt Interitus Humoris Biloſi, ſed confuſiones ſuæ menſuræ, ſuiq; eiuſdem loci, ac domicilij. Sed Galenus putredinem dixit, illegitimam ſignificans, vt per inferiora quoq; manifeſtabitur.

Ariſtoteles luculentiùs nihil determinare potuit hac veritate 2. de Gen. mala homini aduenire ſcribens à materiæ confuſione. In Paruis quoque nat. in excrementa, in ſuffocationem, in extinctionem caloris natiui; mortem & febrem reijciens, cōfuſionem humorum ſtabiliuit cauſam: Excrementa ſiquidem confundunt lympidos humores. Extinctio verò, & ſuffocatio conſpicuitatem conſpurcant caloris. Prima porrò ſect. Problem. putredinis mentiorem faciens pro concilianda valetudine, ſe ipſum demum explicat vt diximus, confuſionem accuſans,

cuſans: dum corpus ità regendum docuit, vt ſimulatq; excrementum admiſit, habeat illicò, qua parte illud excernat, ſitque motui deditum, hoc eſt euentationi, non quieti. Ita vt luce clariorem exploremus Ariſtot. mentem in ijs locis eſſe, vt putredo humanorum corporum febricitãtium, dicatur de illa materia, quæ mixtum referat quoddam ex excrementis, & vtili ſucco: quæ quidem rerum congeries proprijſſima Voce, aliud dici non poteſt, præter quàm confuſio. Cæterum materiæ exeuntes ex corpore febricitantis non dicuntur ab Ariſtotel. putridæ, ſed 4. met. indigeſtæ: Vrinas enim & Alui purgamenta, à natura propria ſèmota, appellat hac voce, Indigeſta: vt appareat qua cum religiône, putredinis tangat vocem, & qua cum veritate confuſione colat. Et has quidem materias Hippocrates, & Galenus repręſentauit febrium omnium fundamẽta & cauſas, & Aphoriſm. 2. 47. quando dum Pus, inquit cõficitur, dolores & febres vrgent magis, quàm eo confecto. Libello necnon de ſomno, & vig. Ariſtot. accidere febricitantibus docebat morbificos sõnos, non quidem à putredine, ſed à ſuperfluitate calida & humida. Sed locus ille poſtremus 3. de part. animal. vbi de ſepto agit tranſuerſo quam quæſo cum Claritate Confuſionem commendat? Alter item de long. & breu. vit. quæ nam dilucidiora afferre potuit? vbi nunquàm legeris putredinis culpam, ſed vel humidi ſemper aqueam qualitatem, vel eius quantitatem, vel caloris languorem vel excremẽtorum ſtruem. Quinimò Auerroes in loci eius commentatione, vt confuſionis noſtræ ſe ſe prodat magiſter, ſic mentem Philoſophi explicat. Corruptio contingit in humanis dupliciter, aut naturaliter, quandò calor naturalis conſumit humiditatem indiuidui. Aut accidentaliter quandò in eis generatur de ſuperfluitatibus digeſtorum, quas natura non poteſt diſtinguere. Et ſic accidunt eius infirmitates. Deſiderari ne aliud poteſt luculentiùs? Quod inquàm natura non poteſt diſtinguere. Ergo peccatum naturæ in ſenſum confuſio eſt.

Auerroes putreſcentiæ nomen reiectans, & putredinem cum coctiòne recipiens 4. illo Collig. 27. quid ſenſit, niſi confuſionis vim approbare? Admittens ſiquidem digeſtionem putrefactio, aliud eſſe nihil poteſt niſi confuſio. Eſt ſiquidem digerere, vtile ab inutili ſegregare. Hinc vera Hippocr. vox, oraculi vice recepta.

Digitized by Google

recepta. Non multitudinem,ſed coctione iudicandæ fæces, & purgandum cocta materia.

Anaxagoras ille, Bilis redundātiam accuſans, Cōfuſioni noſtræ illudit. Exceſſus enim huius confundit menſuram præſcriptam ſimmetriæ, vnde Dolor, Labor, Febris.

Eraſiſtratus euidentiſſimè omnium conuenit in ſenſa confuſionis: quando ob multitudinē ſanguineæ vndæ in Arterias irrumpentis trahi cuncta corporis in turbam febrilem voluit. Quid enim aliud eſt, cum Arteriarum ſanguine commiſceri ſāguinem venarum, niſi peruerti ordinem humorum, locorum, & menſuræ, confundiq; corporis ſtructuram?

Epicuri, Leucippi, Democritiq; quàm perſpicuæ atteſtationes Confuſionis, ſi Perturbari, Commutariq; poſituras principiorum canat Lucretius in Febre?

Hippocrates non auſit vnquàm putredinis vocem attingere, niſi de morb. vulg. vbi de Peſt. egit Febribus. Ergo vel ſola per eum cauſa in feb. Peſt. vel nunquàm cauſa. Sit tamen nec ne vera cauſa in Feb. Peſt. diſcutietur infrà vbi de maligna. In cæteris verò negat prorſus putredinis præſentiam, qui aliàs multitudinem, aliàs tranſpirationem prohibitam, aliàs humoris qualitatem, aliàs dolorem, aliàs exitum humoris à proprio ſibiq; præſcripto à natura loco, incuſat. Ergo in reliquis, præter peſtilentes, putredo non occupat cauſæ locum.

Hanc autem ſi cognouiſſet, vidiſſetq; in febribus, cur præterijſſet in reddendo rationem earum, ſolaq; in peſtilenti recenſuiſſet, vir breuiloquij Pater, & Philoſophiæ Princeps? Modò, quid eſt quæſo multitudinis peccatum, niſi Confuſionis? Quid tranſpirationis prohibitę, niſi Confuſionis? Quid exitus humoris à loco ſuo, Quid alienæ Qualitatis, quid Doloris, niſi Confuſionis eius, quam nos ſtatuimus proximam immediatamque cauſam? Exceſſus nempè in ampliorem copiam, confundit: cōfundunt retenta: confundit locus improprius: confundit qualitas diſſentanea: Confuſionis deniq; parens, Dolor euidens. Ergo vera cauſa per medicinæ regem, Confuſio, non putredo: abſurdumq; eſt non abſtinere à ſpeculatione putredinis, & aliò conuertere mentem, cum Principem medicorum habeamus ſeiunctiſſimum ab ea, & in Confuſionem legamus propenſiſſimum.

Auicen-

Auicennas in lib. illis vbi de feb. ſequitur fidus, Galeni documenta, & putredinis quidem complectitur voce vocabulum, ſed idem emendans ſenſu, ne crederet quis, ſe de vera loquutum putredine, miſturam humorum inutilium cum vtilibus renunciat aſpectum horum in febribus ipſiſſimum. Sed quid clariùs Confuſione? Quando verò inquietus, nec expoſitione illa ſatis contentus repetit fieri febrem, vel ab oppilatione, vel à partiū imbecillitate, vel ab ineptitudine Alimenti, nonne videtur quæſiuiſſe per tot vocabulorum mineras illud quod à me compertum eſt, Confuſionem nempè magnam materierum corporis, in febrem propellare Homines? Nam oppilatio impedit quo minus exeant excrementa: dumq; illa retinentur confundi certum eſt ingenuas legitimaſq; corporis materias. Imbecillę partes peruertunt munia totius, vnde Confuſio. Ineptum denique Alimentum, faceſſit corpori negocium, dum defraudat illud ſuo cenſu, quare languet, dolet, torquetur: vnde Confuſiones ſuboriuntur, certiſſima ob id febrium omnium per Auic. efficiens cauſa.

Galenus deniq; quem ſeruaui poſtremum, quò eum diutiùs contuerentur putredinem cauſantes medici, euidentiſſimè omnium à vera putredine diſſentit, & in hanc cauſam inclinat propenſiſſimus, quæ eſt Confuſio. Loca eius ſupra recenſui plura: at tria præclariſſimè huic denuò adducam, in quibus febrium naturam ſtudioſè indagans, cauſam hanc vnam complexatur, & poſterioribus ſuadet inſpectandam, ſpeculatione curandam, operatione remouendam, machinis, & medicinis explantandā. Primus locus 11. patet methodi. Alter 1. de diff. Feb. Tertius 2. de Criſibus. In meth. putredinem retulit cauſam feb. humoralium, ſed definiens putredinem eam patefecit non veram illā de qua 4. met. Ariſtot. ſed aliam, hoc eſt mutationem humorū ad corruptelam. mutari verò ad corruptelam, quid aliud proponit menti, niſi confundi eos & conſpurcari? Id an verum ſit Galenus ſubinfert, dum definitionem ſuam per planiora declarat. Inquit enim fumida exhalare ſine intermiſſione ab humorum aceruo, quæ ſi retineantur, coinquinari ipſos, indeque putredinem exoriri. Putredinem quidem Galenus, ſed eam quæ proximus tangitur vocabulo Confuſionis: quam placuit Galeno ſub nomine putredinis referre, vt illuderet potiùs effe-

ctui

ctui ipſius interitum miniſtrantis, quàm vt deluderet Cõfuſioni Imaginem eius commonſtranti. Locus alter Galeni 1. de diff.Feb. diſputans cum Athenæo hæc habet. Putredinem febrium eius eſſe generis, quod cernimus in inflammat. Non ingredi ſcilicet has ſeriem earum, quæ ſunt veræ putredines ſed nouam hãc induere Veſtem, earum quæ viſuntur in inflammationibus, quæ per me Confuſio appellatur; Per Galenum autem dicitur libentiùs putredo in euidentiorem gratiam exempli. Tertius deniq; locus viſitur lib.de Criſibus 2. cap. 9. vbi conquieſcant oportet illi qui Acriter Putredinis partes defendunt. Non defuère ſi quidem, & alij quorum aures & mens offenderentur à tali voce putredinis: quos tamen deridet Galenus nec derelinquit delinitos meliori ſono vocis. Nam nihil intereſſe inquit ſi loco putredinis, vitium pati humores dixeris: ſiue ſi pati ſolùm pronunciaueris. Qua adductus ſpeculatione in Prog.comm.3 1.vocem veræ putredinis, mortuis ſolùm corporibus concredidit; viuis enim in Pus mutationem fieri aſſentit. In viuis ſiquidem imperat aliquo pacto natura: quare in aliquam formam obedientem ſubacti humores, & excremẽta domita. At in mortuis extinctus omnino naturalis calor; quamobrem excrementa ipſa alieno calore corrupta, quæ vera eſt putredo. En apertiſſimè ſublatam ſententiam veræ putredinis. Pati verò humores ſi protuleris, reſtat mihi vlterius indagandũ quam paſſionem ſubeant: quam ſi tu confuſionem materierum referes, nec errabis, qui habeas allata media ad id comprobandum: nec primus id aſſeres, qui habeas cum magiſtra natura Ariſtotel. in lib. de gen. hanc eandem vocem protegentem, & ſpeciei paſſionis enodantem.

Ex oratoribus quoq; nullum legeris, qui humorum vel viſcerum ſtatum ſignificaturi in morbis, aut putrefactionẽ, aut corruptionem vſurpauerit vocabula. At expreſſiora attentati adduxère in medium, ſiue ſeditionem facere vt Plautus de eo cuius ſpiritus videbatur perire ob curſum,

Seditionem facit lien.

Siue Miſcere cuncta, vt Lucanus de eo cuius venenum interficiebat,

Miſcens cuncta tumor toto iàm corpore maior

Siue rumpere fidem Elementa rerum,

vt

vt Claudianus de vniuerſi ruuina prolocutus,

Penè reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupiſſent Elementa fidem.

Siue dolorem vt Sapphus qui corpori ſano, opponens infirmum, & morti proximum, nequit expreſſiorem dictionem inuenire,

Prouida venturi cura doloris adeſt.

Siue Perturbationem vt Plutarchus, de nouis morbis loquutus VIII. Simpoſ. *Etenim* inquit *ex ÿs nobis morbi contingunt, e quibus viuimus: neq; ſunt peculiaria morborum ſemina, ſed iſtorum vitia reſpectu noſtri, noſtraq; in ÿs delicta naturam perturbant. perturbationes autem diſcrimina habent ſempiterna.*

Idem, Euripides in Oreſte

Ægroti ſunt impatientes, propter perturbationes.

Sed omnium fermè priores Platonici quiqui ſcripta reliquerint ſua, ſolui ob id corpora dixère, quia ex diſſonis componantur. Vnde Confuſionem, in ſua illorum diſſonantia confirmarunt. & extremos illos conatus corporis in morte, qui per febrem eliduntur vocauère ſolutionem: vt nempè magis atque magis diſſonantiam extollerent.

RATIONES AVTHORIS, Comprobantes efficientem cauſam Febrium, eſſe materierum conſtituentium corpus magnam Confuſionem.

CAPVT XIV.

PEr quos Viros vidimus denegatam putredinem, cauſam efficientem febrium, per eoſdem legimus approbatam Confuſionem. modò, per eadem media, per quæ deſtruximus putredinem, erigimus Confuſionem in legitimam cauſam, ſtabilimuſq; eam nullo dubitationis ſtatu flexibilem.

Quattuor inſtauère rationes contra putredinem militãtes. Illæ eædem quattuor Confuſionem reponent in locum dirutæ anti-

antiquæ opinionis. Rememores ergo primùm, quod ſi in materiebus corporis humani, febricitante eo non interit calor natiuus, ſed excitatur vt vixerat antè, fulgidior, per remedia, conſonum eſt, & conſequens non inſidère ibi putredinem ad alterã paſſionem à putredine diuerſam. Ad hoc autem, vt in priſtinum reuertantur, calor agit Naturalis coquendo, nec coquuntur ſiue componuntur, niſi malè iuncta & confuſa. Ergo quæ paſſio offendit in febre humorum eſt certa Confuſio. Coctio ſi quidem, vt notum eſt adæquat imparia, ſegregat incompatibilia, mẽſuram præſcribit interminatis, locum aſſignat inſtabilibus, frangit aſpera, diuerſa tandem, & oppoſita etiam, vel in vnum cogit, vel quæ reluctantur compoſitioni abijcit, ne vnionem præpediant, reliquumq; perficit, & abſoluit. Tantum opus quis negat Confuſioni ſolius non deſtinari. At inquies fortaſſis: in febre peſtilenti per Hippocr. in Epid. vera humorum infeſtat putredo: Quamobrem non ſemper Confuſio. Ego adhuc Confuſionem amplector germanam febrilium cauſam. Nã humor ille corruptus, non is eſt à quo priori ſuſcitatus feruor, ſed à natura ſtudente à ſano humore abigere inutilẽ, & extra corpus propulſare. Hoc verò quid aliud præter Confuſionem. magna propterea materierum Confuſio, ſemper cauſa febrium efficiens.

In ſecunda ratione dicebamus, nihil eorum poſſidere humores aut febriles materiæ, quæ vera retinet putredo. Nec enim ambiens abſumit: nec fluit ſemper humor: nec inficit proxima: ſed à retentione, ſiue cohibitione prodiens vaporum inutilium, vt per Galeni definitionem colligimus, retrocedentium in proxima & pura eius mineræ aqua prodiere, oritur ex neceſſitate, non quidem putredo, ſed Confuſio. Auicennas hac fretus ſententia lib. 4. fen. 1. dicebat digeſtionem materiæ facientis febrem, eius materiæ eſſe reſolutionem.

Addas modò: ſi ergo reſoluendum, illud certè ſubtrahendum, quod faceſſit impedimentum. Quare Confuſioni ſemper in febre prouidendum.

Ex tertia illa pariter ratione comprehendimus Fætorem, ſi quandò adeſt, Acrem exhalationem materierum, mordicãtem calorem earundem in infeſta febre non eſſe Pediſſequas putredinis, ſed excrementoſæ materiæ proles. Excrementoſa modò

mate-

materia, cum vtili coniuncta promit Confuſionem. Inferas ergo ijs etiam conſtantibus Confuſionem, non Putredinem febrium omnium parentem.

Ex quarta demùm allata ratione educitur fortiſſimum telum, ad confodienda, ſi quæ reſtant pertinaciæ viſcera. Humor ſiue materia alia, quæ peccat in febre ſimplex eſt quædam ſanè Corporis particula; ſiue ſimplex eſt quoddam, quum vndiq. ſimilare, & indiuiſum. Mixtum verò dicitur totum Corpus, ſiue maſſa illa ex cuius ſtructura fit Corpus. Duplici huic rerum generationi, duplex datur exitus & Corruptio. Re nanque diſtincta, non poſſunt vnum ſortiri modum, aut ortus, aut interitus. Si ergo Corporis corruptio fit per interitum ſui Caloris: humoris Corruptio alio debet quidem enecari laqueo. Ariſtot. conſcius huius doctrinæ; quinimo Pater huius Artis, 4. illo meth. Corruptionis mixtorum vnam aſſignauit definitionem. Corruptionis verò & interitus ſimplicium, ſiue particulæ ipſorum, aliam à mixtis quàm longiſſimè alienam. Cumque mixtorum generationi opponatur è directo Putredo eorundem; hinc definit putredinem eſſe interitum Caloris Natiui exiſtentis in mixto factam ab ambiente. Generalem hanc pronunciat Putredinem & ſimplicem, quoniam opponitur generali & ſimplici rerum ortui. Particularem verò, & propriam aliam coactus definire, quæ competat ſimplicibus, non mixtis; & particulis mixti, nec Corpori vniuerſo, aliam pro diuerſitate quam habet particula à toto mixto, aſſignat, & inquit. Putredo ſimplicis eſt ſecluſio quædam, ſiue defectus aliquis à propria ſimplicis illius Natura. Aer in exemplo, Aqua, Terra, Ignis particulæ extant orbis, & ſimplicia quædam diuerſa per ſe à toto & mixto. Ijs itaque competit poſterior definitio ſuæ corruptelæ: quemadmodum prima adſcribitur toti. Aer quandò perditur, dicitur ſecludi à propria Natura: ſic Aqua, non aliter Terra; Ignis autem quum non admittat vinci à reliquis permanet incorruptus: Binæ patent hæ definitiones Ariſtot. illæ quidam aduerſiſſimæ, ob diuerſitatem, quam ſeruant à primordijs mixtum, & particula mixti: ſiue Totum & ſimplex, quod ipſum componit. Addas nunc, ſi in orbe vniuerſo ſtat huiuſmodi differentia Corruptelæ, Cur in humano

corpore, in quo mixtum & Particula ſecernuntur euidentiſſimè, differentia non verſabitur eadem, & definitiones ſui interitus non reſpondebunt illis, quæ animaduertit Ariſtot.? Id non dubitaui ego committendum. Qua propter materias corporis, cum exiſtimem particulas eiuſdem, hinc alterum Corruptionis modum conceſſi ſemper corpori, & alterum materiebus, ipſum componentibus. Eſt corporis cuiuſque finis putredo ſiue interitus Natiui eius Caloris, quemadmodum ſcriptum reliquit Ariſtot. Nec humanorum corporum alia ab ijs conſpicitur meta. Nam in baratris poſt mortem, calor natiuus exhalauit in Auras, diſſoluuntur Cardines Vitæ, fluit reliquum, fœtent cuncta, diſſipantur. Eſt verò materierum componentium corpus, vt humorum, ſpirituum ſolidarum partium corruptio, vt in febre, ſecluſio earum ſiue defectus à propria Natura. Eandem certè quam appoſuit Ariſtot. corruptionem ſiue Putrefactionem elementis. Non enim intereunt prorſus Elementa, nec ſtaret enim inde vniuerſum; ſed defectum patiuntur, ſecedunt ab Antiquo, naturalique eorum ſtatu. Non aliter materiæ corporis tunc quandò quatitur corpus febre, non periere prorſus, vt in germana euenit putredine, ſiue mixti putredine, ſed defecère à natiua ſua conditione, receſsèreque à ſtatu ſuo naturali & proprio. Non ergo ſua, putredo, ſed altera verior, quæ appellatur ſecluſio, ſiue Defectus. Si modò hæc ea eſt per rationem definitio putreſcentiæ materierum in febre; hæc etiam noſtra illa eſt Confuſio quam ſtabilimus Cauſam vniuerſalem efficientem febrium. Interroges nanque Ariſtot. quomodò ſecludantur à ſua Natura particulæ mixti, & Elementa, reſpondebit ob Confuſionis vitium. Id ea loquuntur quæ attulit ipſe de Igne. Ignis ait, non corrumpitur, reliqua omnia, quæ vim ſibi inferunt abſumit. Non poteſt autem vim inferre, nec abſumi, niſi quod admiſcetur cum eo. Ergo corruptio aliorum quoque Elementorum fit per Confuſionem & commixtionem alienorum. Confunduntur proculdubio, & materiæ corporis, ob eandem injuriam, ob quam & elementa pati cognoſcimus. Nam ſicut deficit natura, cuiuſque elementorum propria vel cum ſolido Calidior extiterit, vel frigidior, vel ſiccior, vel humidior: vel etiam cum impurior vel

cum

cum in loco inconuenientiori repoſita: vel quandò commotior, vel etiam quietior, vel in alijs non diſſimilibus affectibus, quæ multum turbent ſuam natiuam conditionem inclinata: ità corporis humani materiæ, deficere tunc dicuntur cum huiuſmodi turbis diuexantur. Neque porrò tales ſi intimiùs perſcruteris aliam vlteriorem propinquioremque ob cauſam patiuntur, niſi ob Confuſionem ſuæ puritatis, ſiue integritatis; quam cernas licet, vel mutatus qualitates conſpicatus, vel impuritatem, vel loci mutationem, vel inquietudinem, vel immobilitatem. Duæ iſthæc putredines, quantum diſtant intrà ſe eſſentialibus in terminis, tantùm differunt nomine, & accidentibus: quæ propterea, quamquàm ſub nomine putredinis circunferantur, æquiuocam veruntamen geruntimpoſitionem; per Confuſionis vocabulum, quàm peritiſſimè tactam. Diſtant adhuc, quia putredo mixti corruptionem ſequitur: eſt enim corruptio per Ariſtot. via in putredinem: cumque corruptio extinguat natiuum calorem, hinc dicitur putredo, interitus: & ob id fieri addit hunc interitum ab Ambiente, quoniam ſicuti ſeruat locus incorrupta, alienus non aliter corrumpit. Putredo verò particulæ non ſequitur poſt corruptionem, ſed eſt via in eam. Quandò enim deficiunt particulæ, paulatim conſummuntur, & inde totum cum eis perit. Hic propterea non nocet ambiens, ſed alia multa præter Ambientem faceſſere poſſunt impedimentum, veluti locus alienus, mixtio alienorum, violentior motus, importunà quies, & reliqua huius generis innumera. Diffluit humor ſolutus à vinculo caloris in putredine mixti. Non diffluit humor in defectu particulæ. Siquidem in viuo homine cuius humores dicimus febre putreſcere, marcor ſæpiùs adnotatur, areſcentia, incenſio flagrat. Generalem cauſam dedit putredinis mixti ambiétem; quia Generalis quædam eſt putredo mixtum. Nullam dedit putredini particulæ, quippe quæ cum multis fiat flexibus, reliquit operanti, qui eam indagaret.

Poteſt enim Aer deficere à conſtitutione ſua, quæ eſt Caliditatis, Humiditatis, Tenuitatis, Puritatis, Claritatis, Benignique ſpiritus: poteſt inquàm deficere ab hac conſtitutione, & infectione vaporum alienorum, quæ puritatem inqui-

nant, Tenuitatem, Diluciditatem: occluſus etiam, quoniam benigna fraudatur ſpiratione: nimium agitatus quoniam benignitatem amittit: aliena Calorifica, vel humida, vel ſiccior, vel frigida qualitate oppreſſus, quoniam ardorem aſſumit. Quid plura? Totidem certè modis, & materiæ corporis deficiunt ab antiquo ſtatu: quæ cuncta Confuſionem quidem imprimunt in materia, non autem putredinem. Hinc voces illæ Galeni Vitij humorum, putredines non veræ cum Atheneo, ſed eius quæ habetur in Abſceſſibus: definitæ putredines aliter à definitione Ariſtotelica. Hinc Auerois negata putredo, ſed admiſſa altera, quæ fit cum Coctione. Hinc Ariſt. 2. illo de Gen. Cauſam mortis prolatam, Confuſionem materiæ. Hinc denique Platonis, Hippocr. Auicennæ, Anaxagoræ, Eraſiſtrati, Epicuri, & cæterorum Sapientiæ doctorum à vera putredine, longè recedens confeſſio: & omnium inclinatiſſima voluntas in cauſandam Confuſionem. Cum propriè ſit Confuſio illa in febribus, quam definiuit Ariſtot. eodem loci 4. meth. nempè per ſecluſionem, ſiue defectum materiæ à ſua Natura.

MEDENDI VSVS CONSVETVS, ac receptus Comprobans mentem Authoris, quod cauſa Efficiens Febrium ſit magna materierum Confuſio.

CAPVT XV.

SI vera Ariſtoteles putredo infeſtaret materias corporis, quãdiù vrget febris; irritus labor Curationis conſuetus; quum emendare non ſit conceſſum, id quod vera putredine ſemel interniciones, eſt perpeſſus. Quod ſi aliqua ſpem recuperandæ ſanitatis pollicerentur, Euacuatio certè corrupti Calefactio, Exſiccatio, Ambientiſque Electio id continuò præſtarent. Sed ab horum nullo vidimus ſanari febres, emendarique materias: immò cuncta hæc enumerata repudiantur ſola curando, tanquàm ineptiora: Ergo veræ putredini nec proſpicimus, nec credimus

dimus, ſed alteri cuidam non cognitæ ab illis cauſæ deuouimus ingenia. Euacuamus enim, quanquàm frequentes, non id tamen vt putredinem primo tollamus, ſed multitudinem, quò reſecemus; Refrigeramus, Aperimus, Digeſtionem emolimur, ſuſtentamus virtutem, quæ vniuerſa intendunt in confuſionem debellandam, non autem in putredinem. Quamobrem, practicandi rationem conſpectares, Confuſionem materierum cauſam eſſe immediatam, & veram febrium. Hic verò liceat denuò medicè adhuc magis tractare, & ordine, atque euidentia naturali cæcitatem aperite eorum, qui putredini concedunt ſoli.

Quas intentiones enumerat Galenus in meth. comprobatq. rationalis, in Curandarum Febrium normam hic repetere ſuperfluum duxerim, cum ſat exiſtimem ad principes me deueniſſe ſcribendo, quandò dicebam medicos in febribus euacuare ſemper, refrigerare, Aperire, Digeſtionem moliri, nutrire. Si hæc addo ipſe, proponunt ſibi vndique medici Confuſionem ſemper, non putredinem ante oculos ſibi conſtituunt. Euacuare etenim, vt hinc exordiar, parant, ſiue quia putredinem iam, vt dicunt, factam pertimeſcunt: ſiue quia multitudinem remouere inuigilant; ſiue quia dilatare vias conſentaneum, & vtile perſuadent, ſiue & per accidens refrigerare. Si putredini, vt dicunt, factæ reſpiciunt, Confuſioni nolentes medentur, quam horrent continuatam cum vtili humore; hæc Auic. ex mente Haly. At arbitror ipſe, euacuationem ob id vtilem, quia tumultuans materia ob faſtidia inutilis ſibi adhærentis, remotione excrementitiæ eius, ſedetur tranquilleturque. Hinc dictum ab Hippocr. euacuandum cocta materia. Id enim ſignificat euacuandum ſeparato à Natura vtili, ab inutili. Euacuatione itaque Confuſioni reparamus. Euacuamus tamen non ſemper ad tollendam putredinem: non enim vera vrget niſi in Peſtilentibus: nec in Peſtilentibus obſeruaui ab Hippocr. (viribus diffiſus:) data purgantia: at euacuamus multitudini potiſſimùm obuiantes: id enim ſibi proponit inſtitutum, euacuatio. Multitudo verò mater Confuſionis: Ergo Confuſionem, euacuando emendamus. Euacuamus obſtructioni prouidētes; nam premit, replet, claudit, reſiſtit euaporationi obſtructio, ſuffocat etiam: quæ ſunt Confuſionis matrices. Ergo Confuſionem euacuando tollimus. Euacuamus excrementis obuiantes, quorum curam gerimus,

rimus, ne ſe ſecommiſceant cum proficuis materiebus, & confuſionem adaugeant: nèue illæ, quæ in opere digeſtionis perpetuò reijciuntur iterum afflictæ, naturæ impedimenta obiectent, ſiue inherendo materiebus, ſiue laceſſendo loca per quæ tranſeunt, & in quibus inſident, potiſſima euacuandi. Ergo ſemper præ oculis habemus Confuſionem euacuando: tanto commendabilior in febribus, quantò per Fernelium ſuſpectior: vbi puritatem ſedula affectamus induſtria, quærimus, elaboramus: quãtoque certiores ſumus Confuſas materias diù & indefeſsè reijcere, ope Caloris excrementa. Refrigerant ſecundo in Febris gratiam, & agitatione, ſiue labore, & dolore Corporis partam Caliditatem contemperant: quod quidem factum proſpicit ſine dubitatione Confuſioni totius: vt nempè ſimmetria rerum qualitatibus confuſa modulamen ſuaue recuperent.

Aperiunt tertiò quàm ſtudioſiſſimè; vt ſcilicet recludantur fores excremento, quod clauſum intra gremium vtilium ſuccorum quaſſabat cuncta ſeditione, frangebatque moleſtia. Sicuti namque proprium eſt munus Naturæ parare ſibi ex Cibo Alimentum; ita eiuſdem intereſt ſcernere inutile, ab vtili. Quod quidem ſi caſu aliquo retinere cogatur, id ſiue imputes, licet naturæ laboranti & laceræ, ſiue impedimentis viarum, ſiue ipſi excremento ſupra vires valentiori. Sed quomodocumque id contingat, vt retineatur, turbat ſemper, confunditque ſemper. Quæ peccata dum ſtudet medicus liberandis obſtructionibus remouere, non quidem putredini, ſed Confuſioni proſpicit.

Digeſtionem quarto loco affectant: digeſtionem inquàm humorum, ſiue materierum, vt videas longè abeſſe ab ipſis putredinem, & in locum ipſius cruditatem, quæ eſt Confuſionis ſpecies ſubeſſe. Digeſtio ſcilicet perfectio eſt materiæ à calore. Perficiuntur porrò illæ, dum reducuntur ad formam eam, quæ finis eſt ipſius. Idque fieri nequit, niſi caſtigatis priùs alienis qualitatibus, ineptis quibuſque repreſſis introducta denique in materia forma exoptata, & Naturæ ſibimet præfinita. Id rurſus negaueris tu, in Confuſionem ſtudium? Nutriunt denique medici febrium ſanitatem dum procurant: quò nempè fulcimen viribus porrigant: quarum ea inſtat virtus, vt coquat, trahat, ſegreget, retineat, expellat, componat denique in ſana, vitam liberet

beret

beret à tumultu, & ſeditione, non autem vt reformet, quam non valet putredinem.

Quam multa, quamq. ſeuera vigeant ſtudia tollendæ Confuſionis, per hæc tecum recogites. Et ab hoc poſtremo probationum ſtimulo cogeris deſerere ſententiam putredinis, libentiſque animo magnam materierum Confuſionem complecti. Repetere itaque licebit; febrem eſſe Calorem morboſum totius Corporis à magna materierum conſtituentium Corpus Confuſione partum.

Modum ſuccurrit, quo medemur febribus per purgantia medicamenta: quo quidem monemur aliud nihil efficere febres, præter materierum Confuſionem. Si nanque Purgantis cuiuslibet proprium eſt, aliquod ex humoribus exturbare ad ſe ſe, quo excluſo ſperamus integritatem, quid reſtat concludendum, niſi exiſtimare humorem eum excitaſſe Confuſionem, quo poſito ardebat febris, & quo educto deferbuit? Tu verò ſi putredinem paues vnam, quem locum dabis purgantibus? Non hæc etenim corrupta trahere docuit Hippocr. ſed peculiares, & ſibi ſimiles humores, Pituitam alia, Bilem alia, alia Melancholiam, Aquam nonnulla. Foret ergo impoſſibile inuenire ſalutem, per Purgantia, ſi Putredo & Corruptela, quæ delet formam humorum, in febre vrgeret. Sed ad Alexipharmaca, ſemper neceſſarium refugium reiectis tanquam vacuis ope purgantibus, quæ per ea laudabat Hippocr. clariſſima. *Vel tollit morbum purgans, vel mutat.*

Raró autem Alexipharmaci vſus in febribus: familiariſſimus, & acceptiſſimus, per diuulgata præcepta Hippocr. & per oracula Aphoriſm. Purgantium amplexus. Quò circà ſæuit in febre non putredo, ſed Confuſio. Incidi tamen in ſpectabile aliquod lippis oculis non contemplandum: id verò tangit Alexipharmacorum officia, quæ connata ſibi proprietate Venenis inferunt vim. Putredo verò, veneni ſpecies eſt: quamobrem Alexipharmacis oppuganda, non Purgantibus. Fit inde, vt in Peſtilentibus epidemicis ſecurior ſalus per iſtiuſmodi Alexiteria, quàm per ſimpliciter purgantia, quia in Epidemicis vera putredo. Qui verò in febribus verſatur non Peſtilentibus, Alexiteriorũ vſus inutilis; qui nõ habeat in quo operetur ſubiecto hoc eſt putredinem: quinimò pernicioſus, cum agat in corpus cui

 aduer-

aduerſatur, ſi credimus Galeno id docenti in libr. de ſimp. med. vt videns quantum interſit inter putredinem, & Confuſionem: quibus ſua quæque ſunt à Natura & optimis medicis deſtinata præſidia.

VINVM, VTILE FEBRICITANtibus ob Cauſam earum Efficientem.

CAPVT XVI.

IN ſingulis quibuſcumque febribus dabo operam, vt Vini Potio collaudetur, tanquàm vtilis & benefica ad ſanitatem. Quo circa ſuperuacaneum fortaſſis, aggredi hic rationes, quæ ampla febris communiant. Verùm quia, id quod peragitur per grandiora, in Compendia quoque contrahi ſuaue, iccircò cumulum aliquod vt principum, accumulem rationum, hic eas conſeram non importunè.

Cauſa efficiens febrium, quam ſtatuimus magnam materierum Confuſionem, Vinum quærit, Vinum optat, tutiſſimum, fidiſſimum ſui remedium. Confuſio ſiquidem iubet, congeriem humorum depurandum: iubet eadem, ſegreganda cuncta in locum ſuum: reuocanda cuncta in ſuos ordines: ad imperia Caloris natiui coercenda.

Vniuerſis ijs prouidemus duabus Artibus. Altera vires Naturæ miniſtrando, & in regia Antiqui ſui iuris ſtabiliendo. Altera exceſſus tollendo euacuatione, ſiue temperando, ſiue aperiendo, aut inutilia abigendo, ſiue ſegregando commixta, ſiue addendo, ſiue aliquod aliud, quæ à methodo proponuntur ad curationem operando.

In duobus ijs propoſitis inſtat ſumma curandorum morborum omnium, & ſeueriorū præcipuè, quales eſſe febres ſcimus. Priorem autem parauit nobis Artem tutiſſimam Hippoc. quandò ſparſim per celebres libros digeſſit ſanari febres omnes coctione. Cui ſubſcripſit documento Galenus quando ſuffragia larga tunc manu offerenda naturæ voluit, quod ſigna coctionis præmonſtraſſet. Quaſi horum vtrerque optaſſet, præualidam ſemper naturam, morbificæ cauſæ. In eoq; ardere ſtudium me-

dicum

dicum neceſſe eſſe, quod natura ſemper conſtans permaneat, & ſupra morbum perpetuò inualeſcat. Poſteriorem Artem methodi quique, & ingenioſitates curationum inuenère: quinimò tantùm profecit huiuſmodi ſtudium, vt inter innumeras indicationes curatiuas, vnicam locauerint ſpectantem ad naturam, vires indicant ſui cuſtodiam, cæteras omnes morbo dedicauerint; quas referre penè quatuordecim valeant tumidiſſimè Galeni de methodo medendi lib. Has enim impotens numerare Auerroes exercitatiſſimus ſimul & medicus, & Philoſophus, eas non Arti, ſed ingenio commendauit. Quam ob cauſam curationis Artem ſatiùs putauit nominandam Ingenium ſanitatis, quam methodum, ſiue normam, ſiue quid ſimile præclarius, curatiuam. Alterutra profectò harum ab Arte animatus, vini potionem intelliges fauorabilem in profliganda cauſa vniuerſali febrium efficiente hoc eſt Confuſione.

Nam ſi priori illa haſta contendens contra febrem, naturæ nempè vni, vires ſufficiendo, quæ promptiùs, quæ fortiùs, & cumulatiori cum robore id præſtabunt Vino? Vinum naturæ amiciſſimum, obſtrictiſſimum, reſtaurat adeò feſſas vires, vt reponat illicò ab eius potu, in manus eius Antiqua Priuilegia iam penè lacera tirannide febris, quæ eſſe noris Coquendi, Secernendi, Trahendi, Retinendi, Expulſandi: quibus quidem aſſumptis, Confuſionem omnem moderatur, & ad priſtinum obſequium materias cogit. Scio nutrimenta quoq; alia præter vinum à te obiectari; periculis per te vacua: ſed cordialius nullum inſto, faciliùs nullum adſtruo, Alimentoſiùs nullum contendo, promptiùs nullum, puriùs nullum, valentius nullum exaggero, quàm vinum. Quamobrem eminet vinum in cætera Alimenta, & ſingulare has adeptum eſt dotes roborandæ naturæ, ſuſtentandæ.

Si verò poſteriori cum cura, demoliendæ incumbas cōfuſioni, intentionibus illis ſuccurret omnibus vinum, quæ recitatæ ſunt. Nam temperabit humorum caliditatem, imbecillum. Aperiet vias tenuitate ſua Mediocre; & leni calore ſe ſe inſinuãte in anguſtiſſima quæque extrudit impedimenta viarum, per quas calor & ſpiritus ſpaciantur. Depurat Mediocre & Imbecillum, ſegregans ab incorruptis, excrementa: quod manifeſtũ fit excitata vrina, & ſudore promoto. Teſtimonio item Galeni, in comm. Aphoriſm. 7. part. ſuper ea iactatio, oſcitatio, horror

ror &c. Euacuat eodem cum titulo: ſi quidem excreméta,quæ ſunt propriæ humoroſitates ſemouendæ à corpore excutit. Téperat frigida Generoſum: temperat Calida, Imbecillum. Temperat vtrunq; calida quia lene. Siccat Generoſum, Humectat Aquoſum. Addit demùm & reponit vinum deficientia, quia vtiles generat ſuccos. Proſperis ergo vbiq; Auibus proficit vinum, Confuſioni oppugnandæ. Quare hoc principi requiſito febribus ſaluberrimum.

DE CAVSA FINALI Febris.

CAPVT XVII.

Finis in natura, boni ſemper locum habuit: nec finis proponitur vnquàm non bonus. Verùm finis iſte, verus. Equiuocus alter datur, adſcriptus accidentibus, & violento, cuius proprium eſt terminare accidentia, & terminus potiùs, quàm finis dicendus. Hunc quærimus in febre: dicuntque ſine errore cuncti, eſſe eum læſio operationum vitæ. Confuſis etenim vniuerſis, lædũtur illicò operationes, vnde ægritudinem arguimus. Sicuti ſanitatem tunc arbitramur enitère, quandò integræ perſtant, & vegetant corporis actiones.

Huic modò fini, quantum aduerſatur vinum, ex vini fructibus colligito, præmonſtratis in anteriori volumine.

QVÆ NAM RESTENT ADHVC conſideranda medico, qui velit in ſingula quaque Febre Vinum ſcitè propinare.

CAPVT XVIII.

Vnà quamquàm perpendatur, febris cuiuſque forma, plures tamē, nacta proprietates, in varias inde ſpecies diſſecabitur. Nullum memorant rerum genus, quod multas in ſpecies

non

non diuaricet. Nec vlla differentia ſpecierum aſſignatur, quæ varios non ſcaturiat in riuulos. Has patitur etiam febris fortunas. At tantò intimiores medico, quanto officiorum operibus deditiores. Hæ itaque febrium ſpecies, tanquàm particularibus propinquiores, in quibus operum feruet opus, medicum volunt curatorem attentum. Pro varia etenim illorum fortuna, remedia curatiua indaget, diuerſa oportet, & ſingulis adeò contraria, vt tandem munus illud celebre per ipſa adimpleatur Hippocratis, medicinam eſſe morbos ab ægris in totum tollere, & morborum vehementes impetus obtundere, & eorum, qui à morbis victi ſunt, curationem non aggredi. Curatio in ſumma ſic vera initur; quandò perſpecta cuiuſq; morbi particularis Natura, inde ad remedia curatiua procedimus, illi eidem naturę, omni ex parte contraria; & adeò contraria, vt abſolutiſſimi medici nomen aſſecutum ſcias illum, qui proprietates cuiuſque, per Auerroem, & ſpecificæ eius virtutis, comprehenderit vim. Vera inde fiunt illa quæ libr. de Arte dicuntur ab Hippocr. ſufficientem eum eſſe ad ſanandum, qui ſufficit ad cognoſcendum: vituperatoribus porrò aut laudatoribus non indigeres artis huius opificem, ſed ratione; ad quā directè actiones abſolutæ, plenæ ſunt, ab ea verò deſtitutæ mancæ. Qui enim de morbi eſſentia diſceptant per generalia, ij generica pariter promouent remedia: quod quidem factum à Galeno celebratur, non quidem per remedium, ſed per materiam remedij. Factum inquàm, tàm facile, vt agricolis pateſcat ipſis atque famellis: quare & peruium & plebeium. Admirandum certè, à materia remedij ad remedia progredi, & à generalibus ad particularia inclinare: qui Socrati, non homini medeamur, deceatque Hippocraticæ Artis peritum, non craſſa in cute, ſed medullis in ipſis, priuati remedij, indicationem expiſcari. Tanta veruntamen difficultate redundat hæc particularium cognitio, vt idem Galenus, ad Glauc. id perſpectans perterreatur; aſſeratque talem rerum angulum monſtrari penè poſſe, aut verbis aperiri. Quinimò repetat 1. Aphoriſm. 12. ſententiam fuiſſe multorū, incomprehenſibilem virium magnitudinem, ſiue quantitatis affectionū, cui ſubſcribitur illicò aſſenſui, faſſus artificioſa quidem coniectura ad menſuram nos illarum peruenire poſſe, at verò exquiſitè illas præponderare negatum: quod loquitur ora-

culum

culum eiuſdem Aphoriſ. *Acceſſiones verò & conſtitutiones morbi indicabunt, & Anni tempora &c.* & quod idem lib. de arte repetit, morbos qui intima erodunt, obſcuros appellans: eoſque aſſequi medicum raciocinatione addens. Vt colligas inde, laudem curantis Artificis & coniecturæ atq; ingenij ſolertis, in priuatis indiuidualibuſq; locatum radicibus: viamq; illùc ſtratam, per obſeruationem Loci, Ætatis, Temporis, Cõſuetudinis, morbi quantitatis, virium oblatorum, offerentium conſuetudine, Cæli ſtatu, vitę genere, & reliquarum conditionum, quæ ſexcenta ponit Hippocr. 1. de morb. vulg. Idem propterea Galenus lib. de Art. conſt. morbi repetit ſpecies, indicat correctionẽ: ſuccurri verò poſſit nec ne (quod eſt operari) ex efficientis cauſæ potentia, vel impotentia naſci: prætere a & à materiæ Copia, vel inopia, id colligi. Paulo etiam infrà. Auxiliorum, inquit, dexter vſus, præcipua eſt artis medicæ pars.

In particularia ergo quæque rimari, quum ſingulare extet medici ſtudium, Ego in hæc libens deſcendam; qui optem vini cauſam, non quidem materiam remedij cognitam, ſed remediũ excogitatum. Hinc fit quod non acquieſcens generali in contemplatione febrium, ad particularia minutioraque conſultus deuenerim: huius potiſſimùm rei gratia, vt nempè medicamentum & Alimentum iſtud tractare dignius valeam; & vinum in tranquillitate non minus, quàm in procellis miniſtrare conſpicuo cùm fructu, ac ſecuritate queam euidentiori.

Comminuent autem ad minima vſque & locum putredinis contemplari, & ætatem, & ambiens, & morboſæ affectionis ſpeciem, & materiam febrilem, & hominis affecti conſtitutionem propriam, & ſymptomata, & alia conſimilia; quæ & cætera quidem quæque ſint remedia, morbo adæquant, ſed vinum præ cæteris conuinciunt febribus.

Putredo ſiquidẽ, varia ſibi parat in febribus loca, ſi vera exiſtimas iiij. particulæ Aphoriſm. oracula; vt potè 33. *Quin etiam ſi quid ante laborauerit, priuſquàm morbus inuaſerit, ibi ſe morbus obſirmat.* Item Trigeſimum octauum. *Qua parte corporis ſudor manat, morbum illius partis arguit.* In 39. pariter eadem, *quemadmodum & qua parte corporis calor aut frigus percipitur, ibi eſt morbus.* Ex ijs ergo euidentia, non pares obſidere febres quarum materiæ imparia occupent loca. Quæ nanq; dicuntur à Galeno in

meth.

meth.de ſedibus venarum, ſiue earum partium quæ ſunt inter alias & inguina: quæ porrò de priuatis ſedibus inflammatis, in lib. de Criſib. ea ſtant communibus radicibus, concidunt ſi ad particularia diſſeces.

Ætatis quanta vis ad diſtinguendas febres tertiæ particulæ Aphoriſmorum exaggerant præcepta, non hic modò repetenda, ob eorundem ſolemnitatem.

Ambiens, ſiue tempus, vnum & iſtud eſt ſpectabile in febribus, dignum, nomina, & rationes earum ſeparare. Hippocrat. inde, æſtuales alias repetit febres, alias Vernales, alias Hibernales, Autumnales reliquas. Neq; ijs contentus, & Diurnas, & Nocturnas aduexit. Non defuère, qui ſupra manifeſtas temporum qualitates in incognitas ambientis vires conſcèderint. Incognitum verò iſtud non ſicuti Hippocrat. dixère diuinum quoddam, ob incompræhenſibiles verſiones, ſed Diuinum, ob influentem virtutem ab Aere alienam, per ſolas ſtellas, & Cęlorum aſpectus communicatam. Hanc tamèn opinionem plurimis venerabilem, & exercitatiſſimis cultam ingenijs, Hippocrates ſummus medicinæ præceptor euellit; qui tot bonorum artis author, nunquàm Aſtronomiæ ſtuduit, aut Aſtronomicis locum in medicina conceſſit. Inter tot ſiquidem eius grauiſſima volumina, duo conſuli poſſunt iſtiuſmodi materiæ conſcia. Alterum eſt de Aere, Aquis, & Locis. Alterum Epidem. Nec horum ſanè in vllo pererrare admittit medicum in ſtellas vſque & inde ignes comportari officinæ noſtræ medicantium. In eo ſiquidem, Aerem, Aquas, loca, & guſtu docet cognoſcenda, ex ventorum operibus, ex corporum complexionibus, ex poſitura montium, ex fructibus terræ: nunquàm ex incognita Cæli aut ſtellarum, aut influentiæ cuiuſdam genitura. In hoc verò de morb. vulg. Canem quidem, Vrſam, Virgilias, Equinoctium adducit inſpectanda: non ea tamen veluti quid reciſum à qualitatibus manifeſtis, ſed tanquàm verſiuum Annuæ tempeſtatis in Calidum, Frigidum, Humidum, Siccum. Legimus in huius propterea rei gratiam, apud Hippocratem pluries, & apud Galenum Aſtrorum ac Ventorum nomina: quorum opera dum percurrimus, in qualitates ſemper incidimus per eos manifeſtas. Id verò iubent credendum Aphoriſm. præ cæteris tertiæ particulæ. *Inæqualitas Temporum, morbos parit. Si pluuia item*

fuerit

fuerit æſtas, ver verò, &c. Lypotimiq; inteſtinorum vlcera &c. Non enim eximius hic vir ad varios confugit Aſtrorum concurſus; non ad aſpectus ſtellarum portentoſos, ſed ad aeris mutatas qualitates, ad omnigenas temporum tempeſtates. Tam celebrem magiſtrum imitati indè ſunt meliores ſcriptorum Galenus, Auicennas, Aueroes, Raſis, Auerzoar, Oritaſius, Aſclipiades, Celſus, Trallianus, & cæteri quicunque in medendis cognoſcendiſq; morbis, aut etiam præſagiendis eminentiam affectauère. Nam ſi vlla datur vnquàm occaſio ingreſſus in Aſtronomica locus ille ædipol: Hipp. cogit, vbi inquit in Epid. *morbos dignoſcimus docti ex communi omnium Natura, & cuiuſque propria: ex morbo, ægro oblatis offerente, nam facilius ex ijs vel difficilius: præterea ex vniuerſo (ali ſtatu vel ſingulari.* Status tamen hic ſingularis Cæli vel vniuerſalis nunquàm à Galeno in comm. per Aſtronomica commentatus, ſed per patentiſſima, Aeris, & Anni verſione.

Ariſtot. quoq. 2. de gen. mori quidem ante præfixum tempus permiſit Hominem, at non auſit cecæ ſtellæ, influentiæ id vnquã imputare peccatum, at ſemper in Confuſionem materiæ reiecit cauſam. Per quæ, obitum naturalem adſcripſit neceſſitati mutationis perpetuæ · præter naturalem verò violentiæ à materiæ Confuſione prodeuntis.

A morboſæ affectionis ſpecie: quæ in febris malo calore prodit, quàm plurima febrium germina. Hęc denumerauit Galen. 1. de diff. Feb. molle, & acre, ſiue mordax. Eo febrem ſubindicauit mitem: hoc verò altero vehementem. Acredo veruntamen huiuſmodi caloris externa aliquandò incolit, aliquando interiora. Illum aſſequitur tactus: hunc perquiras licet, non quidem manu ſed oculis, & indagine iudicij, per linguæ patientis imaginem, per fęces, per lotia, per ſenſus & Animę functiones. Et à diuerſitate huius caloris, numeroſiſſimę apud Hippocratem febrium ſpecies.

Ex materia multiplici, qua conformatur corpus, diuiſio febrium, quibus componitur multiplex. Confuſis ſpiritibus, Ephimeram; ſolidis Hecticam; Humoribus Putridam, tradidère: & horum Galenus nominum Author. Humores rurſus; quoniam plures Pituita, Bilis, Melancolia, Sanguis hinc & Pituoſas, & Bilioſas, & Melancholicas & ſanguineas excipère. Et

hi

hi adhuc humores pro loci diſtantia in quo Confuſionem ſuam patiuntur nouas febrium differentias dedère. Siquidem ſi in venis feruor æſtuat febris, Continuitatem adducit iniuriæ: ſin verò extra Venas, Intermiſſionem permittit: quæ eſt vulgatiſſima Galeni doctrina. Quanquàm aliàs Galenus, & de diff. Feb. potiſſimùm peregrina commeatus, prima videatur reformaſſe: qui ab vno eodemq; confuſo humore plures excitari febrium ſpecies edoceat, mites alias, alias verò magnas, & arduas: id verò in eodem humore implantari arbitratur, qui ſpecie non differat, at ſolum vel quantitate diſtet, vel qualitate putrefactionis, vel modo, vel loco.

A Temperamento, & indiuiduali Hominis cuiuſdam proprietate, quot quæſo facies febrium?

A Sympthomatum adhuc ſæuitate & modeſtia, quot rictus earum? ſed duplex ille frequentiſſimus, Benignarum, & Maleficarum.

Cæterum ſupereſt alia quoq; diuiſio febrium amiciſſima doctrinæ Hippocratis, & Græcis omnibus domeſtica; breuis ea quidem, ſed rebus medicis longiſſima ſemper neceſſitudine cōiuncta. Ea verò eſt febrium omnium, duplicem ad ſummum experiri nos ordinem, acutarum alium, alium remiſſarum. Ea enim diuiſio in Tertianam, Semitertianam, Cauſonidem, Quotidianam, Quartanam & ſimiles; partes ſunt quædam concurrentes ad formandam Ideam Febris, non autem Febris ſunt ipſæ conſtitutiones, aut formæ. Acceſſiones enim hæ, & conſtitutiones indicant morbos vt 12. Aph. 1. docebat Hipp. & Galenus interpretabatur in comm. & modos morborum, quod habemus ex Hippocr. 1. epid. & has inſuper veluti portiones, portiones inquam naturæ febris conſiderandas à medico voluit, & in 12. Aph. Hippocr. per quas inuenta iuſſit deindè inſtitui victam. Natura verò ſiue Idea morbi in febribus, vel acuta eſt vel Remiſſa. Quamobrem princeps hæc omnium diuiſionum; & ea cuius in ſinu medicationis cuiuſq; ſtat regula.

Hæc loquuntur Hippocratis 4. Epid. dictata; quo loci Eſſentiam febrium meditatur, ex Caloreq; febrili eam eruit. Hęc 2. de diff. feb. documenta, quando ab eſſentia, & motu deduci febrium fortunas edocuit: quam quidā eſſentiam ſolent hodierni in imponendis nominibus febri, motu vnico, & ſempiterno

adſci-

adſcito, prçterire. Quam tamen eſſentiam, & Ideam, alio quidem non potes titulo declarare, niſi acutum, aut Remiſſum cõuoces in orationem. Hincq; apud Hippocrat. acutarum in Aphoriſmis tanta congeries, & in Epidemiis atq; Prognoſticis, tam vaſta moles. Galenus demum 1. ad Glauc. primum in febribus conſilium futurum, vt videamus acuta ne ea ſit, an remiſſa.

Ab hac ergo incipiam vna diuiſionum, vina dum meditor remedia; vt ſcilicet in duplici columna præfigente terminos cõtemplationis febrium per Hippocratem, & Græcos, compendia inſcribam, & cumulos remedij huius ex vino, & cçteras poſtmodum Galeni diuiſiones tutius diſpergenda.

ACVTA FEBRICITANTIBVS Vinum perutile.

CAPVT XIX.

Acuta Febris, ea dicitur per Hippocr. libro illo de victu in Acutis, quæ Magnitudine, & Continuitate irruit coniunctis (prætereo nũc Celeres) Morbi Acuti inquit, particula octaua 1. Acut. ij ſunt quorum febres prorsùs Continuæ, interficiunt. Ea verò & magnitudo, & Continuitas quoniam amplificari in ſe, & contrahi poſſunt, hinc cçpit acuitas Diuiſionem, in acutiſſimum, Peracutum, acutum per extenſionem, & ſimiles exceſſus; pro occaſione potiùs morbi arrogandos, quàm pro curioſitate doctrinę indagandos. Celeri ergo impetu potentes acuti morbi, vel citò hominem tollunt, vt dicebat Celſus, vel breui finiuntur ipſi. Non hæc tamen ſatis pro meo arbitratu ad acutam febrem præfiniendam: vt potè quæ indicent quidem febris modum; at verò Genium, Ideam, & familiaria eius, ne ab vngulis videntur aperire. Quamobrem progredi decet, ſeq; ſe inſinuare neceſſe eſt, in penitiora propoſiti negotij. Si verò magnitudine, & continuitate veluti cardinibus duobus conſtat acuta, videndum vbi figantur ſecreta magnitudinis, & inde Continuitatis viſcera expianda. Hac etenim arte

te fiet, vt Acutæ Idea viuidioribus coloribus pateſcat.

Magnitudo, & Vehementia, de re eadem, eodem ſanè modo pronunciant vocabula, quanquàm diuerſa; id affirmante Galeno 1. Aph. 12. Hanc verò neſcieris vnquã, quandò morbi Ideam ignoraueris, cui adſtat corpori, menſuram præfiniens & molem quantitatiuam. Ideam ergo febris, ſiue Conſtitutionem, & Eſſentiam, ſcias propria eius accidentia eniti, per Galenum 3. de Criſibus; vt potè Pleuritidem, dolor pungitiuus coſtarum cum febre continua tuſſi, & difficili reſpiratione. Febrem verò, & particulares acceſſiones & anni tempora, & ætatem, & mox apparentia, quæ dinumerauit cuncta 1. illo Aph. 12. Hippocr. Accidentia febrium.

Propria veruntamen hæc accidentia, leui nimis contemplatione tangeremus, ſi vnico hoc diſcurſu ſuſcepta innoteſcerent. Maiora in ijſdem indaganda, vt clarius pateat febris hęc huiuſmodi Conſtitutio. Si in Galeni dictis conquieſcimus, & 1. de Victu Acut. definientibus acutam, & 3. de Criſibus, repetentis in acutæ gratiam, eadem propè documenta. Quænam autem ſint huiuſmodi maiora & vlteriora in febrium accidẽtibus, magnitudo certè eorundem exiſtimanda; quam in ſingulis perpẽdere operę pretium voluerunt authoritates iam celebratę. Hãc ergo ſi ſedulus perquiſiueris magnitudinem in ſingulis febriũ accidentibus, inueneris conſpicuam; (vt ex 3. de Criſibus colligetur) in quantitate, ac qualitate eorum.

Quantitas porrò iſtiuſmodi, ac qualitas vnde potiſſimũ dimetiẽda ſeptimo poſtmodũ edidit meth. Triplici nempè à rerũ fundamento: à Pręſtantia primùm lęſæ Actionis: Ab Affectus deinde ipſius eſſentia: & poſtremò a Facultatis, quæ læſum corpus gubernat menſura. Ijs ſic præfinitis ſi intrà febris Ideam conturberis, actiones præſtantes, lædi, illicò Magnum morbum te comprehendiſſe conteſtaberis: ſiue ſi Eſſentiam ipſam febris Vehementem præponderaueris, ſitam ſcilicet in partibus nobiliſſimis Corporis, Magnitudinem ſine errore collectam aſſeres: ſiue demùm Facultatem cordis, ſiue Coctionis, ſiue motionis inſpectaueris mutilatam, nihil te detinebit, quin de morbi Magnitudine, vera pronuncies. Hoc vno itaq; magnitudinis in febre collecto, Acuitatem ſubminiſtrabit menti non dubiam. Poſthac diuertere neceſſarium in Cõtinuitatem, hoc eſt in mo-

tum eius celerem,& nulla interrumpente mora ſollicitum. Nõ enim febris,qua febris eſt, Vehementiam ſibi copularet, niſi indefeſsè, & ſine intermiſſione ad finem vſq; affligeret. Quum breuis intermiſſio vires permittat colligi: refectæ verò, morbi Magnitudinem illicò excutiant. Hæc itaq; bina, Continuitas nempè, & Magnitudo formam, & Ideam Acutæ præſcribunt. Reliquum, Continuitas infeſtare potis, abſque vehementiæ ſocietate: quò circa non ea potens vnica acuitatem connotare. At verò vehementia ne,ſine continuitate febris,acuitatem ſtatuat, dubitatione non caret: qui ſaluari ægrum an perdi velit Galenus 3. eo de Criſibus colligendum, non quidem ex motu, quem præterit,ſed primùm & potiſſimùm ex Idea, Magnitudine,& more. Quinimò relictis Idea & Magnitudine, vnico ſe ſe conſtringat mori cui intentum optat ſemper & ſola ſua doctrina, medicum. Vt pateat, Continuitatis leuia ſperari ſtudia:& in motu ſtantem ipſarum febrium in lubrico, & ludicris confidere. Decreuimus veruntamen per Hippocrat. libr. de vict. in acut. valere acuitatem,per magnitudinem, & continuitatem, quo circa quid ſibi velint dicta Galeni excogitandum. Alia per me febrium eſt ratio:& alia longè diuerſa ſimpthomatum. Acutum verò de ambobus dicitur, immò & de calore febrili,& de materijs febrium ad cuius rei comprobationẽ vana opinor quæ paſſim ab Hippocr. diſſeminantur hic conuocare, cunctis notiſſima. Eam ergo reputes eſſe ſententiam Galeni quod acuitas febris, à vehementia potiſſimùm inſpici, & denominari debeat,quæ in ſimpthomatis magis,quàm in motu perrat. Quamob cauſam Galenus omiſſa ſæpiùs cura Ideæ, & magnitudinis, vnico mori intendit, quiquidem mos ſuperuenientibus,& ipſe in ſimpthomatis commoratur; pluris æſtimatus ſuperuenientia vbiq; accidentia, quam ducat aut Ideam; aut motum, aut aliam rerum quamlibet magnitudinem. Plutarchus Philoſophorum ſapientiſſimus in vita Syllæ, quam habeat formam effigiem,ac colorem magnus morbus,ex eius quidem Syllæ morbo oſtendit.

Detentus ſiquidem pediculari morbo,pluries & ſæpiùs lauabatur aliaſq; purgationes obibat; at inquit Philoſophus, nihil proficiebat,quia ea mutatio(ad mortem ſcilicet) celeritate præualebat,multitudoq; omnem purgationem ſuperabat. Duo

ergo

Digitized by Google

ergo per ipſum concurrunt ad magnum morbum conſtituendũ celeritas, & materiæ multitudo. Illa quidem, præoccupat morbus: hac verò ſuperat vires medicamentorum. Idem certè ac ſi dixeris vehementiam, & continuitatem. ea præualet remedijs: hac verò præcurrit præſidijs. Æmulus hic certè atque aſſecla Hippocr. in lib. de Arte, vbi ijſdem ferè notis vitam & mortem definit. *Superatur*, inquit *is in quo morbus, ob id ſanè quod ſeriùs medicum acceſſerit, aut ob morbi celeritatẽ: ſi enim ex æquò proceſſerit morbus cum medicina, velocior non eſt*. In hoc certè celeritas morborum ſita: quæ cur enitet aperit quoque, quia ſcilicet, totum corpus apprehenditur malo, & anguſta quæque eius. Id verò fieri fortaſsè nequit niſi multitudo vna materiæ graſſetur. In anguſtijs autem corporis habitant morbi, non in conſpicuo; quare & præoccupant medicas prouiſiones. Nec iſte demùm diſcutiuntur, niſi ijs coneris remedijs, quæ & facilè penetrent, & potenter moueant; Vt inde denique relictum ſit ab Hippocrate dictum, purgantia aut tollere, aut mutare morbũ. Quod ego dictum, ſuo loco, in vini vires tranſportauero.

Acuta febre, ijs notis perſpecta, ſuccedit indagandum, an ea laborantibus, vinum conducat. Id enim ſcriptis condignum reputauit Hippocr. in eo de vict. acut. quod inſignes profectus, & inſignes offenſas afferre ſit natũ, ſi à medicis euoluatur. Nempè ſi ęgris quidèm adhibita, præſidium attulerint, laudare oportet: ſi verò detrimento fuerint, vitare atq; repellere: quæ verò nihil auxilij, vel offenſæ effatu dignum præſtiterint, in neutrius horum ratione cenſere. Inuenire ſiquidem, quæ inſigniter iuuẽt aut lædant in re medica, longo opus eſt tempore, & viro, vt inquit Galenus in commen. à cæteris diſcrepante. Quæ cum ità ſint, non hic vulgaris conſummetur curioſitas quandò in acutis proficuum proponatur vinum: vel etenim inſigne molumentũ, vel notabilem eſt natum ferre offenſam. Si primùm, medico certè non pretereundum ſtudium. Sin alterum ad fugam non minori cum cura elucubrandum. At ſalutare ſine controuerſia 3. eo de victu in acutis atteſtatur Hippocrates illa in ſerie orationis. *Quibus autem vinum dulce, vinoſumq. & album, & nigrum, melicratumq; & aquã, & oximeli; inſigniantur in morbis acutis, diſtinguere oportet*. En itaque vinum, & illud vinoſum in acutis ab Hippocratę quod à Plebe, & à medicis noſtratibus, veluti

T 2 maleſi-

maleficum vbiq; temerario nimium opprobrio culpatur ac cõuiciatur. Monſtruoſas quidem victus formas abhorrere ac calumniari, honeſtum; quales referebat Galenus intemperatas illas Petronæ per ſummam repletionem, hoc eſt per vinũ & Carnes aſſas: ſiue & eas quæ ſummam per inediam inſtituebantur ab Eraſiſtrato & cæteris Diatretarijs. & niſi accuſentur, deridendi tamen occurrunt & illi cum Galeno, & Hippocrate, qui quidem amoti à monſtruoſis Diętis, eam adminiſtrant, quæ quanquàm nihil damni afferre poſſit, tamen nihil etiam ſubſidij præſtare eſt potis; quales eſſe cenſeas, meo quidem iudicio, quæ noſtris temporibus, per Panatellas, Oua ſorbilia, Reſtaura, Aquas Carnium & ſimilia ab Hippocrat. cognita ſed nullibi memorata, à Galeno etiam perſpecta, at nunquàm niſi deſpecta 27. eo comm. in 1. Acut. tranſacta ſunt victus officia. Verùm reprobare vina, turpe ſemper, & inhoneſtum; quæ monſtruoſis à Diætis ſeparantur, ſi credis Hippocrati, qui ea inſigniuit laudibus loco citato; & ſtantibus meritis, excelſiſq; dotibus ipſius, inſigni ſemper fructu proficiunt, euentuq; ſaluberrimo, nunquam non ſuccurrunt. Qua propter in hoc inuigilare opere vini in acutis, gratioſum quidem medicis ſemper ſtudium. Ægrorum verò ſaluti memorabile per omnia ſęcula monumentũ.

Per hæc temerariam, ſi amoues, vigilantiam vini potus in acutis: quinimò ſi beneficam cogeris confiteri ſolertiam huius propoſiti, in medicandis ijs morbis, qui nocentiſſimi ſunt (in illis inquàm qui accuratiſſimam medici exigunt prouiſionem; vbi artis gloria enixè per Arteficem quæſita apprehenditur, quandò per Hippoc. 1. Acut. Solus commẽdetur, qui in acutis proficiat: *maximè autem medicum* inquit *laudauero, qui in morbis Acutis quorum plurimi hominum enecantur, inſigniter præ cæteris in melius procedat.* Attendas ſedulò oportet, quæcunque vini potionis celebrari debeant merita in acutis, tùm per Galeni intẽtionis, tùm etiam per Hippocr. doctrinam in eo de victu acutorum & priſcis ſuis, & poſteritati, memorabili cum ſapientia exaratam.

Galenus commendet ne hanc potionem in acutis depoſuere luculenter ſequentia. Septimo is methodi. Quæ ſibi vendicent initium Curationis perquirens, in hoc deniq. coarctat ſuæ coniecturæ magnifica. Ibi incipiendum docens prouiſionibus, à

quo maximè videtur diſcrimen ægrotanti impendere. Verſeris tu modo Galenicus diligens in acutis, & recogites à quo nam Principe, diſcrimen miſero comminetur ægrotanti, nec alium reuereberis tandem niſi Virium lapſum. Acuta magnitudine potiſſimum definitur: magnitudo ſiue vehementia, in læſione præſtanti nobiliſſimarum actionum, & in facultate attrita gubernante corpus innectitur, quæ ambo oſtentāt proſterni ſummo ſalutis præiudicio vires, duriuſque bellum contra Vitæ ſecuritatem, in diſcerpendis virium ſtationibus. Quæ ergo tuba datur indicationis, quæ non intonet occurrendum non eſſe laxatis præ ceteris agminibus; plenoque robore viribus oppugnatis, & propè expugnatis? Phileſcus apud Hippocrat. 3. epidem. ſexto die obijt, acuta oppreſſus; qua eadem, & iiſdemmet propè cum ſimptomatibus Silenus confectus, vndecimo tantùm die expirauit. Cauſam obitum diuerſam perſcrutatus Galenus in virium pondere inuenit, quod quidem minuebatur in Philiſco, in Sileno verò attollebatur. Et conſonum certè per hæc ſuperuixiſſe Silenum, ſuperaſſeq. adhuc vndecimi diei terrorem, ſi eædem vires robuſtiores multò obtinuiſſet. Ità vt vires, has illas opinari ſit neceſſarium, quæ primùm promoueant obiectum medicæ contemplationis, in quibus tùm Prognoſticum eſtruat, tùm etiam curandi nobile opus. Horophon interim ſeptimo decimo die ſanatus eſt, quia validæ eius vires maleficam materiam à nobilioribus partibus in lien & cruca exturbarunt, quod Critoni non contigit laceratis ſibi viribus. Quemadmodum produntur & quidam ab Hippocrate 13. 14. ægrotus premi epid. ſuperſtites implacidiſſimis febribus excuſſa nempè hoſtili putridarum ſarcina, vel extra corpus, quanquām incocta, vel in locum ignobiliorem, beneficio virium interritarum: quarum ope, & virgo illa Lariſſæ ſubſtitit. Ex iis, quænam dubietas relicta, reparandis viribus prima medici nō apparanda? Id ſine dubio, quod Hippocr. in Aphoriſmis comprobauit, admouens remedia acutis, per victus priùs figuram, quàm per Pharmaca, aut per ſectiones, & Chirurgica. Quandò verò firmare vires deceat, noceriſque celerioribus officijs, in vires ante cuncta protegendas, quid vino ferociùs anteibit, in cuius vitam omne cadit Alimentum, terra marique ad munimen agitur ſolidiſſimum, & artuum, & Animæ? Conuocat epotum diſperſos

exemplò ſpiritus: componit trepidantes fibras; iubetque ſilentia, & pacem, eo quo vincit à mundi origine Imperio conſortes vitæ noſtræ ſpiritus, ſolidaque cuncta in quibus diffuſa eſt natura, natum eſt compeſcere. Hæreo tamen attentus tuæ obiectioni, qui dicas aſſiſtere Naturæ per victus formam, non eſſe id quidem obſtare morbo: Nam neque vt valeamus ſcribit Galenus nono meth. nec vt à morbis liberemur ab ea quicquam primum deſumimus, ſed vt viuamus; nec dicatur vnquàm per Galenum vigilem eſſe medicum in auferendum morbum, qui in conſeruandis viribus inuigilat. Ego verò & præſeruatiuū, & Curatiuum velim in acutis remedium vinum. Non enim vllam comminiſcitur ſpeciem Alimoniæ in acutis Hippocr. quam non ditet duobus iiſce priuilegiis cumulatam præſeruatiuæ ſcilicet facultatis ac Curatiuæ; pollicitus ſe non traditurum regulas alterius victus, præter eius, qui inſignem prouentum ferat; in cuius meſſe repoſuit & Ptiſſanam & mulſam, & oximel, & Cremorem, & aquam, & vinum; quod quidem ordini ſuperiorum ipſemet ſenex adgregauit. Vino itaque medemur cum methodo acutis: quo vnico duplici haſta cum ea contendimus: nempè & Naturæ morborum medicatrici, ſuffragia miniſtrantes, quod eſt Præſeruando, & morbo remedia obijcientes, quod eſt Curando. Natura ſiquidem in ſemet collecta per vinum, luctatur valentiùs cum morbo, & proſternit ipſum denique ſi robora inceſſanter ſufficias: & hoc illud iubet ratum quod ab eodem Galeno ſubindè dicebatur. *Additum in ſermone eſt illud primùm, quòd ex Accidente aliquando virtutis roboratio, ad affectus Curationem conducit*; illud prætereà ſanctum, quod in Hippocr. legitur monimentis, ſanatos eſſe plures, ope virium, vt Virginem illam Lariſſæ, cuius Natura præualuit morbo, incoctas adhuc impuritates eludendo per extramiſſionē deuictas; alios verò permultos diſtinuiſſe in longiſſimos dies inuictos, qui tandem cecidère, deficiente ob defectum virium, Natura. Non ergo medela iſtihuſmodi morborum; (vt porè quæ polliceatur ſanitatem per Accidens, & victoriam ſuprà morbum poſſibile, non neceſſariam) contemnenda, veluti Accidentaria, ſed eam ob cauſam magnificanda, quòd dederit frequentiſſima pignora ſuæ Authoritatis, vbi de ſalute duriùs in morbis controuerſabatur; & hanc Nauclerum ſtatuerit Hippocrates tempeſtatis morbificorum

rum affectuum, quo benè imperante, & aſſiſtente, in fluctus immineat vita, ignaro verò ac læſitante, fluctibus ijſdem ſubmergatur. Remedia quoque obijcimus morbo; curamus nempè cum vina propinamus, quoniam & Alterare valemus eius beneficio febrem, & materias morbificas extrudimus, coquimuſque confuſas, & obſtructa reſeramus, in viaque explanamus: morbi pugnantiſſima Agmina, ac ferociſſima. Alterat ad frigiditatem vinum (non tamen omne, ſed Aquoſum) eaque alteratione, quæ in qualitate non conquieſcit, ſed ſubſtantiam vnà commutat infrigentem: quæ germana ſublimatur curationis formula ab Hippocrate & libr. de vet. med. & eo de Nat. hum. concelebris; quum neque ægrotet, neque febricitet homo ob ſolam infeſtantem qualitatem, ſed ob materiam à qua componitur prima diſſonum, quales definit humores. Materias morbificas extrudit, Aquoſum, quia robora addit Naturæ connitenti contrà morbum. Coquit fuſas materias, quoniam corruptos humores emendat leni mixtione ſuæ ſubſtantiæ, quod docuerat Galenus 12. illo primi Aphoriſm. & Heraclitus, ante eum Tarentinus. Recludit clauſa, ob traijcientem facultatem, tenuemque ſubſtantiam: quo nomine inuia quoque reddit peruia. Attributa quidem Imbecilli, quæ niſi confirmaueris, obijcientur tibi prioris libri allegata tuis nunquàm conatibus infringenda. Præſeruat itaque, & Curat Vini Potio in Acutis: quibus in muneribus repetito officio prodeſt vehementiſſimè malorum inuaſori. Obijcies veruntamen poſthæc, intentionem hanc Nutriendi periculis eſſe plenam, confiſus oraculi eius voce, *Corpora impura, quò magis nutries, eò magis lædes.* Sed altero hoc ſcopulo nihil franges diſcurrentis rationis. Nam quæ vetat Hippocr. in Aphoriſmo, ſunt ſolida Cibaria, et plena; quæ verò ſub Ptiſſanæ ordinantur Claſſe, ea non tangit; aliàs in monſtruoſum inſtitutũ illorum prociderint, qui nihil omninò dare, ſecurum ad ſalutem putauerant. Solida cibaria impingunt in via nimium craſſa; difficilique negotio atteruntur; nullumque tandem conatum promunt colluctandi contrà morbum, ſed in nutriendum ſola incumbunt. Plena pariter, grauant & ad ſe comminuenda totam vocant Naturam: excrementis obruunt nouis; plenitudine vlteriori comprimunt, nouum ingerunt æſtus faſtidium. Ac nutrire impura Corpora vino, & eo imbecillo, leni,

ſubtili, idem eſt ac ſi Ptiſſanam, ſiue mulsā, ſiue cremorem offerres: videlicet ſi medicamentorum exhiberes nutrimentum; in quo & humectatio ſpectetur impreſſa: & iucunditas, & lubricitas, & ablutio, & continuitas propriæ corpulentiæ. & cætera ſimilia, quæ tanquam in exemplari, in Ptiſſana 1. Acut. figurantur ab Hippocrate ſublimiori in gradu in vino recognoſcenda. Hæc etenim cibaria, ne refugit Hippocr. nec ratio abhorret, in quibus peccata ſtertunt nulla, merita verò vigilant, & imperant quàm plurima, erigentia non tantum vires, quantum plectentia morbum. Abeſt longiùs per hæc timor, ſiue per Imbecillum, nouæ fæculentiæ; nam incorruptibile, vt probauimus: plenitudo non ſuſpecta in eius ſobrietate: calor impoſſibilis, ab eiuſdem aquoſitate: compreſſio nulla, quando excurrat lubricum, molle, lene, iucundum, continuum. Spes quinimò certa in eo, & refrigerij febrilis, quòd refrigerat: humectationis, quod humectat; complanationis materierum, quòd lenit, mollit, lubricat: gratiarum, quod iucũditate animam delinit: vnde Horatianum illud expleatur.

--- quoniam vacuis committere venis

Nil niſi lene docet.

Vacuis inquàm laudabili ſucco, quanquàm confertis vitioſo, & impuro, vt inde confirmentur ſequentia

--- Leni præcordia mulſo

Prolueris meliùs.

Vinum ergô, vt cumulatim repetam ſalutare in acutis; & illud aquoſum ſiue imbecillum, quod in priori libro quale ſit monſtrauimus: deducta vi ſententiæ à Galeni præceptis in methodo, vires primò contemplatus in acutis, iubenſque vt ab illis initium vindicetur Curationis. Nec alio, iſtud conſilium, exequi medio ſcribat meliori, quàm vino, ſi quæ de vini poteſtate celebrantur in mentem reuoces, & quæcunque ab eodem de confirmandis, & ſucclamandis viribus vbi de ſincope ediſſeritur in methodo, ante oculos tibi conſtituas.

Hippocrates modò adeundus; & poſtulandum à ſeniori quoque & grauiori magiſtro, vſum ne habeat ſecurum ad ſalutem in acutis Febribus vinum? Vox eius auditur clara 3. de vict. in acutis: *Quibus inquit, aut vinum dulce vinoſumque & Album, & Nigrum, melicratumque & Aqua, & oximeli, inſigniantur, in morbis acu-*

his acutis diſtinguere oportet; & ſexta eiuſdem particula de Vino Albo vinoſo grãdiora adhuc prolocutus hæc alia ſubdidit *Atq; mulſa ad opẽ his morbis ferendã facit.* Vinum per ſuas haſce voces, locum habet in acutis: & eaſdem ſollicitat in gratiam acutarum medici æſtimationes imò altiores, atque melicratum faciat, aqua, oximeli in quo glorietur, ſe primum vidiſſe quod ſeniores eo nec viderant, nec didicerant. Hoc motus conſilio, facultates eius illicò edocet. Nec alterum præterit egregium, vini nempè diuiſionem, in Potens & Imbecillum: quorum ſeparatas dotes ſeparatis dimeſſus eſt Aphoriſmis, & confeſſus contrarias. Vinoſi priuilegia narrant compendia illa diſcurſus à primo ad octauum vſque tertij illius libri. Imbecilli munera loquuntur, & octauus ille ſentẽtiæ periodus, & vigeſimus alter. Sed inſignitur opemque affert his morbis, & Ptiſſana, verum non ſine tempeſtiua occaſione adminiſtrata. Quocirca, ſubſequitur modò vt neceſſario, quæramus atque inſtemus etiam de vino. Quem ſibi vindicẽt locum, ſiue quod nam tempus ſibi præſcribant in acutis, huiuſmodi vina, id verò determines impoſſibile, ni priùs ſemoueas à ſe inuicem duo hæc vinorum genera, Potens ab imbecillo quorum contraria oppoſuit attributa. Quare repetas licet, & interrogas, Quam ſibi ſtatuant per Hippocr. meracia vina temporis opportunitatem in acutis: hoc etenim cognito conſequentia monſtrabit ipſa, aquoſorum, ſiue imbecillorum occaſionem ſtare non illegitimam in totius morbi orbe, non in aliquo partium ipſius, aut Polo, vt cenſent noſtrates, aut Epiciclo. Certum eſt proponi, & commendari ea tantùm alimenta in acutis ab Hippocrate quæ vnà cum Nutritione, vi quoq; pollent medicamentoſa, ſuumq; magiſtrum imitatus Galenus 27. comm. particulę 1. & Panem, & Oua, & Chondrum, & Piſces, & Teſtes Gallorum & Columbas, & ſimilia alia quàm tenerrima, nutrientiſſimaq; relegauit ab acutè ægrotantium menſa, tanquàm inutilia ob denegatam ſibi opem medicamentoſam. Horum nihilominus alimentorum vires concredere prorſus inter ſe pares, nulla menſura diſſitas, aut diſcordia, ab hiſtoria eorum dilucidè enarrata in lib. illis de vict. Acut. foret planiſſimè diſſentire. Eorum ſiquidem, refrigerant quædam magis vt aqua, quædam ſecant, vt oximeli: quædam lubricant, & molliunt, vt mulſa: quædam nutriunt vt

ptiſana & vinum. Pro diuerſitate itaq; intentionum in varia inclinamus huius claſſis alimenta: in oximel aliquandò, modò in mulſam, nunc in ptiſſanam, non rarò in vinum. Morbus ſiquidem præmit aliàs duriùs, alias præmunt vires preſsiùs: nec horum attamen alterum, ab altero ſeparatim prorſus præhendunt; ob eas, quas ſuprà recẽſuimus cauſas, in morbi Idea patẽtes. Doloribus ergo ſtrepentibus, ſi validè (repetit ſæpiſſimè Hippocr.) conſtiterint vires, totus inſudet medici labor, in medicamentoſa ſimpliciter officina in Fomentis, in expurgatione, in ſanguinis miſſione, & ſimilibus ad neceſſitatem indicationũ remedijs. Sin tempeſtas illa deferbuerit ad compoſitam ex medicamentoſa & alimentoſa, diuertat, Oximel, Mulſam, Priſſanam, Vinum: non enim ſolus vrget morbus, ſed vires feſſæ ſuclamant: ipſæq; non domitæ morbo, lucià ſubſidio victoriam ſuprà imbellem pollicentur. At verò ſi tandem virium vnus vlulet ploratus, quæcunq; ſummè reficiant captanda, vinumque ob id, & implorandum, & miniſtrandum. Hæc extat ſumma eorum omnium, quæ in gratiam victus dicuntur ab Hippocrat. lib. 1. de Victu in Acutis & 2. Vinum modò merax in principijs etiam acutarum, per hæc prudenter quidem propinatum: & inde per totum morbi decurſum, ſalutare, ſi lapſum verè comminentur vires, non id nempè ob dolorem, morbi acumen, aut aliam irritationem, vt 2. de illo partic. 47. ſed ob Inanitionem in primis, & vaſorum procidentiam. Et quoniam meracium, alia celebrantur dulcia (eorum inquàm quæ Calices fęcundãt) alia auſtera: quorum quæ dulcia ſunt humectant, leniunt, molliunt, & promptiùs ſitim pellunt: quæ verò auſtera, ramentoſas tantùm excretiones emendant: hinc dulcia tãquàm magis cõferentia neceſſitatibus acutarum, amica quidem Naturę, inimica verò morbo, optata ſemper, & laudata: auſtera verò ſuſpecta vt plurimùm & peccantia. & in huius diſcurſus copiam congeſſit Hippoc. quæcunq; de vino in tertio edidit libro, ad Exordium vſque ſermonis de melicrato. Verùm ſi viguerint vires, quemadmodum horret Hippocr. in principijs Ptiſanam, tantò magis vinum abhominabitur. Illam ne hæreat in via ſuſpectam habet, augeatq; calorem, & ſpiritum difficilem quanquàm lubricam, leuem. Vinum ergo quod calore comburrat certò affirmabit. Importunus itaq; tunc locus vini vbi opportuniſſi-

mum

mum profligandæ affectionis ſtudium. Reliquum inde tempus febrium, ſemper vtiq; proſperum bibendo vino meraci, vbi incipiant ſigna apparere coctionis: id autem conſtans facit Conſilium in primis ipſe Hippocrat. qui multam præſtare opem ijs morbis faſſus vinum merax. 6. ea particula 3. non potuit illud, niſi vrgente morbo vſurpare: nam eo deuicto & ſilente, ridicula euadunt ſtudia prouiſionum. Certum præterea reddunt, quæ in eadem particula illo ſcribente pronunciantur: quæ primo in libro diſperſa, à nobis compendio referri poſſunt. Sexta ea particula docet vinum album vinoſum perpetuò purgare: nõ purgantur autem niſi, quæ coctionem aliquam ſenſere: quamobrem tunc haurietur opportunè quandò coctionem aliquam ſubierint humores: id quidem quod innoteſcit, apparentibus ſignis eiuſdem lib. particulæ, nam 7. *Auſterum conferre* inquit, *quandò ramentoſa, & humentiora exierint excrementa;* 5. *minus* inquit *educit quod ſitim facit;* 4. *quod dulce eſt ſpiritum aliò efficacius educit:* 3. *mouet minus vrinas dulce Nigrum:* & 2. tandem *de dulci Nigro faciliùs hoc, quouis alio per inteſtina deſcendit*. Primo item ex eius libro colligimus, & potiſſimum ex 22. & 23. particulis, quod expurgandis excrementis coctis dum implicata eſt natura, nos ſorbitionis quantitatem augeamus: quam ipſe ſorbitionem definit, ibi Ptiſſanam definit tamen, & 22. particula vinum & tertio lib. vinum pariter. ibi Ptiſſanæ ſolius exemplo abuſus. Niſi velis tu, vires denuò ponderare, & ſtabilibus ſufficientem opinari Ptiſſanam nutantibus poſtmodùm præſcripturus vinum. mihi tamen fatiùs ſemper creditum vinum, vt ſufficiat natura in abſoluendum id viriliter, quod inchoauerat, concuſſa à priori morbi parte: quæ eſſe ſcias Galeni ipſamet verba in comm. eius 23. & Hippocr. in Aphoriſmis frequentiſſima. Nec terreat hic vini calor qui non perterruit Hippocratem à commendatione ipſius in acutis: nec retrahat vulgi inſida fama calorem eius expaueſcentis, quę Galenum non turbauit, exprimentis ſemper non quidem pocula, ſed multitudinem Poculorum, peccati ream: quod acutis ipſis febribus adaptauit, quandò epid. 1. ęgroto. 12. *Potauit* inquit *largius caleſcens adhùc, & ideo ſubſequuta ſunt eum accidentia mala*. & lib. 3. ęgroto. 4. *Potio* inquit *Vini larga, maximum eſt malum, (capite tunc grauiter affecto*. En meri opportunitas in acutis per Hippocratis

cratis

Digitized by Google

cratis ipſius & per rationis auctoritatem. In principijs ſcilicet ipſarum febrium, quandò vires nutent: tunc tamen ſemper, & indiſtinctè, quandò incipiant apparere ſigna coctionis.

Hic veruntamen noua inſurgit dubitatio: & ea non minus fęcunda doctrinæ Hippocraticæ, quàm prouida ſalutis humanæ: Quod nam ſcilicet definiri debeat tempus illud, in quo inchoant ſigna coctionis.

Exercitatos, ſi interroges vniuerſos, & eos præſertim, qui hodiernam factitant medicinam, tibi idem reſpondebunt, atque mihi confertiſſimi reddidere, illud determinandum, quod dicimus cum Galeno declinationem vniuerſalem morbi. Sed vera ne dicant, ex ijs conſidera Hippocr. 3. lib. particula. 7. aperiens patenter tēpora potus Nigrorum Auſterorū in acutis, vt eadem aſſignata Dulcibus vinoſis, magis comprobaret, hæc reliquit ſcripta. *Fuluo autem vino, & Nigro Auſtero in morbis huiuſmodi, ad hæc vteris; ſi neque grauitas capitis fuerit, neque mentis cōcuſſio, neque ſputo via concludatur, neque teneatur vrina: excrementa autem humentiora, & ramentoſa magis fuerint.* Vide & conſidera diligentiùs cancellos opportunitatis: qui ſi cum Galeni commentario prohibuiſſe in ijs dixeris verbis ab acuta Auſterum, erratum tuum & Galeni illicò emendare cogeris reſſumens verba illa, *Fuluo autem vino & Nigro Auſtero in morbis huiuſmodi, in morbis inquàm huiuſmodi, ad hæc vteris.* Non enim dicetur ampliùs morbus ſiue Febris, cum tranſacta fuerit: neq; tranſegit vnquàm, ramentoſis adhuc exiſtentibus, ac humentioribus excrementis. Approbatur ergo potionem Auſteri in acuta adhùc feruente: ſed veſtigans locum eius accomodum vino, inquit, *Si Neq. grauitas capitis fuerit neq. mentis concuſſio, neque ſputo via concludatur, neq. teneatur Vrina;* non enim regnantibus ijſce, ſigna explicantur vlla victoriæ, hoc eſt coctura, ſed quod primo libro voluit & aſſeruit, neq; Ptiſſana tunc aut quid ſimile, verū in extrudenda materia tantum faceſſente negotium, omnis ardeat medici vigilantia, aut fomentis, aut ſanguinis miſſione, aut expurgatione. Cæterum ſi excretio aliqua prodiderit, notas deferens vincentis naturæ, tunc illicò in vina confugias: & Auſtera Nigra, quādò ramentoſa eiuſmodi, & humētiora exierint, *Excrementa autem humentiora, & ramentoſa magis fuerint.* Id verò tempus declinationem eſſe vniuerſalem, nemo ſine

mani-

manifeſto aſſeuèrauerit mendacio. Nàm vniuerſalis declinationis tempus, deſcribitur illud, in quo ſigna perfectæ, non inchoatæ apparent coctionis, id docente Galeno libr. de temp. morb. & de Criſibus. At prodeunt notæ huiuſmodi cocturæ, & in Augumento & in ſtatu. Quamobrem tunc propinanda cum Authoritate Hippocratis meracia vina. Aliud ſiquidem rearis eſſe, apparere ſigna coctionis, quod docuit 1. potiſſimùm Aphoriſm. 12. Galenus. Aliud Cocta exire. Apparent ſigna Coctionis in principijs ipſis aliquandò morborum, quæ ſecurum indicant morbum. Cocta verò quando exeunt, declinatio tunc floret, quæ indicant ſolutum iàm morbum, ac iudicatum. Quæ cuncta habes clara & in Epid. & lib. de Criſibus à Galeno, & Aph. iàm ſępiùs citato, & lib. de Temp. morb. & in Progn. Ratio verò admonet, non eſſe quidem expectandam abſolutam Coctionem dum ſuffragia ſtudemus Naturæ, ſed ipſi aggredienti pugnam auxiliandum Cibo medicamẽtoſo, & præſidendum. Parta ſiquidè victoria, ridicula inde feruntur ſubſidia. At dum feruet pugna, gratus ſemper, ac proficuus concurſus amicarum manuum, ſiue legionum obſtrictarum. & ſigna quidem imperfectæ, ſiue incipientis coctionis, indicant debilitatem Naturæ, vt in ſputis tenuitas, in Vrinis Nebula, aut ſuſpenſum; quæ propterea implorat manum auxilij, quo ſufficiat vſq; ad finem: ſigna verò abſolutæ coctionis indicant ſui iuris Naturam, & nullius opis indigam, vt in ſputis craſſities, in Vrinis ſedimentum Album continuum; quæ ideò nullum requirit ſubſidium; & quæ accurrunt inania, nullaq; aut prudentia, aut pondere prædita. Sapienter hanc ob cauſam Galenus de locis Affectis. 5. vt primis diebus & nouiſſimis in ſputaminibus accurreremus, vino in primis virium amico & morboſæ materiæ correctore ea effudit aurea. *Verùm quia viribus opus eſt, quibus huiuſmodi Accidens Naturale excitetur, contigit creberrimè, per ſuppuratos affectus mori laborantes, imbecillioribus iàm antè redditis viribus: validiſsima enim Thoracis conſtrictione; eademq. celerrima tuſsis excitatur: atqui vires imbecillæ, neq. validè, neque celeriter agere poſſunt.* Id vero quod ſpeculabatur Galenus in Paſſione laterali, quam Hippocr. imaginem ſibi ſtatuit ad documẽta omnium acutorum, nos non immeritò in cunctis debemus prę oculis figere Acutis. Vt ſcilicet aduenientibus præcurſoribus Co-

ctionis,

Digitized by Google

ctionis. Vina expediamus quæ educunt vt diximus, & quę ſimul vires dicant robore, & viatico, quo quidem ad finem vſque inſequi valeant morbum & eius omnes latebres diſſipare.

In Conſuetudinis fundamentis complura locat Hippocrat. ſecundo ſuo libr. Argumenta, vini potus Amica. In Complexionum natura, non inferiora, meo quidem iudicio componit. Atqui breuiora & meliora affecto: qui ſciam breuibus ijſque acutis feriri animum. Quærant cæteri in Hippocrat. reliqua ſi hæc arida cenſuerint, nunquam tamen ſine ſana, integraque veritate aprica.

Huc vſque protractus diſcurſus vinorum vinoſorum; in poſterum texendus alter vinorum aquoſorum. Hæc huiuſmodi vina per poſitas à nobis radices in primo libro, frigida ſemper. Deponunt ergo dum Culpam Caliditatis à Galeno ob febres effugiendam, inueſtiunt ſibi tantam ab eodem magiſtro gratiam, vt exclamet ipſe, octaua ea in particula, *Febrientibus maximè idoneum aquoſum eſt.* & infrà iterum. *Nempè vino huic omnium ſoli, vt tùm Aquæ, tùm vini mala effugeret eſt datum.* Lata ergò vt breuiſſimis agam, ſententia per Galenum rigidiorem cum com potatorem, Imbecilla vina, acuta febrientibus, ſemper ſalutaria: vt potè quæ præſtent humiditate emolliēte, tenuitate traijciente, continuitate inhęrente, ſubſtantia alimentante, & quod primùm optas, qualitate frigefaciente, Caput non grauante, mentem non concutiente, vrinam, nec cætera excrementa prohibente, & vires ſemper ſubminiſtrante; gratias aſſuetudine comparante, ſalutem Pacem, ſanitatem. Bona, bona quidem, quę ſuæ Ptiſſanæ accomodauit celebetrima Hippocrates, ſed eò adhuc celſiora, quod Ptiſſana veluti cibus, ſola ſubſeruet, Imbecillum verò, veluti & cibus, & Potio præſtò adeſt: ſuæ etenim mulſæ fecit Hippocr. Imbecillum conſimile; in principijs morborum, & inde in amplum omnem periodum diffundendum, ſi mulſa illud ſibi tempus vniuer ſaliſſimum circumſcripſit. Hæc tamen dicta, ingenium nè cogerent propinandi vim in acutis, extrema quæ adijcio conuincent. Vndecimo Galenus methodi, vno in memorabili præcepto, quantum dederit authoritatis vſui vinorum, quamque ſalutem ex ijs polliceretur illis in verbis concluſit. Ciborum concoctio, ſiue ea in Iecinore, ſiue in ventriculo ſint improſpera, febris intendit, ac ſucci vitio exacerbat.

cerbat. Quo magis in omni febre ciborum concoctioni proſpicere magnopere oportet: atque eius rei cauſa roboris quoque inſtrumentorum quibus perficitur, non leuis habenda eſt cura. Vt tu ſcilicet videas, qua cum ſolerti cura meditari compellaris in acutis febribus vina, vt remedia excelsè proſpera: quibus vnius coctiones, tùm in ventriculo, tùm in Iecinore, cùm in omnibus venis, paramus ſemper non fallaces. Succi vitium ob id mitigare vinum 12. meth. dicebat; & cunctis illis qui amara bili vexantur intra ſthomacum, propinat. Quantus modò extet noſtratum error, qui de uino in acutis diſputantes, negari illa dicant ab Hippocr. & Galeno pateat per hæc luculenter. Quantus præterea inanis citatur tumultus, quandò tempora potus huius determinent iterum eluceſcat. Quantus adhæc rubor deturpet illos, qui ſine diſtinctione generum vinorum, de eius potu muſſitant vltrà perſpectum. Et qui denique iniquiſſimi, in imbecillum epotum in acutis tot blaterant inconſona, videant quam puerilia nugentur, qui medici ſint, qua freti doctrina aurum eripiant, quo vento perciti in excellentiam nauigent. Illi inquàm, vt temperatiùs agam, qui dum pauirant nocumenta, vel nihil prodeſſe volunt, & multum obeſſe, vel ſibi priùs timidi conſulunt, quàm ægrotanti, aut artis medicæ, antiquiſſimæ diuinæ, decori, prouideant.

DIVTVRNA FEBRE DETENTIS Vinum Salubre.

CAPVT XX.

IN acutos affectus inuitauit ſæpius Hippocrat. medicos tanquàm in puluerem gloriæ, & in metam excellentiæ; in diuturnos, verò in longos ſcilicet, & Paruos, conuocat eoſdem Aretæus; nec minùs eo feruentior, Celſus. Ille quidem, poſt multa quæ recitauit, duriora huius morbi, addit maiora hæc. *Vbi me hercule in magna animi Conſtantia diu præſtanda auxilijs variandis, iucundis citra noxam ægro concedendis ipſoque decipiendo, medici virtus atque excellentia dignoſcitur. Cæterum & æger fortis ſit, & cum*

cum medico aduerſus morbum conſpiret neceſſe eſt: qui non ſolùm Corpus tenaciter arripiens ipſum celeriter tabefacit & exedit, verùm etiam ſenſum magnoperè ſubuertit animamque inſanam reddit.

Hæc Aretæus. Celſus verò introductus meditatione in penitiora horum morborum, diuturnum tunc magis horret, quo tempore habitum ſibi parauerit in patiente corpore, & radices altiùs confixerit. *Longus tamen* inquit, *morbus quum penitùs inſedit, quod ad difficultatem pertinet, acuto par eſt. Et acutus quidem, quò vetuſtior, longus autem, quò recentior, eò facilius curatur.* Quid autem ſit pænitus inſiderè, ſiue vt loquitur Ariſtot. 30. Problemat. 1. altè ampliterque conſiſtere, dictum eſt, vbi de Ebrietate. Tanti verò æſtimauit Hippocrates hanc morborum inſidentiam, ſiue habituationem, vt amoueret à negocio artis, veluti inuictos, prouectos quoslibet, & inconfirmatam habitudinem tranſgreſſos; cuius hæc ſunt verba libri de arte. *Si verò is in quo morb. cognoſcitur ſuperetur: ob id ſanè quod ſeriùs medicum acceſſit, aut ob morbi celeritatem peribit. Si enim ex æquo proceſſerit morbus cum medicina, velocior non eſt.* Natura enim morborum medicatrix; quæ in harmonia humorum & temperaturæ cohabitans, cuncta gubernat. morbus verò in diſſono incipiens, properat ſemper ad huius harmoniæ diſſolutionem. Quare vna ſalus adcurrere medicamentis, priùs quam fines abrumpat: id enim illud eſt, quod eodem loci dicebat Hippocrat. *eiuſdem ſcientiæ eſt morborum cauſas noſſe, & morbos ipſos omnibus medicamentis, quæ augeſcere morbum prohibent, curare poſſe.* Aufert ſiquidem medicamentum cauſas morborum, inciduntur que ab eo veluti crura, quibus irrepit in perditionem concentus: vnde reſtaurata Natura reformat denuò rithmum, cunctaque ad ſanitatem, tanquam ſui iuris, componit ac vitam. Fitque propterea illud, quod miramur ſæpiùs cuncti, vidit verò Aretæus, ſine admiratione; vt multò nempè tardiùs, quàm pro ratione deceat ſperare, videamus aliquandò ſanitatis præſentiam, ab epotis medicamentis, & ab exacta curatione, afflicta enim adhuc, quanquàm intacta morbo, otiatur Natura; quæ poſt aliquot inde tempus refecta, integrum denique patefacit ſuorum officiorum, & quæque conſueta ad optimam vitam, ſiue ad dulcem hillaritatem prouidè abſoluit. & in hunc quoque ſenſum accipias neceſſe eſt, quæ à Celſo proferebantur in

gratiam longorum morborum: Non enim vbi ſcribit, *Quòs tempus, vt facit ſic etiam ſoluit*; interpreteris licet, à tempore ſanari longos morbos (in habitum ſiquidem faciliùs perducuntur à prolixitate temporis) at verò à medicamentis alijs, atque alijs: per quæ poſtmodum reſtaurata natura, poſt aliquod tempus reſurgit integra, quæ priùs feſſa torpuerat. Et componenda ſanè ſic eſſe tertiis dicta Celſi cum antedictis, *Oportet itaque vbi aliquid non reſpondet, non tanti putare auctorem, quanti ægrum, & experiri aliud, atque aliud. hic tamen, vt Acutis morbis cito mutetur, quod nihil prodeſt in longis, quos tempus, vt facit, ſic etiam ſoluit, non ſtatim condemnetur, ſi quid non ſtatim profuit. minùs verò remoueatur, ſi quid paulùm ſaltem iuuat, quia profectus, tempore expletur.* Vides fieri à tempore diutinos, quia in lenta eorum proceſſione ſtat vita illorum: quamobrem, nec expectanda momentanea ſolutio, aut celeris, ſed in longum ſperanda: quia vt fiunt ſic etiam deſinunt. Vnde nec remedia queunt breui ſubuertere morbum, in materiam videlicet agentia ſegnem; & ideo non condemnanda, quæ non ſanant confeſtim; ſed quæ paulùm iuuant, ea ſeruanda & frequentanda; quę verò nihil adiumenti proferunt, ea mutanda, & in aliud conuertendus animus. Et quamuis conſenſerint ea cum memoria authorum fide præſtantium; dummodò non proficit repenſanda alijs: & ægrotatum id imputandum culpa, non ſcriptorum: nam memorauerunt quique ea, quæ ſibi ceſsère: non ceſsère autem vniuerſis, quia alia, atque alia ægrotantium Natura: Quapropter decet in ijs morbis experiri aliud atque aliud remedium: & à Tempore ſperare ſalutis inde integritatem. Et de forma ſiue ſpecie longarum febrium hæc.

Qua verò cognoſcantur regula remiſſæ febris, reliquit Hippocrat. ſcriptum 12. Aphoriſm. lib. 1. *Iam vero inquit, paraxiſmos & ſtatus morborum, ipſi pro ſe quique morbi aperient, & Anni tempora, & ſtata periodorum vices, interque ſe reciprocationes, ſi quotidianæ illæ fuerint, tùm ſi alternis diebus repetant, tùm ſi maioribus interuallis. Eo quoque pertinent & quæ mox apparent: vt ſi ineunte pleuritide expectoratum illicò appareat, breuis eſt morbus: ſin verò ſerius diuturnus. Quin & vrina, & Deiectiones, & ſudores, vt apparuerint ſecundi & ſiniſtri morbos iudicij, breues aut diuturnos fore ſignificant.* Signa in ſumma Coctionis præ cæteris ſemper ſunt

bona, & morbi ſolutionem haud ita multò poſt futuram oſtendant. Signa verò cruditatis diuturnum quidem ex neceſſitate morbum ſignificant. A Coctione inquàm & cruditate prima prognoſticandi Breuitatis & Diuturnitatis morborum. A iudicantibus, ſiue iudicatorijs prima ſalutis aut mortis: vt ſi liuidum fuerit, aut ærugini ſimile, aut Nigrum ſputum, pernicioſiſſimum exiſtit: ſin verò Album lene æquale nec nimis humidum, nec nimis craſſum exierit, ſaluberrimum eſt. & in huius mentis gratiam Hippocrat. idem libr. 4. Aphoriſm. 41. *aliqua habuit conſimilia, vt in febribus abſceſſus, qui ad primas indicationes non ſoluunt, longitudinem morbi ſignificant*. Et ibidem Aphoriſm. 40. *morbi longitudinem ſignificant, vbi in toto Corpore mutationes: & ſi Corpus perfrigeretur, aut rurſus calefiat, aut Calor alius ex alio fiat*. Alibi pariter multa: quæ reduci poſſunt omnia in fontem 12. eius quem memorauimus Aphoriſmi; quia inde fluunt cuncta: & illuc reuertuntur quantacunque concurrunt dicta à ſcriptoribus in Picturam huius diuturnitatis configurandam. Cauſam modò huius diutinæ febris reliquum eſt inuenire ac complecti ratione. Eam vt breuibus agam aſſeruit Galenus oculis noſtris euidentem 2. Aphoriſm. 19. vbi acutarum Effectrices meditatus, aliàs Diuturnarum è directò ſibi oppoſitas, cunctis commonſtrauit. Natura inquit acutarum prodit ab humoribus Calidis ſuper calefacientibus nempè: qui quidem duplicem quoniam locum Corporis poſſunt obſidère: vel ſcilicet omnes æqualiter Animalis partes; vel locum aliquem inſignem ipſius, vt in morbo laterali, Pulmonis inflammatione Angina; hinc fit vt duplex poſſit Acutarum Natura prædicari: alia earum febrium, quæ focum in cunctis æqualitatem fouent partibus; alià verò quarum fomes in particularibus inſignibus tamen, includant. Diuturnarum ergò Febrium, Origo, à Craſſis, Lentis, ac Frigidis enaſcitur. Qui nec facile concoqui poſſint, nec breui manſuefieri. Non hæ tamen veluti acutæ duplicem à locis ſortiuntur diuiſionem, ſed vnica ſemper obligantur Conditione ac lege: ea autem eſt vt docet Galenus quod tales huiuſmodi humores in patentibus ſemper partibus impacti ſint atq. agglutinati, ità vt eorum diſpoſitiones, magis præ duris tumoribus, quam inflammationibus aſſimilentur. Paucos ſiquidem eſſe ait, qui abſque loco particulari patiente fiant, in quibus venæ om-

tiæ omnes æqualiter habeant humores, vel atrabilarios, vel pituitoſos putreſcentes. Quæ reſpondent cuncta ijs habitis ab eo in libr. ad Glauc. vbi docet in quotidiana obſideri plurimùm Ventriculũ, inibique pænu ſtare corruptelæ, in Tertiana Iecur. In quartana Lien. Sed Craſſities ſemper, Frigiditas & Lentor humorum, cauſa ſempiterna lõgæ Febris; & diuturnorum quorumlibet cæterorum affectuum fons.

Modò ſi manifeſtis morbis, & non in obſcuro poſitis, quia certo inuento conſtant, certas ac infallibiles medelas eſſe oportet, quod docebat Hippocrat. lib. de Arte, quid dubitabimus, nunc de propinando ijs vino, qui per teſtimonia grauiſſimorum virorum, & per ſenſus dictata, in conſpicuo obuerſantur, & ſubdio? Frigidos, Lentos, Craſſos humores, Attenuat, Incidit, Calefacit Merum: Calefactione ſuaui, Attenuatione non violenta, Inciſione benigna: quæ cuncta diſcurrit ſuperior liber pro Vinorum occaſione. Fuluos nempè ſi aſſumpſeris, aut rubros, tenuis eſſentiæ, hæc tibi exaurient bona. Huiuſmodi rurſus humores, ſi proteruè reſtiterint Coctioni, quod remedium expedieris coquendo celebriùs vino? Viſcera demùm quæque fuerint, quæ ſuccumbant Sarcinæ, in quibus ſentina fæteat peccantis materiæ, qua cum Arte ſuſtentaueris firmiùs, quam ea, quæ per vinum exercetur? Nihil ſanctius dicebat, & Iuſtus Lipſius Vino, quod improbè non miniſtretur. A Polibo fortaſſis eruditus, qui illo in lib. de ſalub. Diæta, & ad meliorem Calorem excitandum; & ad præſtabiliorem nutritionem, vino ſoli confidit: illud Puerulis neceſſarium: id autem vtero gerentibus perutile. Quod ſi ſaniorem Calorem compertitur, quid dubitas ipſis quoque inſidentibus morbis, non futurum extremum remediorum vinum, quorum proteruitate deletus iacet Antiquus vitæ ſoſpes Calor? Quæ item diù toleranda ſunt in morbis, ſi per Celſi prudentiſſimum Conſultum, facilè ac placidè iniri debent, qui rigor, quæ rabies extra Vinum? Qua nam Animi cum æquitate fortes ſperare licet ægrotantes, vſque in finem à vini abſentia per tàm longum tempus cruciati? Quam iucunditatem apparare ſtudes ſine Vino? Tabem ac exeſionem ſolidorum euitare quo ſtudio aues vino deſtitutus? ſubuerſum ſenſum, & Animam per prolixam iniuriam iam inſaneſcentem, quo nexu repurgaueris ſerenaueriſque Vina ſi defecerint? Ni-

hil ergo recuſat in Diuturnis per adducta Vinum; quinimò inuocant per hæc cuncta, ſaluberrimum & præſtabiliſſimum remediorum Vinum. Repetit ſæpius denique Galenus ſed tertio Progn. potiſſimùm longas febres ob duplices cauſas protendi. Vel nempe ob uirium languorem impotentium vincere materiam morbificam. vel ob materierum cruditatem repugnantium diutiùs Naturæ coquenti. Siue ergo ob Naturam roborandam: ſiue ob materias ſubiugandas, vinum propines licet; quo maius aliud non inuenies remedium ad vtrumque illud, quod aues in diuturna expediendum. Sed obijcies ſcio, iam ſatis ſuperque exaggerata in ſuperioribus vina. Vnum modò optamus Regulis Hippocrat. & methodo Galenico tanquàm iugis dignioribus colla ſubdere. Neque id ſanè recuſo ego: quo ſciam & aſsentiar, ratiocinationem non ſufficere vnicam in ſapientia medica percolenda, ſed ijs ſimul inhærendum, quod præceperat Hippocrat., quæ ſcilicet fiunt, & ab exercitatis in Arte viris comprobantur; qualia veneramur Capita Hippocr. & Gal. Comprobauit profectò Hippocrat. vini potum in Diuturnis Febribus, eo in portico diſcurſus, vbi ad victus vnam inſtitutionem iuſſit morbi cuiuſque Naturam, eſſe præ cæteris contemplationibus medicis, Artifici præripiendam. Commune etenim genus, ſiue acuti ſiue diuturni, illis ex Aphoriſmis collecto, tempora inde propria morborum ſibi diuidit, & Naturæ coquentis munera illicò comparat, cui ſingulari obiecto, adaptatur ſemper, viuendi ſumma, ac Nutrimenti formula. Ad morbi autem Vigorem, tanquàm in meridiem ſemper reſpicientes præcauendum, quo victu ad illud vſque tempus poſſit æger protrahi integer; in quo arduæ optantur vires, & ſtantes deſiderantur, tunc aduerſus morbum, & ſolæ, & grauioribus in caſibus non degeneres. Talem diuturnarum ſtatum, quàm longiſſimè à principio ſepoſitum, pollicentur nobis & motus tarditas, & multitudo materiæ, & princeps aliquod ſemper viſcus oppreſſum, & cauſarum effectricium, frigiditas atq. Craſſities. Nulli ergo dubitandum tenuem victum ex liquidioribus illis frigidis, & medicamentoſis, acutis preparatum ijſce incommodaturum: alium verò componendum de induſtria quod ſubſtituit Hippocrates non expreſſum; ſiue quia in conſpicuo ſtabat veluti oppoſitum, ſiue quia antiquis illis minus fuerat

contro-

controuerſum, veluti minùs obnoxium erroribus. Qui ergo apparari debeat qualitati intendentes, incidens eſto, attenuans ſubcalefaciens: febriles etenim materiæ frigidæ, craſſiores lentæ: quibus direxerat prioribus viam & Hippocrat. aciem in acutis. Humentia itaque ſi oppoſuit tantus præceptor, lenia, refrigerantia, mollia, iucunda, aſperis illis cauſis ebullientibus arte diſacerbis: Cur & nos frigidis, craſſioribuſque calida, & incidentia non obiecerimus? Ille in Ptiſſana, Melicrato, & Aquoſo Vino, ſua dinumerauit bona, quæ propterea ægris præſcripſit eximia: Nos in meraciori ſiue medio vino, legitimas illas intentiones perlecti, merax iniqui recuſabimus, inſtituere ægregium?

Ille Continuitatem, Mollitiem, Iucunditatem Traijciētiam dilectiſſima ſtuduit attributa alimentorum vehemēter febrientium. Nos qui tangimus eadem in vino, diuturnis inuidebimus? Ille vino non hæſitauit ſuccurrere inflammatis: Nos vino trepidabimus ſubuenire tumentibus? Alere ille voluit antè ſtatum in acuta melioribus edulijs, qualem eſſe ptiſſanam prædicauerat. Alere nos negabimus in tardiſſimis principijs, ſanioribus alimentis, quale eſſe vinum nemo inficiabitur? Reueritus deinceps ille conſuetudinem in celerrimo affectu, nos in ſegni tranſcurabimus? vt deniq; coniuratum ſibi obſtringat natura, quo collaborante coctionem abſoluat, vino indulgendum. Id ſanè vnicum medentibus conſilium in principijs morborum, & ad vigorem vſque febrium, vt excludant febrilem materiam, & antiquam, faceſſentem negotia ſanitati: id verò opus ſpectat ad naturam: nam dare operam, vt cruda extrahātur à Corpore per medicamenta, idem eſt, ac impoſſibilia tentare, imò ſanis inſultare, quod 4. de vict. in Acut. docuit Hippocr. 22. particula, & idem repetit in eo Aph. Cocta medicari oportet, non Cruda; nec in principijs &c. Natura porrò aſſiduo ſtudet negocio in principijs morborum, alterandis ijſce materijs, quò reddantur apta expulſioni: id quidem opus, quod dicitur Coctio: inde poſtmodum, in vigore ſcilicet & declinatione expellendis.

Quamobrem aggrauare eam nefas vlteriori pondere, quod recenti nutrimento ſuper iugeretur, calamitoſumq; diſtrahere in aliena ſtudia, quod Cibo peregrè aducto attentaretur: ſed omnis relinquenda, intactaq; cuſtodienda, debito muneri Co-

ctionis abſoluendo. Et hæc ea eſſe rearis, quæ veluti in Aphor. componuntur ad perpetuam ſtabilitatem doctrinæ ab Hippoc. 1. Acut. *vbi* inquit, *Quibus enim Cibus ſtatim incluſus eſt ſi quis non vacuato eo ſorbitionem dederit, dolorem ſi adeſt augebit, & ſi non adeſt, protinus inducet*. In hoc itaq; Conſilio Coctionis amoliendæ, quia dubium offendit, ne cibo natura prematur, ab eo abſtinemus: & ſi quid viribus ſufficere videamus neceſſarium, ad ea manum extendamus, quæ non hæreant in via, non turbent, non inflent, non feriant, non lædant inquàm, ſed ſuauitate deliniãt, continuitate non aggrauent, lenitate molliant, puritate in ſpiritus abeant, nutriant protinùs, hillarent prorsùs, Altricem firment. Huius eximiæ mineræ exiſtimauit Hippocr. & ſorbitiones, & potiones: illæ in minori anguſtia; hæ in conferto magis onere materierum, vt ità dixerim incuneatarum. Illarum principes fecit ad neceſſitates Acutarum Cremorem Ptiſanę, Vinũ, Oximel, Aquam: harum verò eximiam antepoſuit ptiſſanam. At verò opprimat ne vnquàm vini potus, ſua atteſtantur attributa, primo quæq; libro enarrata: traijciens confirmatum, immune prorſus excrementis, obſtrictiſſimum viſceribus, iucundiſſimum ſpiritibus, ſanguinis & integerrimi alimenti coniunctiſſimum. Quid ergo vetat, quin propines in ipſis principijs, ad vigorem vſque febrium? Quæ Hippocr. ſententia: quæ medica raciocinatio, quod experimentum retrahunt ab eius commercio, ac madore? Calefactiuam audio vnam à te facultatem incuſari, qua vrgetur febrilis calor dum frangitur febrilis materia, & æſtuant ſolida dum humores manſueſcunt. Ego verò id quoq; repræhendo attributum: non tamen vbiq; ſed in acutis tantùm: in quibus Hippocr. abſtinuit propterea à meracib. in principio, demùm apparentibus ſignis coctionis, conuerſatus. In Diuturnis autem vbi febres minus calidæ, materiæ verò, frigidæ omnes, celebro veluti inſigne, & nunquàm inuidendum. Coctio in his celebranda: nec frigidorum, craſſorumve, ſine benigno calore vnquàm completa: benigniſſimus verò meracis, quem cordialiſſimum vidimus in ſuperiori libro vbi de Cordialitate, & naturaliſſimũ, vbi de eius Calefactiua qualitate. Qua propter diuturnis febribus ſemper, & per cuncta temporis ſpatia epotum merax ſalutare ac beneficum.

BRE-

Digitized by Google

BREVIBVS AC LENIORIBVS Febribus vina epotanda.

CAPVT XXI.

SAnitas, Virtus eſt quædam Corporis in Actionum integritate veluti ſuo in Theatro ſe ſe explicans. morbus, vitium eſt quoddam corporis, quem læſæ actiones excipiunt. Integra tamen, & laudabilis actio, quàm ex habitu prodat bene affecto; ſiue etiam ex virtute Caput exerat medium ſibi deſtinante intẽperaturę harmonia: eadem ipſa locum dabit vitio, quotieſcunque ad aliquod extremorum, vel ſurgat, vel cadat habitudo. Datur nempè in re qualibet diuiſibile, vt 2. moralium tradiderat Ariſtoteles, & plus, & minus, & æquale. Laudabile porrò & bonum in ipſo commoratur æquali; hoc eſt in medio illo, quod inter exceſſum, & defectum, collocatur medium: diſpoſitio enim iſta, ex compoſitione fit partium ad bonum diſponentium: vnde illaudabile, & peccans vel in exceſſum, vel in defectum obuoluetur, vbi compoſitiones membrorum & humorum incompoſitæ, ad prauam diſponunt, & culpabilem operationem. Vehementes ergo morbi à medio temperierum, quàm longiſſimè recedunt, qui propterea difficili nimium ſtudio in viam ſanitatis retrahuntur: ruptis ſcilicet vinculis compoſitionum, & diſpoſitionum earum, quæ ad bonum apparauerãt corpus euenit inde, vt lædantur tantoperè actiones, & cum corpore, ſanitatis quoq; facies combruteſcat. At quicunque ſalutares apparatus illos leuiter confundit morbus, is ad extrema exceſſum, nec in maximas confuſiones penetratus, vehemens dici non poteſt; ſed pro ſortis ſuæ conditione, leuis & facilis appellatur. De huius genere febris, præſens agit diſcurſus; & inquiret illud potiſſimùm quod ſuperioribus dedit vtile, vinum ſcilicet, reformet ne diſpoſitiones illas ſanitatis interruptas, fido veluti Naturæ miniſtro protegentis eucraſiam, an potiùs obſtaculum ſe ſe ingerat ſeditionem faciens, ſiue etiam offeratur nihil proficiens.

Breues & faciles febres eæ ſunt, quæ cauſam habent manifeſtam·& quoniam ob illorum euidentiam patentem ijs, vt docet Hippocr. lib. de Arte, quibus diſciplina non eminùs, ſed propè, & largiter contingit certo inuento conſtant, infallibiles occurrunt medelæ, ſecuriſſimæq; prædicuntur. Iſtis ſi potio vlla vnquàm ad alendum tempeſtiua, vinum nunquàm non opportunum. Cauſam principem, referas licet in Conſuetudinem: quā ſi decet animaduertas, & ſerues in acutis vbi mutationes contingunt peſſimæ: tanto cautius oportet attendas, & colas in leuioribus, vbi parumper ſecedit à ſe ipſo ægrotans.

Dictum propterea ab Hippocr. lib. de Vict. Acut. Magnę circa habitus ac Naturas noſtras, mutationes, maximè morbos faciunt. Et ab eodem, tùm in Aphor. tùm lib. in ijſdem de Vict. Acut. tanta ſtudiorum vigilantia circa conſuetudinem, quātam circa naturam primogeniam, nec inibi expreſſit nunquàm, nec aliàs accumulauit. Et profectò, conſuetudinis eandem rearis oportet ſubſtantiam, atq; naturæ. Si etenim natura eſt virtus eius, cuius eſt natura: hæc verò virtus in habitu reſidet: quùm & malè, & bene operetur ea ob malum, vel bonum habitum cui irretitur, ſequitur inde conſuetudinem conuinci, & idemtitari cum natura, cuius vita alia eſt nulla, quàm frequentare diſpoſitiones ad habitum aſſequendum, & ijs aſſueſcere, quæ virtutem diſpoſitionis illius, & operationes conſequentes affectent. In hunc fermè ſenſum Euenus Poeta apud Ariſtot. in moralibus definiuerat conſuetudinem per naturam procedentem. Idem eſſe quidem opinatus vtrumq; at verò in hoc diſtare ſolo quod natura definitum eſt quoddam principium actionum; conſuetudo verò non adhuc finem ſibi poſuit, ad hoc principium motionum abſoluendum, ſed in via ad perfectionem accelerat; non ſecus atq; mola Enſem dum acuit, perficit atq; abſoluit. Eueno etiam multò præclarius Auerroes 7. Phiſic. qui conſuetudinem eſſe naturæ exercitium proponit. Ab exercitio verò prouenire præparationes addit, quibus operari eodem ſemper more eſt conſentaneum, in aſſuetas procedere functiones neceſſariū naturam. Quare vel eadem eſt natura cum conſuetudine, vel obſtrictiſſimam ducit cum ea affinitatem: talemq; vt in conſuetudinis vita perſtet natura, in conſuetudinis verò turba, perturbetur perdaturq; natura. Cohibe ſiquidem tu proceſſum hunc,

illicò

illicò acumen & gratiam naturæ contuſeris. Dicas quoq; naturã principium eſſe primum motus: quibus verò potiſſimùm motibus inuigilat, in horum quoq; gratiam media ſternit motibus illis ad finem vſq; peruia. Conſuetudinem modò exiſtimes proceſſus per media illa, & veſtigia compreſſa in actiones; à quibus qui diuertere cogit naturam, conſueta obſeruando in calores inducit, & meliora ſui obtruncat. Attentiſſima ergo opus eſt cautela in conſuetudine irritanda; quandò, quæ eam tangunt ſtudia, eadem naturam ipſam intimè concutiant. Vt proinde liceat in parando Victu febricitantibus leui, & celeri febre, illud anteſignanum ſequi conſuetudinis, & eius imperia non auerſari, ne parumper fatigatam per accidens naturam, ſeriò tu frangas, dum ſtudes inſueto potu in alienos eam mores extorquere. Habes ſcilicet modum diminuendorum calicum ſi timueris repletionem: habes imbecillum Bacchum, ſi robora & clauam virilis eius ſuſpexeris: non habebis tamen aſſimilem in cæteris potionibus iucunditatem, ſi vini liquores pænitùs ſuſtuleris: nec perquiſitam per Mare, aut Terras aliam inueneris cariorem amicitiam, Liberi commercia ſi obtruncaueris. Conſuetudinis, ſi nihil te mouerit Argumentum graue illud ex Armario lectionum Hippocratis validiſſimum, vocabunt te illicò ad ſe Hippocr. eiuſdem monita lib. de affect. propalata.

Hic tempeſtiua dandæ Potionis, Sorbitionis, & Solidorum meditatus, ab vna deniq; fretus facultate corporum nutriendorum componit præceptum, & hæc habet. *Quicumque Cibos ſufficientes conficere valent, ijs* inquit, *ſorbitiones ne dederis, excludunt enim Cibum*. In hoc verò febris genere diuerſa minimùm à ſe natura, cur ſolida non conficiet? At ſi ſolida neceſſaria, à quo nam commaceranda, niſi à vino? Quo nexu deuoranda. Vini liquore non madefacta? Famoſum illud, Victus Febricitantibus humidus, acutis decantatur, non leuioribus morbis, & facultas ſi quidem corporum, & febris illic occurrit: hic verò, ſola fortaſsè facultas: quinimò & cunctis in febribus vnà, cui quidem deſtinatum ſingulari, Victus Elogium.

Habes præterea lib. de Vet. med. præceptorem alio te inuitãtem nomine, qui ebibas ijſce offenſis vina. *Quibuſcumque* inquit *Cibis aut Potibus homines ſani in victu vtũtur ex ijs oportet præſentibus vti ad ægrotos*. Anima horum omnium quẽadmodum;

&

& ſuperiorum lib. de Affect.appetunt ſemper approbari per vitam conſuetudinis, qua in vnica conſtant; vt tandem illuc ſecurior confugias, magiſque prouidus conſilio cum fructu miſeris ſuccurras.

In huiuſmodi febre nonnulla ſemper Coctionis ſigna: in eadem itaq; aliqua ſemper vini deſiderata ſubſidia.

In huiuſmodi febre operatur ſemper natura prævalens morbo, temporaq; & vires aperit, vnde reſtaurationis amplectatur opem. Quare nunquàm non animando vini numine.

EPHEMERIS FEBRIBVS Vinum.

CAPVT XXII.

PRouidiſſima huius febris Cura, cohibere hanc intra cancellos ephemeræ; mitiſſima tunc, vnius vt plurimum diei, vel triplicis ad ſummum faſtidium; ſecura nauigantis æſtuans vnda, ſpiritus hæc, labor: nulla aut in humoribus, aut in ſolidis minax tunc confuſio.

Spiritus omnis ſedatur procella per vinum. Animam ſiquidem ſi recreat, quocumq; ea vulnere percutiatur, ab hoc vno conſorte fouetur. Auerroes iccircò, colliget. 7. Vina Aquoſa, Alba Aromatica, cunctis ephemera laborantibus, ſi bibere aſſueuerint vtilia protulit, maximè ſi poſt digeſtionem hoc eſt poſt deſcenſum, vt interpretor ego prioris Cibi, aſſumantur. Huiuſmodi ſiquidem vinum, & Natationem in ſthomaco vetat, & ventoſitatem reſoluit, & vrinam prouocat, & Animam complet lætitia, & adiuuat Naturam ad expellendum ſuperfluitates. Quibus in Articulis rerum gratiam affert vinum inſignem, & primam eam & accidentariam, qua cunctis proſit ſpirituum afflictionibus. Et hæc compendiò æſtimes, quantacumque poſſis adducere in ſpirituum læſorum reſtaurationem. Arcere verò dum altera ex parte ſtudes Putridam & Eticam ab Igne iam conflagrante ſpirituum, deflectas opus eſt Conſilia ad cutis, & viculorum intrinſicorum apertionem; quibus

inuijs,

inuijs, vnà ſæpius concluſus ignis, incendit inde contiguos humores ſolidorum. Potiſſimam hanc cauſam, opinati leuiores ream culpæ ephemerarum in illud ſemper inhiarunt ſtudium, quod Balnea concernit, communiſſimum id, ac frequentiſſimum Antiquorum. Quam vnicam quoque ob cauſam tranſmigrare reor Diarias in Humorales aut Habituales; idem aperiens & humectans, Balneum refrigerans, quoque nec non deliniens, aſciuere ſibi remedium: ad tanta quidem damna euitanda, abſque controuerſia tutiſſimum. At ſi ſteterimus placitis ipſius ſupramemorati Auerois, à Balneo ſecedentes quidnam ociùs accelerare in reſerationem impedimentorum Corporis Vino tenui Aromatico concluſerimus? Quid humectare benigniùs? Quid à recluſione viarum, refrigerare denique ac expurgare tutiùs? Tum ergo te credas potitum ſcopo euitati periculi cæterarum Febrium, vina priùs quando delibaueris, quàm Balnea cum adiueris. Fiſus cuncta tibi in ſalutem ceſſura ſi deflexeris in miniſteria potiùs vini, quàm in priſca illa Balnei. Quod quidem vinum, numina nunquàm deſtituere votis celebrioribus, & optatiſſimis illis iam memoratis, ſuaque ob id tutela, certum medias nos perrupturos procellas in ſanitatem vſque ſecuriores, alacriores.

HÆCTICÆ FEBRI Vinum.

CAPVT XXIII.

MOrboſum Calorem, implantatum in ſolidis, certum eſt in Ectica. Quapropter, & extenuatio, & Ariditas, comites indiuiſibiles tantæ Peſtis. Prouenit illud à depaſto iam humore, vnde alterum illicò ſubſequitur. Humor porrò qui concurrit ad ſolidorum ædificia, non vnus, ſed triplex recenſetur à Galeno 7. meth. Venarum primus vnda. Fermentans deinde partium humiditas. Radicales tandem eorundem ſolidorum riuus. Prima iſtarum humiditatum ſi perierit, ſiue combuſta, ſi irrigauerit, vnam Ecticæ ſpeciem promit. Altera verò poſt

priorem

priorem ſi vlterior coaruerit,ſecundam adducit. Tertia denique ſi ignes conceſſerit,vltimum Eticæ vulnus infliget. A' ſiccitate per hos gradus,in Marcorem,Tabem, & Squalorem via patefacta: vniuerſi quidem gradus, Eticæ flagella,id quãquàm renuat Trallianus, quoniam à primò in vltimum vſque ſolida vbiq; grauiter,& morboſè percuſſa.

Bini hinc obijciuntur ſcopi medicantibus Eticas. Morboſus primo calor. Humoris deinde abſumptio. Illic frigido & humido contendunt. Hic verò recentis humoris reſumptione elaborant. Quiue inhærentes morboſitati caloris,alterum deſtituunt,ſiue tranſcurrunt ſcopum, repoſitionis nempè recẽtis humoris, ij beneficam non ſensère rebus ſuis naturam, nec diſciplinam habuere amicam, aut liberalem; quibus inſtruentibus,intrinſica & abdita huius morbi penetrarint: quare nec valent ijdem ſimilibus iniurijs abrogandis. At rurſus, quia vltima illa ſolidorum humiditas,radicalis,nempè ros, fluit ex vtero reliquarum humiditatum; hinc euenit, vt proximus hic marceſcens rapere ſecum videatur ſpem omnem ſanitatis. In vltima ergo Eticæ ſpecie, ſi deſperata infirmi valetudo, medici quoq; induſtria ſuperuacanea. In ſecunda verò ſpecie eius, vbi conſolidans areſcit humiditas, ſolertiſſima medici Iudicia exoptata: quum & ipſa non ſe tãtùm velit reparatam,ſed primam, veluti matricem,refectam & reclamatam. Prima hanc ob cauſam,cæterarum certè benignior quanquàm ſuo in genere ſęuiſſima.

Binis iſtiuſmodi ſcopis ac intentionibus,vnum ſæpè & ſingulare proſpexit,cæteris omiſſis,remedium. Victus nempè humidus,& ſubfrigidus, & exercitatiſſimus medicorum Trallianus, in cibis & ipſe ac potionibus eadem fermè fretus ſententia omnem repoſuit ſpem curandarum cuiuſlibet generis Eticarum. Eodem ſiquidem momento,& calorem ijs emendare valemus, & abſorptos humores reſtaurare. Accerſitis propterea vndiq; cibarijs,lacti deniq; prærogatiuam donarunt imperij in calorem domandum,ac humorem communicandum: cui vno addidère veluti Vicarium, Balneum: cætera cuncta abiecerunt, tanquàm infirmiora, & excluſerunt ab eminentia in plebem, in vulgum, veluti ignobiliora.

Salutares hæ quidem intentiones,& quas præterire nefas rationa-

tionaie. Sed remediorum duo illa, lac, & balneum, accumulari in ſe meliora commendationum, ita vt cæteris vel denegentur, vel concedantur minora, tàm alimentis quàm medicamentis, falſiſſimum.

Vinum per me, Vinum, omnium Alimentorum, ac Medicamentorum Ecticis ſaluberrimum: quinimò in tantùm ſalutare, vt iure ſuprà lac, & balneum efferri debeat eminentiſſimum.

Duo & ipſe vides præ oculis ſemper ſtantes, medici, in curandis Ecticis intentiones. Humectatio alterum, & refrigeratio, pro febris calamitate. Alterum deuorati humoris innouatio. Veruntamen, Humectatio, addo ipſe, & refrigeratio non per quaſlibet materias introducenda, ſed per eaſdem prorsùs per quarum interitum, morbus exhorruit. Hoc certè illud Hipp. lib. de vet. med. *Non infeſtat ſolus Calor in febre, ſed cęteræ cum ipſo infenſæ qualitates, Acredo, Viſciditas, Craſſities & reliqua.* Ferit præterea malum in defectu domeſticæ humiditatis. Quamobrem illa eadem prorſus, quæ defecerunt, in remedium conuocãda. Hæc profectò non lac, non aliud ſimile humidum, ſed vinum potiſſimùm. Quamobrem vinum in Ectica laudatiſſimum. In ſanguinem permutatur vinum cumulatim, in Gluten, in Ros, amabiliùs, puriùs, expeditiùs, affinius. Lac verò per plura diuerticula & minùs aptè in ſanguinem, inde difficiliùs in reliqua; minus & ſimile, & amabile, & expeditum. Lacti proptereà longè præſtantiùs vinum. Balneo quoque, quoniam officijs præſtantiùs, forma nobilius. Victu quolibet alio excellentiùs, ciborum omnium potentiſſimum. Certiſſima vini attributa ſi prioris libri reuolues ſemina: nec propoſitis intentionibus imparia ſi in Imbecillo, optatam hanc humiditatem indagaueris ac frigiditatem. Non aliena hæc ſiquidem humiditas aſſolides, ſed familiaris, non rigida frigiditas, ſed vrbana placida. Calidæ certè ac ſiccæ morboſitati è directo oppoſita vnde demolitur propugnaculum, in quo ſæuiſſima hoſtis huius febris inuictam ſuſtinet, in noſtra damna tirannidem. Hæc in caloris morboſi gratiam coniectata.

Si modò ad alium deflexeris ſcopum, & humido reconciliando ſtudueris, vnde extenuatio prodit, cogitandum tibi ante omnia, non quamlibet indiſcriminatim humiditatem ſolidorum admitti commercio, ſed conſentientem tantùm, & affinem.

nem. Stat modò conſenſus iſte (quod priori comprobatum eſt libro) in ſimilitudine totius ſubſtantiæ. Hæc verò vel deſiderata in lacte, vel gradu dignitatis diminuta: quę in vino effloreſcunt. Lac ſiquidem, Lene Alimentum, molliuſculum, Fluidum, corruptioni facilè obnoxium. Vinum ſecus, ſtabile, robuſtum, firmum, incorruptibile ſemper. Lactantium membra id comprobant propoſitum: cætera ſiquidem agreſtia, ſi quæ ſunt nutrita lacte exercitamentis quidem non lacte duriora. Compotantium verò reliqua, vinoque irrorata, firma, articulis, cuncta valida, contra morbos armata: hoc penè hauſtum abſorbuere venæ: id vacuum excrementis; id per ambitum tractum; id nulla læſione, niſi ea quæ habetur per Crapulam, ſi credimus Aphoriſmo Hippocrat. 5. particulæ 5. adſcribenda compotatoribus, non compotionibus, aut culpatum, aut inquinatum. Tu verò lac prædicaueris extremum extenuatorum confugium?

Erigitur Vinum per hæc proculdubio ſupra lac: ſed digniſſima quadam cum prærogatiua attolitur etiam ſupra quodcumque aliud Cibariorum ſuauitate ſubſtantiæ, morumque elegantia: quæ inſpectes licet in expedita ea refectione, in acuti Caloris imagine, in virium ſerenitate, in Animi fiducia, in Carnium totiuſque conquiſita firmitate. Quæ ſi optatiſſima in Ecticæ cura, quamobrem refutanda à vino quod magnificentiſſima manu, ea vniuerſa pollicitur epotum? Sanguinem itaque ſi optas viſcidum in prima illa Ecticæ ſpecie, craſſa tibi prompta adſtabunt vina. Si aquoſum amaueris pro Corporis temperamento, imbecilla non deerunt ſiue Diluta. Si caleſcens, meracia, aut Dulcia. Si temperatum, mediocria votis preſtò ſe ſe offerent tuis.

Sed à primo Ecticæ gradu, ſi in ſecundum ceſſerit febris & flamma febrilis deuorauerit agglutinatas humiditates, quod hoc quoque tempore vino priùs? Quandò ſanguinem regenerantibus idem præſit ſingulare?

Pertingat extremum quoq. gradum Febris: gradum inquàm cum in quo communia cum Febre deplorãtur mortis ſpectacula: hic etiam ſi locus confugis conceſſus, meditando ſaltem ſi velis curando, nequiueris profectò te te aliò conuertere, niſi in Vini latices adcurras. Roris in Febre ea mors: Roris in vino, vita.

vita. Ros illic ægrotat: Ros in vino floreſcit. Roris in Ectica illa, inopia: Roris in vino Copia. Humidi illic Alimentalis occaſus: à vino humidi alentis oriens. Languere in ſumma vires cuiuſque Ectici atteſtantur ſcriptorum exercitationes, cui quidem aſſiduè reparandum vulneri perſuadent: per id ergo neceſſaria ſemper vini potio; quam concluſit neceſſitatem Auenzoar Vina cunctis iiſce præſcribens.

Hunc reſtare nullum videtur dubium, quin proficiat Vinum Ecticis, qualibet ſpecie eius obſeſſis. Immò inſigni quadam cōgerie bonorum accumulatum, generoſam indolem cæterorum ante currit ſpectabile: quippe quod binis reſpondeat vbiq. intentionibus, quæ ante oculos proponuntur curaturo Ecticam.

Hic tamen ſoleo inſulſam medicorum illorum admirari cum ſthomaco diligentiam, qui non contenti humidis ſubfrigidiſq. edulijs, in prima, & ſecunda Ecticæ ſpecie; non contenti humidis temperatè calidis, in tertia, (id enim ſuadet faciendum & Trallianus, & Ratio) non confirmati opinione Lactis, immemores Balnei, hoſtes vini, in Cibos quoſdam pererrant inſuctos, Limacia ij inſtituentes, illi Cancros, alij anguillas, plures Pullos, cæteri ſaccarata & aquas carnium, mirum certè, deſiderata Hominis Alimenta inueniri in limacijs quandiù ſtridet Ectica, nec ea tamē comperiri in ijſdemmet pænarijs, quo tempore apricat ſanitas? Sed vltrà adhuc extenditur ſthomacus, cum recogito attenuari hæc cæteraque ſimilia Elambico, tradique Igne fundenda in antiqua elementa, tuncque in paſtum celebriora ecticis proponi? In ſubtiliſſimis forſan noſtri latent nutrimenta? In puriſſimis elemētis? In puſillis Corpuſculis? Hoc ſi verum, vana ſanè inteſtina, ineptum Liem, ſuperuacanei, & Renes & Veſica, Virtus importuna quæ diſtinguit. Subtiliſſimis porrò ſi reparatur ſolidum, nihil à ſpiritu diſtabit, fragiliſſimum, euaporabile, aereum. Tu meliùs conſultus, ſi velis à languenti virtute perduci Cibaria per obſtruſos anfractus, pares non quidem ſubtiliſſima neceſſe eſt ſubſtantiarum, ſed fidiſſima ſocia compares Naturæ, quæ quidem ſtatim atque intelligunt ſe inuitari à longinquis partibus, adcurrunt commiſcenda. Nō inuitat virtus attractiua ſubtile quodque nec ſpontè fluit ad loca ſubtile illud, ſed trahitur amicum ſuperatque vias prolixas optimum. Id certè vinum. Vinum ergo prudenter ſcelectum,

atque

atque menſurâ approbatum, ſi propinaueris in Ecclia Proficiet.

TERTIANA FEBRE intermittente implicatus Vino ne alendus.

CAPVT XXIV.

HOmeri facundia, contigit nunquàm altiora, niſi in medicos cum perducta eſt. Morales & militares, principeſque Viros quandò ſuis complectitur Carminibus, fortes eos, acres, ſtrenuos, excelſos compellat. Verùm Podalirium & Machaonem introducta, diuinos illos, è ſtirpe Deorum, cælitus datos, Dijs natos, ſemper, & vbique locorum diù, ſciênſque pronunciat. Ea etenim fuit antiquitùs erga medicam artem reuerentia, ſi poſt Homerum, & Pindarum, & Simonidem, & Xenophanem percunctabetis, quæ ſine ambitione omnium conſenſu gentium, Dijs ſuis coequalis conſtitueretur. Hippocrates propterea in ipſo repentè veſtibulo monimentorum ſuorum propalauit, medicinam, omnium Artium (quæ ſua ſunt verba) præclariſſimam. Introductus inde in penitiora medici negotij Contubernalem quoque cum ſapientia poſtmodùm diuulgauit. Quo quidem obſtrictiſſimo nexu, auſit deniquecum Homeri ſententia libr. de Decenti ornatu, Medicum Philoſophum eſſe Deo æqualem. Tantam veruntamen Artem fœdauit iam queſturæ Amor. Incontinens ſiquidem affectus, & inuerecundus, ſacras Iuſtitiæ leges dehoneſtauit. Nullo ſcilicet illuſtrat s eorum bonorum, quę ingenuo attribuit medico Hippocrates, Natura, Exercitatione, Induſtria, loco ſtudijs apto, moribus generoſis, Doctrina; ſimplici ſubſurata toga Hiſtrioni ſimilis, apparuit in Scenam iactabundus; vitam gentium publicum Aurum, medicinæ decora inſidiatus. Hanc medicam calamitatem, per cuncta ſæcula iam diuagatam; vidit primus omnium Hippocrates in lege, & deplorauit. Deplorauit inquàm omnium Artium præclariſſimam medicinam, ob vulgi ruditatem, & propter ignoran-

ignorantiam eorum qui illam exercent, iàm tunc eò deueniſſe, vt omnium Artium longè viliſſima, & abiectiſſima cenſeretur; prætatuſque eſt legum potentes, vt præter ignominiam irrogatam per communes hominum mores, vnicam pœnam ſceleſtis ijſce, aliam ſcriptis quoque legibus ſancirent, non famam ampliùs, ſed Corpora eorum ad viuum vſque cruciantem: ſequutæ ſunt inde voces Galeni quærulæ, Artem longam, Arduam Artem, factam per iſtos, Artem ſex menſium execratus. Chorus poſtmodum immortalium ſcriptorum effudit altiora conamina, immiſcuitque ſe ſe Præceptoribus ſuis; iniquum obiurgando facinus, impium ſcelus exclamantes, vſurpari ab idiotis munus illud, & contrectari quod ab egregijs viris non ſine acri ſapientia, nec dextero ſine Numine peragitur; Sed breuia illi, & leuiora declamarunt. Noſtrum quidem, noſtrum intereſt hoc die, grauiores ærumnas perpeſſam Artem collugère, fœdoque in puluere iacentem medicinam, Laceram, Squalentem, tanquàm parentantes, lamentari. Viderunt illi Cnidios, Empiricos, Dogmaticos, Quinctos, Eraſiſtratos, Petronas, & cæteros probos, quidem Viros, & Philoſophos, ſed peritię medicæ ignaros & ob id conqueſti ſunt. Vidère alij poſteriores & Circumforaneos, & Plebeculam, & Feminas, & Cerdones concurſantes medicando, & ſthomacati ſunt iniuriam, inultamque à maioribus indignabantur. At verò Nos non numeramus hereſiarcas medicinæ, gnaros tamen eodem in nomine Philoſophiæ: nec inopes ſumus Veneficinorum & incantatorum in copia Actiorum, aut Celſorum; Doctores ipſos medicinæ, Doctores inquàm ipſos protectoreſque Artis audimus, non ampliùs Philoſophos, non ſectæ opinioniq. alicui addictos, ſubuerſam adeò, & corruptam præferentes antiquam formam medicinæ, vt negent modum picturæ dum excedunt modum corruptelæ, & nō dolebimus miſeram non deflebimus defunctam? Prætereo nunc libens quæcunque interſeruntur in ipſis paſſim Conſultationibus medicis, in Circo ſcilicet experimenti Artis, vana & garrula doctrinæ: vtpotè hiſtoriam curioſam eorum, quæ nihil ſubminiſtrant indicationis, aut ad cognoſcendum, aut ad curandum morbum; communia illa poſthæc in cantilenas digeſta; quæ nihil protinùs ad vires dimetiendas, aut ad morbi ſpecimen particularis faciunt interuiſendum: præſagiendi tertiò conſue-

cali, ſiue per illud vulgatiſſimum Acutorum morborum, certæ (inquiunt ipſi) non ſunt prædictiones ſalutis aut mortis, ſiue per illud politicũ Videbimus cras quomodò ſe habuerit æger: præſcripta demùm illa remediorum, quibuſque ægrotantibus communia, quæ cuncta conſtringuntur in pauxilla Caſſiæ menſura, & in Decoctis herbarum, ex Cichoreo, Soncho, Acetoſa, ſeminibuſque Citri. In illud verò vnicum conuerto ſtilum, quod morbi conſtitutionem; Ideam Febris Naturam & Eſſentiam affectus ſub oculos proponit. Hic nullum ſtudium diuiſionis Febrium, in Acutas, & Diuturnas, prima & generaliſſima Hippocratis per quæ in victus inſtitutionem, & in præſſagitionem certiſſimus, conſcenderat: ſed perpetuum diſſecandarum Febrium propoſitum à particularibus quibuſque acceſſionibus aucupari. Quare Acuti, & Diuturni obſolutum apud noſtrates nomen; & ſummus ſemper ſolusque labor, inueſtigando, tertio ne quoque die inuadat, an ſingulo, an potiùs quarto: iiſque connotatis inuaſionibus, tanquàm Portum difficilis nauigationis tenuerint, vela colligunt diſcurſus: hic Anchoram iacti, hic Aleam Ludentes eius negotij, quod perterruit Hippocratem, inueterauit nec perfecit Chironem. Tanquàm à ſeparabilibus accidentibus liceat ingredi in ſecreta eſſentiæ rerum. Tanquàm eadem duxeris Aſſidentia, & ſignificantia morborum ſigna. Tanquàm in ſumma, quod nihil indicat præter particulare tempus, vacuum facultate, prima & vniuerſaliſſima decernat Coctionis. Hinc nihilominus auſpicata ſemper ratio curandi per Pharmaca & per manus & victus denique aliquis hinc aſſignatus, hi vniuerſalis ad Coctiones directus, ſaltem particularis ad Acceſſiones deſtinatus. Cuius autem hic eſſe queat virtutis doceant ſententiæ Hippocratis expers certè Artis, inops ſanè iudicij, doloſus ergo infimo, infidus medico, deriſus plebi. Hæc vera illa ſex menſium Ars per Galenum execrata: hæc illa depreſſio, cuius fiunt facile heredes ſordidiſſimi plebis: hæc craſſa, & turpis formula exercitij, per quam domeſticæ ſeruarum quælibet, audent de morbo ratiocinari, & fabulas ſuas in Corona Conſultantium, non minùs quàm ipſimet Doctores magnificare.

Vulgatiſſima ergo Conſuetudo, non Regia Hippocratis manus me trahit in conſenſum modò iſtorum: qui exiſtimaſſem ſatis adhùc dictum eſſe de vini potu in Febribus, ni præter iuſſa

Hippo-

Digitized by Google

Hippocratis ſubſtrepentem ſenſiſſem multitudinem, quæ ſuis ne in Tertianis, Quotidianis, Quartanis, Continuis, Intermittentibus, Simplicibus, & mixtis quęritat, quid de vino ſit decernendum.

Occurrit autem prima harum Febrium Tertiana intermittens, veluti frequentior. Quare dicam de ipſa priori loco.

Intermittētem Tertianam producit Bilis per Carnes diſperſa. Hanc caſtigare vinum pluribus in locis author eſt Galenus. Cui ſubridens Horatius in Epiſt.

Expulit bellebore morbum, Bilemq; meraco.

Vrinarum & ſudorum copia fructus ijs febribus affert maximus ſi credis Galeno, in Arte ad Glauc. & Auic. Fen. 1. tract. 2. infrigidat ſi quidem, & humectat vehementer, & illud vinum quod caliditatem habet, ſi cum aqua confrangatur: Cooperari autem debet medicus cum natura ad beneficium ægrotātis, nec inſpicere, ſed facere debet coctiones, vt habemus ex Hippoc. in lib. Epid. Quapropter illa debet aſſiduè miniſtrare medicus quæ in vrinas & ſudores profundant: ex horum meſſe vinū, ſingulare remedium, & Album potiſſimùm odoriferum, Iſtud ergo propinandum. Sed oppones te aſſertis bina cum fraude. Prima eiaculabitur acutum illud Galeni eodem in libr. ad Glauc. vbi Apparentibus ſolùm coctionis ſignis, vina admittit. Altera Hippocratis comminiſcetur oraculum corpora impura quo magis, inquiens, nutris, eò magis lædes. Ego verò vtranq; euincam doloſitatem. Nam quod ad Galeni locum; Athenienſis ferret iudicium meraciora tantùm euitare pocula Galenum. Ante coctiones, commentatur grauiſſimus Vir, Vinum funderet innocuas materias, & eas per corpus deturbaret: quas quidē materiæ in inchoata coctione, extra cutem ope dirigentis naturæ recto tramite tranſportatur. Atqui, qui non videt per hæc fundendi officia vnicum merax & copioſum illud, obtinere? Imbecilla ergo ſiue etiam mediocria, cum non fundant nec colliment imò & vias referent, & vna cum natura contrà morbum colluctentur, quis non videt optatiſſima ſemper ebibi?

Cui addas etiam propoſitam diſtinctionem Auic. loco memorato fauorabilem. Vel nempè calorem Tertianæ mediocrem ſentiri, vel incenſiuum, & Cauſon minantem. Nam primus calor contemni poteſt: alter vero frigefacientibus frangendus.

Ex ijs autem vinum Imbecillum obtinere primos locos docent ſua illa 39. cap. vbi docet expreſsè, Imbecilla ſiue Paucifera & Aquoſa Vehementer & infrigidare & humectare; & magis multò, quam ſimplex Aqua. Quod verò ſpectat ad Hippoc. Aphoriſmum, corpora impura, quò plus alimenti aſſumunt, eò pluribus damnis augentur. Video ex huius virtute, velle te vini condemnare hoc in caſu Nutritionem. At quæ mecum meditor hæc ſunto. Competit Aphoriſmus legitimæ Cachochimiæ, hoc eſt totius corporis impuritati, & vniuerſorum, non vnius tantùm excrementi. Hæc ſiquidem talia nutrire corpora intentabile reputat Conſilium Hippocrat. Aſſumptum enim retardatur in foueis lutoq; excrementorum alimẽtum, vnde impuritas augetur. Præter legitimam autem, illegitima alia datur impuritas: quæ ſanè alicuius tantùm eſt partis excrementitia plenitudo, vel vnius non omnium inſolentia. Tertianarum intermittentium hæc Claſſis. Huiuſque duplicis impuritatis magiſtros conſulas, & Galenum lib. de Plen. & Fern. Conſult. ſuarum 46. Neque modò certum includi hanc impuritatem in lege Aphoriſm. nam vnius offenſa, non eſt fraudanda ſuo Iure alterius immunitas. Alas porrò ſortitum eſt, vinum Celeres: & illi, quò diximus emendare eſt natum humorem, qui in Tertiana infeſtat. Alimenta pariter abdicat craſſa & excrementoſa, non tenuia & medicamentoſa Hippocr. ab impuris corporibus; aliter & Ptiſſanam, & Cremorem, & Mulſam refugeret. Eleuatur autem ſupra hos nobilitate quod monſtrauimus vinum. Aliam tamen patitur adhùc mea quidem ſententia expoſitionem Aphoriſm. quam reor talem. Impura illa corpora, quorum ventriculus fędatur pedore, offendes nutriendo ni priùs obſterſeris. Non refici etenim talia huiuſmodi, quinimò conſpurcari magis, per octauum Aphoriſmum eius particulæ declaratur in quo dicitur, *Si quis à morbo Cibum aſſumens non corroboratur, &c.* quem vertit Galenus, quod ſi appetat cibum æger & aſſumat, nec tamen reficiatur, eget eo caſu copioſiori alimento.

Sin autem aſſumat quidem, ſed non appetat, euacuatione tunc indiget. Nutriri ergo, & non nutrire, pendet à ventriculi vna læſione: ſiquidem proprius ſit ventriculi, ſenſus appetitionis. Idem repetit Galen. 10. in Aphoriſm. vbi corrumpi inquit

quit aduenientem cibum vnà cum vitioſis humoribus, qui in corpore præexiſtunt, & eo addit tempore potiſſimùm, quo ventriculus vitioſa langueſcit fœditate. Sumptis modò ab vniuerſo diſcurſu ſeminibus, appendas hæc dictis. Nutrit vinum non ob id tamen offendit Tertianarios; tùm quia ventriculo non labefactantur excrementoſo, tùm quia corrigit, ſi labefactaretur bilis prauam indolem, tùm quia parum nutrit Imbecillum, tùm quia in ſpiritus diſſoluitur epotum. Numeris ergo omnibus vtile vinum: neq; ab Hippocrat. Scola per hæc extorrem habitum.

Placet alijs inuicem Imbecillorum ſublegare Aquas. At ij praui ſimplicium indices. Hippocr. lib. de Vet. med. *Hominem* inquit *fortis Naturæ, ſi biberit Aquam, multa & grauia ſcias paſſurum mala; nam & doloribus vexabitur, & corpore debilitatem concipiet, & venter ei corrumpetur, & diù viuere non poterit.* Quo ergo tempore in tertiana ſolutionem expectaueris, in deteriùs ſenſeris coniectum ægrotantem; ſiue ſi liberum à febre dabitur tandem inſpectare, languentiſſimum tamen, tumidum, deformem intueberis, mala primis longè peiora. Vinum ergo aquoſum propines, cum bibere fuerit opus. Hoc illud continet quod locus ſupra repetit lib. de Affect. vbi *Quicunque* inquit *Cibos ſufficientes perficere valent ijs ſorbitiones ne dederis excludunt enim Cibum.*

Tertianarij autem conſeruent ne robur conficiendorum ciborum, & potiſſimùm in die intermiſſionis atteſtetur eorũ ſanitas, & idem Celſi auctoritas confirmet, quæ iubet ad ſana priora officia demandandos.

Alio deniq; irritabis aculeo. In quibuslibet cibis ac potionibus per Hippocrat. ex quattuor noſtris humoribus aliquis vel magis, vel minus ineſt. In vino, addunt, plus bilis adeſt, quàm in Aquis. Aqua ergo iſtiuſmodi læſionibus ſalubrior. Non negauerim ipſe Cibaria & Potiones ſatiùs eſſe in hac febre, puræ præſertim, vt in frigidum declinet, & in Pituitam potiùs, ſiue in ſanguinem Pituitoſum. Verùm quod Aqua in Pituitam ſemper ceſſet, falſiſſimum: ſtagnans ſiquidem in viſceribus per teſtimonia Hippocrat. bileſcit. Dato tamen quod Pituiteſcat, vnicum præſtabit, quo ægrotantes iſti conualeſcant nempè refrigerium. At Vinum Imbecillum bina offert ſeruitia, refrige-

rabit inquam, & nutriet ſimul. Illo prætereà refrigerij elogio præſtabit Aquas Imbecillum. Nam Aqua dum irrorat, nata eſt ſimul & tumefacere, & fluctuationes parere, & cibum corrumpere: accidentia quæ enumerat Hippocr. 3. de vict. acut. vinum immune ſemper ijs iniurijs. & tantò excellentiùs in carētia malorum, quantò eximiùs additione boni nutribilitatis. Trallianus hoc ſemper animatum Conſilio, in quolibet medicaminum, inquit, aliquid nocui ineſt: ſed perpendendum bona eiuſdem ſuperēt ne nocua, illiſq; compertis plurimis vſum eius fidenter complectaris. Conceſſo itaque quod Bilis portionem augeſceret, pluribus tamen, melioribuſque titulis prodeſſe compertum. Verum, neque Bilem natum addere: ſiquidem humidum & frigidum: neq; ſiccæ ſubſtantiæ particeps. Addas remoueri à vino culpas illas Aquæ peccantes, ſegnitiei & moræ, quibus vnicis incaleſcit, bullit, & bileſcit: labat imò ex viſceribus, & conuolat penè abſorptum in Renes, & Cutem. Quod dicas de Tertiana ſpuria, habes diffusè in cap. de Febre Diuturna.

IN TERTIANA CONTINVA
Vinum non incongruum.

CAPVT XXV.

QVæ Bilis extra venas per Carnes populata, adducit Tertianam intermittentem; eadem intrà venas concluſa, ſiue in Nobilioribus obſerata, Tertianam elidit Continuam. In hoc vno Continuitatis non excluſa ab Acutis: cui ſi coniūgatur magnitudo, iam in Acutas tranſmigrata, de quibus dictum eſt ſufficienter ſuo loco. Pura quidem Bilis in continua, manſueta quædam violentia: At ſi immanſueuerit feritatem nacta ob cōuerſionem in Eruginoſam, ſiue Vitellinam, ſiue Porracem, tunc inter Acutas immaniſſima: & Cauſon, Ardentem, incenſiuamque appellant: quā generari, ex Cholera naturali, rebatur Auerroes impoſſibile. De ijs itaque vt ſuprà in proximo quoq; Capitulo. De ea nunc ſermo, quæ ex pura producitur Cholera:

quæ

quæ quidem humanioribus nacta moribus, & ab Acuta excluditur,& ab Incenſiua veluti vrbanior ſeparatur.

Hanc vino refoueri hæc admonent: vino tamen imbecillo. Id frigidum & humidum: & febri ergo, & cauſæ febrili congruens. Mitigat iſtud Bilis aſperitatem per Galeni placita; quare cauſæ febrili medicamentum. Sanum & difficulter cedens corruptioni, proficiet mixtum cum materia corrupta, quā correxerit. Non bileſcit, quia non ſtagnat. Aperit vias per quas incitanda bilis Coctrici adgregatur quam roborat. Elucet itaq; non minus alimentum, quàm vtile medicamentum ijs febribus vinum. Imbecillum & Imbecillimum. Hippocr. 1. de morbis inter Bilis antidota vinum collocauit. Lac inquit Aſininum, Ptiſſanæ ſuccus rhoe rubro inſperſo, Vinum, Aqua, Mulſa, Bilis ſunt remedia, quæ nempè ea coercent, ac retundūt. Hinc Galen. in meth. dictum, vinum bilis caſtigatorem. Tu verò ſi inter hæc, aquam legens ea potiori abuteris vel cruda, vel cocta, vt ij hortantur quorum 4. lib. Acut. fuit labor, deteriora cogitaueris: nam & ſtagnat quomodocumque adminiſtres, & vnica ope qualitatis frigidæ occurrit. Vinum verò & diffluit, & præter frigidam qualitatem, molli ſubſtantia reformat aſperitatem Cholerę, ſua quidem eſſentia & aſperæ & mordicantis. Serum pariter lactis impar meritis cum vino, quod reformes quomodocumq; velis nitroſum eſt; quapropter euacuat, & euacuando aſperat. Ptiſſana, Cremor, non æqua incedunt amabilitate cum vino. Stillatitia non refrigerant. Decoctiones illæ ex herbis, pura in ſomnia refrigerantium, & aperientium; (in quorum vicem Galenus lib. de med. per loca ſuffecerat ſuccum ſeri) Auic. Iulep acetoſum & cæteri Aquam ordei, & cuncta in larga menſura, nullum referentia ſaporem eius oleris, cuius dicuntur filiæ; vt potè Acetoſæ, Boraginis, Cichorijs, Sonchi, aut alterius; aerea, non aquea, quod ex fumoſitate, & ſubtilitate earum colligitur. Fructus quoq; qui obtulerunt, in ſuſpicionem cadunt nocumenti manifeſti, quum prauo ſucco per Galenum de Alim. fac. repelant. Pepones Trallianus non abhorret, Anguriam Auerroes, Cucurbitam Stephanus Athenienſis, ſed periculis ijſce cuncta plena, quæ arguunt prauitatē ſucci: queq. medicum requirunt fama ſupremum, auctumq; ad apicem gloriæ, cui admittit cuncta, ſine contētionibus illęſa, Inuidia, Cla-

mor, Liuor. Horum nullo tangitur vitiorum, vinum; ſed melioribus cumulatur, quod vidiſti, bonis. Non ergo excludendum; ſed inuocandum.

CAVSO, SIVE INCENSIVÆ Febri, Ardenti Imbecillimum Vinum ſalubre præſidium.

CAPVT XXVI.

NOn conuenit inter ſcriptores, à qua nam cauſæ fonte generetur Cauſus: nam ſtatuāt quamuis choleram, tartarum vnde prodit pernicies: nihilominus ex ſpeciebus choleræ, alij vt Hippocr. de morb. acut. Naturalem culpat in venulas abſorptam. Et Galen. in lib. epid. comm. 2. part. 73. eandem inuaſorum capedinibus, vna cum ſanguine accenſam, alij præternaturalem, æruginoſam ſcilicet, aut porraceam graſſantes; in quorum ſententia, & Auenzoar ſtetit, & Auerroes, & Raſis, & Auic. & Serapio, & alij ex melioribus innumeri.

Quibus rurſus naturalis placet Cholera, diuidunt locum in quo putreſcit; diſtinguunt à ſimplici Tertiana Cō tinua, Incenſiuam: illùc effundi per omnes venas aſſerentes. hic verò, in venis cordi vicinis cohibitam affirmantes, ſiue vt Galenus locó citato, aut in ventris aut iecinoris, aut pulmonis venis efferueſcentem. Sed conſenſit cum ſcientifica coniectura, opinari vtrunq; & ſcilicet præternaturales choleræ ſpecies furere in Incenſiua, & nobiliora etiam ſecretioraq; corporis loca obſideri. Diſcurrunt enim tunc per corpus ſæua, immania, & quod primum eſt, fraudolentia ſimptomata; linguæ nigredo, ſquamoſitas; partium extremarum frigiditas: virium caſus; internorum vſtio, externorum algor, irrequiſita ſemper iactatio; vētris morſus; ſitis inextinguibilis, vigiliç; Vrinarum fçditas, fæcum doloſitas. Quæ vniuerſa, nec domeſtici humoris quamquàm peccantis decet exiſtimare proles, ſed immitiſſimi, & fraudolentiſſimi excrementi Calamitas; nec in vulgaribus conceſſum eſt coniectare, quod inſideant locis, ſed in Regijs, & ſacratioribus impli-

implicari. Et Notham inſuper ardentem, à legitima ardente ſubdiuidere non imprudens adiectum: quo ſuccenſeas cautiùs, cum vno, quàm cum altero excrementorum.

Hippocrat. in lib. de morbis, ſcribit perire hos plerunq; exiſtentes præ debilitate. Itidem quicunque ex febre ardente moriuntur, omnes præ ſiccitate moriuntur. Quam ob cauſam 4. de vict. acut. Huic aquæ Mulſæ coctæ, & aquoſæ quantum voluerit bibendum dabis. & in coacis prænot. Huic conducit frigefacientia adhibere, & ad aluum & forinſecus ad Corpus, cauendo ne inhoreſcat &c. Ijs adducti authoritatibus, ſequaces huic inſudarunt vni inſeruiendo omnes intentioni, qui ſcilicet & Potionibus, & Epithematis Corpora febricitantis frigefacerent. Primus ergo omnium idem Hippocrat. 4. de morb. plures parauit liquores: inde cæteri quamplurima addidère, facilè quæ per Volumina ſcriptorum in vnum congregentur. Sed quicunque is fuerit qui 4. de vict. Acutorum laudauit Mulſam ad libitum, is eodem tempore commendauit vinum Imbecillum: paribus ſiquidem meritis incedere vinum & mulſam 3. de vict. acut. ante enarrauerat. Augeas modò ſpem in hoc poculo rependens, mulſam ob mel facilè in Bilem conuerti; huius verò ſuſpicionis expers habitum ſemper Imbecillum. In ardente itaq; per Hippocrat. vinum Imbecillum, ſalutare præſidium, ſed altiora mediteris, alienis opinionibus parumper ſemotis. Refrigerandum & humectandum profuſis poculis in Ardente: id indubitatum. Neq; expectanda indicia coctura, ſed in principio id agendum; ſi conſentis cum Auerroe; nec non ſi credis fraudolentiæ humoris, ſiue vt dicunt malignitati materiæ, quæ coctionem non admittit, diù quanquàm eam expectaueris; id quoq; confeſſum. Duo modò annectas licet iſtis poſitionibus. Alterum, quod pereant præ debilitate plerunq; Ægrotantes noſtri: Alterum quod replendæ ſint venæ ſubſtantia familiari humida ac frigida, non autem ſola. Qualitate frigente, humectaque ſint reficiendæ. Cauit primus omnium doctiſſimus id Auerroes; eo deuictus Conſilio; quod rebellem materiam non vincant tranſeuntes manus, ac fugitiuæ, ſed debellent conſtantes, ac pertinaces. Abſoluta ergo prodijt tunc intentionis forma, quando in ſalutem Cauſi dixeris offerendas eſſe omni tempore morbi Potiones, quæ refrigerant quidem & humectant,

cum

cum ijs tamen iuncta ſemper facultatibus, quæ valeant & vires morientes recreare, & ſubſtantia non qualitate ſola operari. In hæc conuertit oculos Hippocrat. 4. de morb. fræcuſq; compendio tantarum rerum, & mella miſcuit cum aquis, quemadmodum 4. de vict. acut. quandò mulſam protulit: & oua, & virentes herbas, & vinum, & farinas & vuas paſſas, & Cerealia reliqua macerata aquis propinauit. Eadem inſpectantes & reliqui ſpectabiles ſcriptorum, ij Iulep, illi aquam ordei, alij Cucurbitæ, nonnulli lactucæ, Anguriæ quidam, ſerum cæteris, reliqui ſtillatitia ex Carnibus obtulere. Ego in ampliſſimo penu Potionum, nihil ſanctius ſelegiſſem vino Imbecillimo. Ab eo ſiquidem Frigefactio, & humectatio prærogata cæteris, quod toties probatiſſimum reſumpſimus. Ab eo ſperata ſubſidia virium certiora: amabile, affine, æquale, purum, leue, domeſticum. Ab eo demùm adportata non qualitas, ſed addita venis ſubſtantia conſtans, frigiditate, & humectabilitate vitalis. Quæ modò odia abſterrebunt à vino? Quæ iura aut rationes deuocabunt? Quæ maiorum Conſilia extorquebunt? Ferax Italia horum laticum, quorum imaginem prior liber deſignauit: ſed quæ non ſunt in promptu ingenui ex ſolo, præparentur ficti in morem Hippocrat. Dilutione aquarum. Non enim habuit Aſia tàm tenuem Baccum: quare eneruauit ipſum Hippocrat. lauacro aquarum & Dilutum porrexit. At Galenus perluſtratus Italiam, comperit immixtum hunc liquorem, placuitque magis illi appellare Imbecillum, quam aquoſum, aut dilutum: inſpectiſq; in eo dignitatibus, & innoxium ſcripſit febribus, & digniſſimum ſuaſit, quod in ſalutem harum, per totum terrarum orbem vulgaretur inuentum abditumq; quæreretur.

QVOTIDIANA FEBRE complicatos Vinum explicat.

CAPVT XXVII.

FEbres à Bile magis frequentes dinumeraui, omiſſa duplici illa Tertiana de qua tantus apud noſtrates rumor, temperandus

randus infrà, vbi de ſemitertiana; & cunctis, Vinum commonſtraui remedium. Sequitur modò, vt quæ nomen à Pituita ſibi vindicant, continuò enarrem: & ijſdem, vini ne pocula competant; eodem cum inito Artis propoſito, maturè conſultum. Prima verò occurrit Quotidiana: quam ſæuire aiunt, quandò conſeruata in venis Pituitę copia ſanguinem deuicerit Naturalem pabulum; & ſiue præ multitudine, ſiue præ morboſa conſtitutione, tumultum fecerit. Verùm duplex in Hominum Corpore inuenitur Pituitæ ſpecies, Hippocrat. magiſtro doctrinæ 1. de morb. Alia cum ſanguine connata, cuius maſſam diſſecare ſolent in Pituitam, Bilem & Melancoliam, & appellant incoctum ſanguinem. Alia excrementitia, ex Cibis ventriculi illaboratis, in Capite, conſueto ſuo domicilio commigrans; Alba, Mucoſa, Lenta. Subdiuiditur rurſus excrementitia hæc in Vitream, Gipſeam, Salſam, Acidam, Dulcem, à multiplici, in quæ ceſſit ſæpiùs per Naturæ errores ſubſtantia.

Quotidiana modò Febris, cuius in præſentia conuerſamur negocium, à peccato exoritur Pituitæ, primæ illius ſpeciei. Altera ſiquidem ſpecies, quanquàm & ipſa ſoleat Febres eniti, eas tamen vt plurimùm Accidentales conſtituit. Inde ſiquidem diſtillationes; hinc afflictiones propè innumeræ partes dum diſtemperat in quas decumbit, dum aggrauat, & munere fraudat ipſis conſueto. Quæ eadem ſi in Venas quoquè ſubierit, quantò rebellior, tantò dolentior acceſſerit. Verùm Pituitæ iſtiuſmodi ſpecies excrementitiæ, ſicuti fontem habent à quo primo ſemper elabuntur, nempè vel Caput, vel Ventriculum (in ijs etenim ſua illorum minera) ità deſtinarunt ſibi determinata ſemper tempora, quibus in partem aliquam ſcaturiant, pro generationis ſuæ cumulo, & opportunitate commotæ. Febrium propterea ab hac ſpecie, interpelatę fermè omnes. Per Galenum ſiquidem 2. de diff. Feb. hæc vna adducitur Cauſa Pituitoſarum Febrium intermittentium: quod nempè loca ſibi deſtinet febrilis materia à quibus ſcateat, & in quæ confluens terminet. At illa Altera Pituita, connata cum ſanguine, medicorum communi conſenſu iudicatur legitima eius Febris cauſa, cuius ſermonem adhùc inſtitutum producimus, Quotidianæ ſcilicet. In iſtorum propterea Febricitantium Venis ſanguinem contuemur quàm pituitoſiſſimum; & Corpora paſſim eodem humore

tumida,

tumida. Hominum tamen ſtatum hac febre oppreſſorum lucu-lenter admodum deſcripſit Hippocrat. 2. de morbis. *Poſtquam Venæ*, inquit, *pituitam in ſe ipſis traxerint, neceſſe eſt præ Pituitæ frigiditate ſanguinem magis tunc ſiſti ac perfrigerari: dum autem ſanguis non mouetur, fieri non poteſt, quin torpeat Corpus: & ſiquidem ſanguis, ac reliquum Corpus ſuperauerint, ita vt caleſcat, Homo euadit: ſin verò Pituita præualuerit: ſanguis congelatur adhuc magis: frigiditate verò ac congelatione augeſcente, moritur Homo.* Per hęc aditus in Curationem huiuſmodi Febris: & rationalis hinc de Vini poculis ſententia. Doctrina ſiquidem plana. Si ſanguis ſuperauerit ità vt caleſcat, Homo euadit. Curandum itaque vt naturalis introducatur Calor; ſanguiſque ipſe ſuperet. Quid verò aptiùs huic muneri Vino? nec eo quidem imbecillo, ſed medio, ſed mero? Cuius enitet perſpicua virtus ſanguinis augendi, calefaciendi viuifico igne, roborandæ demùm partis in quam quidem incumbet.

Altiùs tamen te adhùc erigas. Pituita, ſanguis incoctus appellatur, cuius cruditatem, quid potis maturare, vino ipſo viuidiùs. Id fatetur ſcola medicorum vniuerſa nec aliud Galenus tùm in libr. de ſan. tuen. tùm in meth. præſtantiùs cognouiſſe atteſtatur. At inquies; Cruditas quidem moleſtat, ſed & ſuprà Cruditatem Putredo. Quidquid ſtatuas de Putredine eam corrigere vinum docuit ſæpiùs Galenus & leuis cum ſit Caloris, leuib. docuit propinandum vinum ad Glauc. Quandò Terram Samiam commendauit epotam.

Subleues te adhùc vlteriùs. Galenus 11. meth. huius Febris cum methodum parat, tria obijcit medico, Febrem, Putredinem, Prohibitam tranſpirationem. Hæc porrò tria non permittit curando confundi, ſed illi priùs incumbendum præcipit quod cæteris magnitudine præualuerit; ijs verò cunctis copules ſemper neceſſe eſt ſtudium ſeruandarum virium. In Quotidiana modò, Febri minimè præcauendum in principio: At putredini multum, obſtructioni plurimum viribus aſſiduè. Putredo ſiquidem ſegnis, contumax multa. ex Pituitæ verò Copia obturationes plurimæ: nec vires intactæ vbi alienus humor, & tantæ contendunt obſtructiones. Putredini ergo ſi conſulueris, Vinum vtpotè coctiuum aſciueris. Coquit Galenus in meth. Pituitam hanc putreſcentem Origano, atque Pulegoo

Calidis:

Calidis: Cur ergo abſurdum meliori Calido vini eandem, accelerare? Laxato imò ventre Galenus vina illicò ſalutaria comminiſcitur. *Sanè*, inquit, *totum Corpus, priùs quàm id euacuaueris rarefacere non expedit: vbi euacuatum eſt vtique licebit id medicamento aliquo cui tepidus inſit Calor rarefacias, cuiuſmodi illud eſt quod ex Clamomælo conficitur. In hoc tempore ſi vinum quoque Aquoſum bibatur id omnes euacuationes promouebit; idem facit & temperatum dulcis Aquæ lauacrum, &c.*

Obſtructioni verò ſi ſtudueris, quid Vino præſtantiùs. Duo pugnant contrà obſtructiones remedia, ſi credimus medicis documentis ex ſimp. libr. deſumptis: Alterum Abſterſiua Nitroſa. Alterum Fluida ſubtilia. Mel primùm complet genus. Acetum Alterum. Primi generis aperientia non vbique nec perpètuò licet adminiſtrare, prò partium & materierum ratione. At ſecundi generis, nunquàm nocua, & ea præcipuè quæ in vires abeunt. Eminet verò inter hæc ſingulare vinum, ſubtile illud Aromaticum, Album, quod per Antonomaſiam dicebant ſcriptores ob id Traijciens. Viribus denique ſi intenderis oculos, quas monet conſeruandas Galenus vino nunquàm temperabis, vnicum dignitate & gloria inter Nutribilia. Tot ſi obſtiteris rationibus; alia ex Galeni ſcola obuiabũt li. de arte cur. ad Glauc. 2. Exquiſitas tertianas docuit Galenus curari humectantibus quidem ac refrigerantibus: at verò Nothas, ijs quæ copulant ſibi aliquam, & calefactionem & inciſionem; id verò ob miſcelam Pituitæ cum bile; & complere illas intentiones vinum medium, iam conſtare nitebamur. Id ſi Tertianus Nothis publicis votis congruum, quantò aptius Quotidianis? Languet in Quotidiana ſthomacus, qui eam ob Culpam egurgitat diù Pituitam. Quis verò Regia poteſtate priùs in ſthomaco componendo ſuauiori vino?

Vomitus à Galeno commendatiſſimus iſtis, quo poſt Cibum ſubluant ſthomacum & exonerent, & vinum firmãtem Regem totiùs Corporis, vt Quinctus dicebat Sirenus, ſthomacum recuſabis? Febris iſthęc, diuturna quędam tempeſtas; & viaticum ad Portum dabitur ſine vino, tenue?

Laudant denique meliores repetitas in quotidiana per medicum purgationes, quo Sarcina in dies alleuetur putreſcentię: tu verò ſegnis percuſſas ſedulò Vires, vino animos dante deſtitues?

tues? Tot ergo acclamantibus legibus, Vinum Quotidianæ perutile.

SEMITERTIANIS Vinum.

CAPVT XXVIII.

QVi ſubriſit ſtudioſis nominum imponendorum Galenus, idem nomina tàm religioſè cauit, vt in illorum incuria fœdatam maieſtatem Claritatis doctrinæ, & Breuitatem ſapientiæ læſam 1. epid. declamauerit. *Sed quia clarior, per vocabula, & compendioſior doctrina euadit priùs exponemus*, &c. Semitertianæ Nomen cuius Febris exprimat Ideam, ſiue quibus moribus diſtinctam elaborarunt longiùs enodare antè Galenum plures ex notabilibus medicis, Archigenes, Agathinus & reliqui, ipſe deindè Galenus & denique noſtrates confertiſſimi. Quid Agathinus ille & Archigenes vetuſtiſſimi ante Galeni memorias depoſuerint, meum fugit officium referre, qui ſcripta illorum non euoluerim. Id ſtat quidem de eorum opinione noſſe, quod tribus libris ſimplicem hanc, vt refert Galenus materiam vocis complexus Agathinus, reliquit ſuſpicionem nobis, ſe magna conceptũ de breui Semitertianæ vocabulo. Galenus vero quicquid meditaretur, vna hac præceptione Hippocratis continuit, modum Semitertianum in hoc ſtare rerum foro. *Modus erat ſemitertianus, vno die leuiores altero grauiùs iterum inuadentes.* Verùm ijs adnectas neceſſe eſt ſuperiora eiuſdem Hipp. *Infeſtabant illos pleroſque hæc incommoda: horrificæ Febres, Continuæ, Acutæ non intermittentes.* Rurſus & Hippocr. *in Febre Semitertiana cum morbi eueniunt Acuti, tùm præter cæteras, hæc maximè læthalis eſt.* Vt denique concludas per Hippocratem & Galenum Semitertianam eſſe Febrem Acutam, Continuam, Horrificam, Non intermittentem, quæ vno die leuius affligit, altero grauiùs inuadit. Et Febrium læthalium hic maximè modus. Noſtrates modò Acutas Febres, Horrificas, Continuas, & maximè læthales, non ampliùs ſemitertianas, cum Hippocrate Galeno & ſeueriſſimis

illis

illis medicarum Artium Tutoribus, Agathino & Claſſicis ſuis, ſed (quod audiuerim vniuerſas Conſultationes in Veneta imperante Prouincia) Duplices Tertianas dixère. Nomen vel vacuum, vel nunquàm, ſiue quàm parciſſimè per Præceptores noſtros expreſſum. Vacuum quidem, quia obſtat vt plurimùm impoſſibilitas figmenti huius: dari ſcilicet tantam bilioſæ materiæ ſtruem, & locis diſſetam varijs quæ poſſet & paribus, & imparibus diebus ſuccendere circuitus duplices, Febrium, eiuſdem prorsùs Naturæ; quæ poſſet præter ardentes iuuenes, viros æquè & ſenes infeſtare; quæ poſſit in continuam produci; quę poſſit horroribus non rigoribus inuadere; quæ poſſit aduenire potiùs Autumno quàm Æſtate; quæ denique poſſit acutiſſimis terminis non finiri tanquàm ab omnium velociſſimo exorta, & copioſiſſimo parente humore; ſomnia certè rumores inanes vacua, vt debebam, nomina. Nomen iterum, eam ob rationem nullum, quia nec inter modos acutarum, nec inter illos Diuturnarum febrium, Hippocrat. aut Galenus, aut Agathinus ille vnquàm excepit.

Si Sophiſtis imputatum gloriæ litigium illud quod Nomina complectitur, medicis verò adſcriptum vitio, nugari circa huiuſmodi vocabulorum Ludrica; totus ego in hoc ſum, qui febres vno die leuiores, altero grauiùs iterùm inuadentes, & ſemitertianas appellem, & Duplices, vt libet noſtratibus Tertianas. At ſi Clarior per vocabula, & Compendioſior euadit doctrina, ſi denuò ad prænoſcendum, & ad curandum nomina rectè impoſita per Galenum 2. de diff. Feb. plurimùm poſſunt, inauditum auribus meis occurret murmur Duplicis Tertianę, & obſcurum, Nebuloſumque figmentum rerum oculis obuerſabitur. Duplicium harum Tertianarum tàm frequens monſtrum, ſemitertianæ verò ſemper euidens illuſtre Simulachrum cognitum perſpectumque, ſemper ſui cēſus, & iuris ſubiectum. Abeat ergo, & ab hoc oleo fex huius vocabuli, & ab ore ſonus inanis duplicis Tertianæ nunquàm niſi cum Actio admittendus, ſiue cum Galeno etiam vbi de Tipis; cum eo tamen, qui auctor eius libri legitimus non habetur. Ibi quidem ſedens tale Nomen, vbi Tertianas diſſecauimus, in exquiſitas, ſimplices, extenſas, nothas, quibus & addas duplices, vt opponantur, non quidem ſimplici per Galenum in epid. vltra duodecim horarū ſpacium

produ

productæ,ſed vni numero opponens è directò duplicis Vocabulum. Stet verò viuatque in Acuta,Continua, Horrificauè Febre primo die leuiùs altero grauiùs inſultante frequentiſſimè, Nomen legitimum Semitertianæ:eius ſcilicet quæ non exquiſitam referat,ſed mediam inter veram. Fit enim,vt ferunt Hippocrat. & Galenus ex admixtione, Quotidianæ cum Tertiana: quam ob Cauſam torquet leuiùs, quo Die pura decurrit Quotidiana; at verò altero poſtmodum die cum Tertiana ſe ſe conuoluens, ſærociùs excruciat; vt læthalis proinde euadat, vitæque mortiferum, ac maleficum vulnus; tunc in immaniores rapiens procellas, quandò Portum, & dulcia quietis à tranſacto duriſſimo labore expectabamus. Huic tàm quidem exquiſitæ, quam non exquiſitæ Vinumne propines, conſultandum, optatiſſimum nempè, ac familiariſſimum Alimentorum, videndum in immaniſſima Febrium an proſit, ſiue noceat, quo illud adimpleas Hippocrat. *Cures in Acutis vt proſis, aut nihil noceas*. Hoc eſt, cures vt dum prodeſſe omnibus iuribus pro officio conaris ea administres, quæ ſi ſuum non contingerent conſuetum effectum (qui in Acutis debet eſſe euidens ac virilis) ſaltem aberrando à ſcopo in læſionem non procedant. Per ſuperiora monſtrata in Acutis Vinum fert opem ſalutis in Febribus magnis. Verùm in ijs, quæ maximè omnium præter acuitatem læthales ſunt, conſiderandum præterea An nocere poſſit, ſi ab officio ſalutis aliquod ob accidens tranſultaret.

Victus omnis forma, ad morbi vigorem (repetitum ſæpiſſimè dictum) inſtituenda; & an illi perferendo æger ſufficiat, diù minutiſſimèq; ponderandum. In eo ſiquidem puncto, & albo rerum, vbi morbi acumen per victum vita & mors appenſa: vita quidem, ſi vires in extremo periculo poſitæ ob ſummam pugnæ perſtiterint, & gradum percuſſæ non mutauerint morbo viuidiores: mors verò, ſi eædem vires furibundum intonante morbo, ſubruantur, morbo inferiores. Si ergo ſenſerit medicus ſcientifica fretus coniectura, contrà acumen morbi, vel proximũ, vel longinquum, inualituras vires, eas quidem, ne muniat cibo; timor ſiquidem imminet, ne diſtrahatur in ipſum, & prematur. At verò ſi perceperit in rigidioribus illis caſuras tempeſtatibus, offerat alimenta, & ea quæ firment reficiant, ac reparent vires valituras in extrema illa controuerſiarum lucta. Quem modum

Cæcum

Cæcum præterit læthales morbos ac pugnaciſſimos, quorū mores ſemitertiana panduntur, non futuros Gigantes, in quaſcunque vires, & inuictos non anteſtare in Gigantes vſque ipſa obſeſſorum robora? Id ſi nefas dubitando protrahere, cur detinet longiùs dubietas, an nutrias in ipſo febrium exordio? Interim tamen priuata ſi euoluas Nutrimenta, quod nam longiùs aberit à ſuſpicione Nocumēti, quàm vinum Imbecillum, quod nec hæret, nec calefacit, nec turbat, nec inquinat, nec replet? Quod nam verò proximiùs adeſt expectationibus noſtris, quàm vinum idem imbecillum, quod nutrit, refrigerat, humectat, animat, reficit, roborat? vinum ergo imbecillum in ſemitertiana dum votis omnibus natum eſt prodeſſe, nullis nocens apponitur: vt eo ſaluum ſtet ſemper Hippocrat. ius, vt proſis caue aut nihil noceas.

Dies rurſus quibus acumen vltimum, ac iudicium attenditur harum febrium læthalium ſinguli quidem ſunt valentiores ſi fides præſtanda ijs, quæ ſcribuntur ab Hippocrat. 1. epid. primus tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus &c. Initijs ergo in ipſis antecurrendum vino, quo vires firmitudine valeant ac cōſtantia, aduerſus ſæua iudicij & acuminis. Potiora hæc & certiora ad vini vſum in ſemitertiana; quæ ſemper ſurrigunt vinum, ſupra potiones, & cibaria quæque ſiue ſorbitiones, quia nulli aliorum conſonabunt vina ſi auferas: ſiue ſi congruant, mediocriter quidem non tamen eminenter coæquabuntur, vnde laudem illam conſequantur Horatij. *Eſt quoddam prodire tenus, ſi non datur vltrà; illam tamen longè ſuperiorem ſuſpiciant. Nil oriturum alias nil ortum tale fatentes.*

Communiora huius certitudinis, ſi velis addita dixeris. In ſemitertiana indeſinens ardor, ſimpthomataq; eam ob cauſam horrifica. In tanto ergo malo nihil ſperes vltrà licet, niſi uiriū ſubitum, & proximum lapſum. Ex eo ſuggeritur medico ineuitabilis neceſſitas, reficiendi ægrotantem, & properè & cumulatim. Id verò conſequeris nunquàm, ſi vinū neglexeris, cuius hæ celebrantur dotes indiuiduè reficiendi, & properè & affatim. Morbi veruntamen culpas tu acumen non virium defectum, cauſam languoris, & proſtitutæ integritatis. Id ego nec repello, ſed quandò Hippocr. in 2. eo acut. docet Acumini, mortalem aduenire prouiſionem per alimenta, ea ſolum ſubijcit le-

Digitized by Google

gi,quæ grauent,repleant, cunctentur, tumefaciant;(addunt enim pondus naturæ) verùm qualiacumque incorruptibilia conuolant in nexum ſpirituum,& altricis facultatis vt potè vinum, & à lata ſecludit ſententia. Negat ſiquidem ſenſus & experimentum,interritas eas vires, quæ indeſinenter à morbo extorqueantur; negantq; conſtantes,vbi ſimul cum labore, conſueto cibo deſtituantur. Non ergo tantùm acumen,quantùm ſegnities earundem, incuſanda conflictuum illorum in ſemitertiana, carnifices vitæ & peccata. Quamobrem vires per cibum & per vinum in primis,ſuggerendæ.

Et quantum viribus in omni febre, ſed in ſemitertiana potiſſimum tribuas,ex ægroto 13.& 14. prioris lib.epid.ediſcas; qui ob virium priuilegia à fortiſſimis ſemitertianæ morbis euasère, nullo coctionis ſigno dato, incolumes. Eiecerunt quippe cruda ipſę vires proteruæ, & inde nullo controuerſante corpori imperarunt inoffenſæ. Non morimur in lucta ob cruditatum iniurias, incompoſitas & inobſequentes Altrici: ſed morimur quia confundunt rithmum,& diſrumpunt, ſi perſeuerent quidem in corpore indomabiles, præcipitantq; robora colluctantis naturæ,ſi exeant acres, aſperæ, dum eam lacerant doloribus,& conuellunt vulneribus. Vegeta hinc alteratrix requiritur ad hoc, vt emẽdet materias; vel flores ſaltem,aut duriſſima,quò ſuperuiuat dilaniata cruditatibus. Illi propterea ægri ſuſtinuere ſeſe tale ob priuilegium. & quando ex additis ſubauditur Aphoriſmus, cocta medicari oportet,non cruda,id præcipit ſingularis,quod non cedunt cruda, niſi aſperrimũ poſt opus medicamentorum,quo in bello cùm res agatur in vlnis naturæ,ipſa cõficitur; quare dum aſpirat ea, id verò contigit ipſa ſe ſe explicante coctionem ab impedimẽtis crudorum, tunc medicari hoc eſt purgare opportunum. Verùm cohibet ſe ſe inuicta eo quoque tempore, quod euulſerint violenter purgantia cruditates; quo quidem quanquàm tracta,non diruit,cum præcipitio excrementorum,quia ſolidis fulcita conſtitit neruis, & inſerto calore valida. Rarò id tamen contigit, quod vides in cenſu ægrorum Hippocratis & Barbaris ſolum aſpirat fauſtum in incoctis morbis purgantia propinantibus ob hanc rigidàm, quam deſcripſimus impaſſibilemq; corporum compaginem. Priſci nanque illi exercitijs Gimnicis,& Balneis aſſueti, indurauerant corpora & robur

robur ſtabiliuerant: quare non eſt mirum ſanatos eos præter ſolitam coctionum expectationem. Eandem cognouit virtutem Galenus lib. de Trem. frig. & Palp. in illis corporibus: & ob hanc cauſam voluit illis pauciora mala obuenire. Verùm ſi hanc eandem recitaſſet lib. 2. Acut. vbi Hippocr. non expectatis ſignis coctionis, ipſis quidem purgantibus Pleuriticos curat, quorum dolor ad inguina declinat, meliora certè commentatus eſſet quàm quæ retulit in ſuo eo cõm. Poterãt enim tollerare purgantia in morbis adhùc incoctis, quia duriſſima habebãt corpora, nõ caſura in violentia extirpationis materierum. Quod noſtris modò non euenit corporibus, quia mollia ob minora exercitia, & plura otij genera: nec potiſſimùm noſtris Italicis, vbi ſpirat ſemper fauonius luxuriæ, & laxamenti: quum cæteris quibuſdam feliciter contingat factum, ſi incoctis, & acutiſſimis morbis, non turgente materia purgantia propinent, & euadant à fortiſſima purgatione incolumes. Id ſiquidem viſitur in ijs, qui vina cum pipere bibunt; quorum plurimi euadunt immunes à morte, & in ijs quoq; (quod non ſemel ego factum vidi ab alijs) qui malis obuiarunt medicis. Quorum Conſilia feſtina, & intempeſtiua irruunt in ipſis morborum principijs in purgãtia violentiſſima ſperantes aucupari famam à larga euacuatione excrementorum. Subnectas proinde appendicem prænarrato diſcurſui, & iute cenſeras. In forti viro quem tuetur vinum, erumpunt quandoq; affatim cruda, quę in exitu debilem diſſoluerent; at verò fortem immotum deſerunt, & veluti proceram arborem altiſſimis innixam radicibus præcipiti torrenti inflexam prætereunt illæſum. Quam ob cauſam vinum ſoſpitem æternum virium non omittendum in ſemitertiana, vbi diu noctuque natura ardet extremis conatibus, ſiue Coctiuam tentans, ſiue expulſionem, & ſegregationem elaborans.

SINOCHO VINVM.

CAPVT XXIX.

Sinochus continua Febris ex ſanguine quidem orta, alias peccante ebullitione tantùm, aliàs vt dicunt ob Putrediné, duo

cum ijs tamen iuncta ſemper facultatibus, quæ valeant & vires morientes recreare, & ſubſtantia non qualitate ſola operari. In hæc conuertit oculos Hippocrat. 4. de morb. fratruſq; compendio tantarum rerum, & mella miſcuit cum aquis, quemadmodum 4. de vict. acut. quandò mulſam protulit: & oua, & virentes herbas, & vinum, & farinas & vuas paſſas, & Cerealia reliqua macerata aquis propinauit. Eadem inſpectantes & reliqui ſpectabiles ſcriptorum, ij Iulep, illi aquam ordei, alij Cucurbitæ, nonnulli lactucæ, Anguriæ quidam, ſerum cæteris, reliqui ſtillatitia ex Carnibus obtulere. Ego in ampliſſimo penu Potionum, nihil ſanctiùs ſelegiſſem vino Imbecillimo. Ab eo ſiquidem Frigefactio, & humectatio prærogata cæteris, quod toties probatiſſimum reſumpſimus. Ab eo ſperata ſubſidia virium certiora: amabile, affine, æquale, purum, leue, domeſticum. Ab eo demùm adportata non qualitas, ſed addita venis ſubſtantia conſtans, frigiditate, & humectabilitate vitalis. Quæ modò odia abſterrebunt à vino? Quæ iura aut rationes deuocabunt? Quæ maiorum Conſilia extorquebunt? Ferax Italia horum laticum, quorum imaginem prior liber deſignauit: ſed quæ non ſunt in promptu ingenui ex ſolo, præparentur ficti in morem Hippocrat. Dilutione aquarum. Non enim habuit Aſia tàm tenuem Baccum: quare eneruauit ipſum Hippocrat. lauacro aquarum & Dilutum porrexit. At Galenus perluſtratus Italiam, comperit immixtum hunc liquorem, placuitque magis illi appellare Imbecillum, quam aquoſum, aut dilutum: inſpectiſq; in eo dignitatibus, & innoxium ſcripſit febribus, & digniſſimum ſuaſit, quod in ſalutem harum, per totum terrarum orbem vulgaretur inuentum abditumq; quæreretur.

QVOTIDIANA FEBRE complicatos Vinum explicat.

CAPVT XXVII.

Febres à Bile magis frequentes dinumeraui, omiſſa duplici illa Tertiana de qua tantus apud noſtrates rumor, tempe-

randus infrà, vbi de ſemitertiana; & cunctis, Vinum commonſtraui remedium. Sequitur modò, vt quæ nomen à Pituita ſibi vindicant, continuò enatrem: & iiſdem, vini ne pocula competant; eodem cum inito Artis propoſito, maturè conſultum. Prima verò occurrit Quotidiana: quam ſæuire aiunt, quandò conſeruata in venis Pituitę copia ſanguinem deuicerit Naturalem pabulum; & ſiue præ multitudine, ſiue præ morboſa conſtitutione, tumultum fecerit. Verùm duplex in Hominum Corpore inuenitur Pituitæ ſpecies, Hippocrat. magiſtro doctrinæ 1. de morb. Alia cum ſanguine connata, cuius maſſam diſſecare ſolent in Pituitam, Bilem & Melancoliam, & appellant incoctum ſanguinem. Alia excrementitia, ex Cibis ventriculi illaboratis, in Capite, conſueto ſuo domicilio commigrans; Alba, Mucoſa, Lenta. Subdiuiditur rurſus excrementitia hæc in Vitream, Gipſeam, Salſam, Acidam, Dulcem, à multiplici, in quæ ceſſit ſæpiùs per Naturæ errores ſubſtantia.

Quotidiana modò Febris, cuius in præſentia conuerſamur negocium, à peccato exoritur Pituitæ, primæ illius ſpeciei. Altera ſiquidem ſpecies, quanquàm & ipſa ſoleat Febres eniti, eas tamen vt plurimùm Accidentales conſtituit. Inde ſiquidem diſtillationes: hinc afflictiones propè innumeræ partes dum diſtemperat in quas decumbit, dum aggrauat, & munere fraudat ipſis conſueto. Quæ eadem ſi in Venas quoquè ſubierit, quantò rebellior, tantò dolentior acceſſerit. Verùm Pituitæ iſtiuſmodi ſpecies excrementitiæ, ſicuti fontem habent à quo primo ſemper elabuntur, nempè vel Caput, vel Ventriculum (in iis etenim ſua illorum minera) ità deſtinarunt ſibi determinata ſemper tempora, quibus in partem aliquam ſcaturiant, pro generationis ſuæ cumulo, & opportunitate commotæ. Febrium propterea ab hac ſpecie, interpelatę fermè omnes. Per Galenum ſiquidem 2. de diff. Feb. hæc vna adducitur Cauſa Pituitoſarum Febrium intermittentium: quod nempè loca ſibi deſtinet febrilis materia à quibus ſcateat, & in quæ confluens terminet. At illa Altera Pituita, connata cum ſanguine, medicorum communi conſenſu iudicatur legitima eius Febris cauſa, cuius ſermonem adhùc inſtitutum producimus, Quotidianæ ſcilicet. In iſtorum propterea Febricitantium Venis ſanguinem contuemur quàm pituitoſiſſimum; & Corpora paſſim eodem humore

tumida,

Digitized by Google

tumida. Hominum tamen ſtatum hac febre oppreſſorum luculenter admodum deſcripſit Hippocrat. 2. de morbis. *Poſtquàm Venæ*, inquit, *pituitam in ſe ipſis traxerint, neceſſe eſt præ Pituitæ frigiditate ſanguinem magis tunc ſiſti ac perfrigerari: dum autem ſanguis non mouetur, fieri non poteſt, quin torpeat Corpus: & ſiquidem ſanguis, ac reliquum Corpus ſuperauerint, ita vt caleſcat, Homo euadit: ſin verò Pituita præualuerit, ſanguis congelatur adhùc magis: frigiditate verò ac congelatione augeſcente, moritur Homo.* Per hęc aditus in Curationem huiuſmodi Febris: & rationalis hinc de Vini poculis ſententia. Doctrina ſiquidem plana. Si ſanguis ſuperauerit ità vt caleſcat, Homo euadit. Curandum itaque vt naturalis introducatur Calor; ſanguiſque ipſe ſuperet. Quid verò aptiùs huic muneri Vino? nec eo quidem imbecillo, ſed medio, ſed mero? Cuius enitet perſpicua virtus ſanguinis augendi, calefaciendi viuifico igne, roborandæ demùm partis in quam quidem incumbet.

Altiùs tamen te adhùc erigas. Pituita, ſanguis incoctus appellatur, cuius cruditatem, quid potis maturare, vino ipſo viuidiùs. Id fatetur ſcola medicorum vniuerſa nec aliud Galenus tùm in libr. de ſan. tuen. tùm in meth. præſtantiùs cognouiſſe atteſtatur. At inquies; Cruditas quidem moleſtat, ſed & ſuprà Cruditatem Putredo. Quidquid ſtatuas de Putredine eam corrigere vinum docuit ſæpiùs Galenus & leuis cum ſit Caloris, leuib. docuit propinandum vinum ad Glauc. Quandò Terram Samiam commendauit epotam.

Subleues te adhùc vlteriùs. Galenus 11. meth. huius Febris cum methodum parat, tria obijcit medico, Febrem, Putredinem, Prohibitam tranſpirationem. Hæc porrò tria non permittit curando confundi, ſed illi priùs incumbendum præcipit quod cæteris magnitudine præualuerit; ijs verò cunctis copules ſemper neceſſe eſt ſtudium ſeruandarum virium. In Quotidiana modò, Febri minimè præcauendum in principio: At putredini multum, obſtructioni plurimum viribus aſſiduè. Putredo ſiquidem ſegnis, contumax multa. ex Pituitæ verò Copia obturationes plurimæ: nec vires intactæ vbi alienus humor, & tantæ contendunt obſtructiones. Putredini ergo ſi conſulueris, Vinum vtpotè coctiuum aſciueris. Coquit Galenus in meth. Pituitam hanc putreſcentem Origano, atque Polegoo

Calidis:

Calidis: Cur ergo abſurdum meliori Calido vini eandem, accelerare? Laxato imò ventre Galenus vina illicò ſalutaria comminiſcitur. *Sanè*, inquit, *totum Corpus, priùs quàm id euacuaueris rarefacere non expedit: vbi euacuatum eſt vtique licebit id medicamento aliquo cui tepidus inſit Calor rarefacias, cuiuſmodi illud eſt quod ex Clamomælo conficitur. In hoc tempore ſi vinum quoque Aquoſum bibatur id omnes euacuationes promouebit; idem facit & temperatum dulcis Aquæ lauacrum, &c.*

Obſtructioni verò ſi ſtudueris, quid Vino præſtantiùs. Duo pugnant contrà obſtructiones remedia, ſi credimus medicis documentis ex ſimp. libr. deſumptis: Alterum Abſterſiua Nitroſa. Alterum Fluida ſubtilia. Mel primùm complet genus. Acetum Alterum. Primi generis aperientia non vbique nec perpetuò licet adminiſtrare, prò partium & materierum ratione. At ſecundi generis, nunquàm nocua, & ea præcipuè quæ in vires abeunt. Eminet verò inter hæc ſingulare vinum, ſubtile illud Aromaticum, Album, quod per Antonomaſiam dicebant ſcriptores ob id Traijciens. Viribus denique ſi intenderis oculos, quas monet conſeruandas Galenus vino nunquàm temperabis, vnicum dignitate & gloria inter Nutribilia. Tot ſi obſtiteris rationibus; alia ex Galeni ſcola obuia būt li. de arte cur. ad Glauc. 2. Exquiſitas tertianas docuit Galenus curari humectantibus quidem ac refrigerantibus: at verò Nothas, ijs quæ copulant ſibi aliquam, & calefactionem & inciſionem; id verò ob miſcelam Pituitæ cum bile; & complere illas intentiones vinum medium, iam conſtare nitebamur. Id ſi Tertianus Nothis publicis votis congruum, quantò aptius Quotidianis? Languet in Quotidiana ſthomacus, qui eam ob Culpam egurgitat diù Pituitam. Quis verò Regia poteſtate priùs in ſthomaco componendo ſuauiori vino?

Vomitus à Galeno commendatiſſimus iſtis, quo poſt Cibum ſubluant ſthomacum & exonerent, & vinum firmātem Regem totiùs Corporis, vt Quinctus dicebat Sirenus, ſthomacum recuſabis? Febris iſthęc, diuturna quędam tempeſtas; & viaticum ad Portum dabitur ſine vino, tenue?

Laudant denique meliores repetitas in quotidiana per medicum purgationes, quo Sarcina in dies alleuetur putreſcentię: tu verò ſegnis percuſſas ſedulò Vires, vino animos dante deſtitues?

tues? Tot ergo acclamantibus legibus, Vinum Quotidianæ perutile.

SEMITERTIANIS Vinum.

CAPVT XXVIII.

QVi ſubriſit ſtudioſis nominum imponendorum Galenus, idem nomina tàm religioſè cauit, vt in illorum incuria fœdatam maieſtatem Claritatis doctrinæ, & Breuitatem ſapientiæ læſam 1. epid. declamauerit. *Sed quia Clarior, per vocabula, & compendioſior doctrina euadit priùs exponemus*, &c. Semitertianæ Nomen cuius Febris exprimat Ideam, ſiue quibus moribus diſtinctam elaborarunt longiùs enodare antè Galenum plures ex notabilibus medicis, Archigenes, Agathinus & reliqui, ipſe deindè Galenus & denique noſtrates confertiſſimi. Quid Agathinus ille & Archigenes vetuſtiſſimi ante Galeni memorias depoſuerint, meum fugit officium referre, qui ſcripta illorum non euoluerim. Id ſtat quidem de eorum opinione noſſe, quod tribus libris ſimplicem hanc, vt refert Galenus materiam vocis complexus Agathinus, reliquit ſuſpicionem nobis, ſe magna conceptũ de breui Semitertianæ vocabulo. Galenus vero quicquid meditaretur, vna hac præceptione Hippocratis continuit, modum Semitertianum in hoc ſtare rerum foro. *Modus erat ſemitertianus, vno die leuiores altero grauiùs iterum inuadentes.* Verùm ijs adnectas neceſſe eſt ſuperiora eiuſdem Hipp. *Infeſtabant illos pleroſque hæc incommoda: horrificæ Febres, Continuæ, Acutæ non intermittentes.* Ruſus & Hippocr. *in Febre Semitertiana cum morbi eueniunt Acuti, tùm præter cæteras, hæc maximè læthalis eſt.* Vt denique concludas per Hippocratem & Galenum Semitertianam eſſe Febrem Acutam, Continuam, Horrificam, Non intermittentem, quæ vno die leuius affligit, altero grauiùs inuadit. Et Febrium læthalium hic maximè modus. Noſtrates modò Acutas Febres, Horrificas, Continuas, & maximè læthales, non ampliùs ſemitertianas, cum Hippocrate Galeno & ſeueriſſimis illis

illis medicarum Artium Tutoribus, Agathino & Claſſicis ſuis, ſed (quod audiuerim vniuerſas Conſultationes in Veneta imperante Prouincia) Duplices Tertianas dixère. Nomen vel vacuum, vel nunquàm, ſiue quàm parciſſimè per Præceptores noſtros expreſſum. Vacuum quidem, quia obſtat vt plurimùm impoſſibilitas figmenti huius: dari ſcilicet tantam bilioſæ materiæ ſtruem, & locis diſſitam varijs quæ poſſet & paribus, & imparibus diebus ſuccendere circuitus duplices Febrium, eiuſdem prorsùs Naturæ; quæ poſſet præter ardentes iuuenes, viros æquè & ſenes infeſtare; quæ poſſit in continuam produci; quę poſſit horroribus non rigoribus inuadere; quæ poſſit aduenire potiùs Autumno quàm Æſtate; quæ denique poſſit acutiſſimis terminis non finiri tanquàm ab omnium velociſſimo exorta, & copioſiſſimo parente humore; ſomnia certè rumores inanes vacua, vt debebam, nomina. Nomen iterum, eam ob rationem nullum, quia nec inter modos acutarum, nec inter illos Diuturnarum febrium, Hippocrat. aut Galenus, aut Agathinus ille vnquàm excepit.

Si Sophiſtis imputatum gloriæ litigium illud quod Nomina complectitur, medicis verò adſcriptum vitio, nugari circa hujuſmodi vocabulorum Ludrica; totus ego in hoc ſum, qui febres vno die leuiores, altero grauiùs iterùm inuadentes, & ſemitertianas appellem, & Duplices, vt libet noſtratibus Tertianas. At ſi Clarior per vocabula, & Compendioſior euadit doctrina, ſi denuò ad prænoſcendum, & ad curandum nomina rectè impoſita per Galenum 2. de diff. Feb. plurimùm poſſunt, inauditum auribus meis occurret murmur Duplicis Tertianę, & obſcurum, Nebuloſumque figmentum rerum oculis obuerſabitur. Duplicium harum Tertianarum tàm frequens monſtrum; ſemitertianæ verò ſemper euidens illuſtre Simulachrum cognitum perſpectumque, ſemper ſui cēſus, & iuris ſubiectum. Abeat ergo, & ab hoc oleo fex huius vocabuli, & ab ore ſonus inanis duplicis Tertianæ nunquàm niſi cum Actio admittendus, ſiue cum Galeno etiam vbi de Tipis; cum eo tamen, qui auctor eius libri legitimus non habetur. Ibi quidem ſedens tale Nomen, vbi Tertianas diſſecauimus, in exquiſitas, ſimplices, extenſas, nothas, quibus & addas duplices, vt opponantur, non quidem ſimplici per Galenum in epid. vltra duodecim horarū ſpacium

produ

productæ, ſed vni numero opponens è directò duplicis Vocabulum. Stet verò viuatque in Acuta, Continua, Horrificauè Febre primo die leuiùs altero grauiùs inſultante frequentiſſimè, Nomen legitimum Semitertianæ: eius ſcilicet quæ non exquiſitam referat, ſed mediam inter veram. Fit enim, vt ferunt Hippocrat. & Galenus ex admixtione, Quotidianæ cum Tertiana: quam ob Cauſam torquet leuiùs, quo Die pura decurrit Quotidiana; at verò altero poſtmodum die cum Tertiana ſe ſe conuoluens, færociùs excruciat; vt læthalis proinde euadat, vitæque mortiferum, ac maleficum vulnus; tunc in immaniores rapiens procellas, quandò Portum, & dulcia quietis à tranſacto duriſſimo labore expectabamus. Huic tàm quidem exquiſitæ, quam non exquiſitæ Vinumne propines, conſultandum, optatiſſimum nempè, ac familiariſſimum Alimentorum, videndum in immaniſſima Febrium an proſit, ſiue noceat, quo illud adimpleas Hippocrat. *Cures in Acutis vt proſis, aut nihil noceas*. Hoc eſt, cures vt dum prodeſſe omnibus iuribus pro officio conaris ea adminiſtres, quæ ſi ſuum non contingerent conſuetum effectum (qui in Acutis debet eſſe euidens ac virilis) ſaltem aberrando à ſcopo in læſionem non procedant. Per ſuperiora monſtrata in Acutis Vinum fert opem ſalutis in Febribus magnis. Verùm in ijs, quæ maximè omnium præter acuitatem læthales ſunt, conſiderandum præterea An nocere poſſit, ſi ab officio ſalutis aliquod ob accidens tranſultaret.

Victus omnis forma, ad morbi vigorem (repetitum ſæpiſſimè dictum) inſtituenda; & an illi perferendo æger ſufficiat, diù minutiſſimèq; ponderandum. In eo ſiquidem puncto, & albo rerum, vbi morbi acumen per victum vita & mors appenſa: vita quidem, ſi vires in extremo periculo poſitæ ob ſummam pugnæ perſtiterint, & gradum percuſſæ non mutauerint morbo viuidiores: mors verò, ſi eædem vires furibundum intonante morbo, ſubruantur, morbo inferiores. Si ergo ſenſerit medicus ſcientifica fretus coniectura, contrà acumen morbi, vel proximũ, vel longinquum, inualituras vires, eas quidem, ne muniat cibo; timor ſiquidem imminet, ne diſtrahatur in ipſum, & prematur. At verò ſi perceperit in rigidioribus illis caſuras tempeſtatibus, offerat alimenta, & ea quæ firment reficiant, ac reparent vires valituras in extrema illa controuerſiarum lucta. Quem modum

Cæcum

Digitized by Google

Cæcum præterit læthales morbos ac pugnaciſſimos, quorũ mores ſemitertiana panduntur, non futuros Gigantes, in quaſcunque vires, & inuictos non anteſtare in Gigantes vſque ipſa obſeſſorum robora? Id ſi nefas dubitando protrahere, cur detinet longiùs dubietas, an nutrias in ipſo febrium exordio? Interim tamen priuata ſi euoluas Nutrimenta, quod nam longiùs aberit à ſuſpicione Nocuméti, quàm vinum Imbecillum, quod nec hæret, nec calefacit, nec turbat, nec inquinat, nec replet? Quod nam verò proximiùs adeſt expectationibus noſtris, quàm vinum idem imbecillum, quod nutrit, refrigerat, humectat, animat, reficit, roborat? vinum ergo imbecillum in ſemitertiana dum votis omnibus natum eſt prodeſſe, nullis nocens apponitur: vt eo ſaluum ſtet ſemper Hippocrat. ius, vt proſis caue aut nihil noceas.

Dies rurſus quibus acumen vltimum, ac iudicium attenditur harum febrium læthalium ſinguli quidem ſunt valentiores ſi fides præſtanda ijs, quæ ſcribuntur ab Hippocrat. 1. epid. primus tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus &c. Initijs ergo in ipſis antecurrendum vino, quo vires firmitudine valeant ac cõſtantia, aduerſus ſæua iudicij & acuminis. Potiora hæc & certiora ad vini vſum in ſemitertiana; quæ ſemper ſurrigunt vinum, ſupra potiones, & cibaria quæque ſiue ſorbitiones, quia nulli aliorum conſonabunt vina ſi auferas: ſiue ſi congruant, mediocriter quidem non tamen eminenter coæquabuntur, vnde laudem illam conſequantur Horatij. *Eſt quoddam prodire tenus, ſi non datur vltrà; illam tamen longè ſuperiorem ſuſpiciant. Nil oriturum alias nil ortum tale fatentes.*

Communiora huius certitudinis, ſi velis addita dixeris. In ſemitertiana indeſinens ardor, ſimpthomataq; eam ob cauſam horrifica. In tanto ergo malo nihil ſperes vltrà licet, niſi uiriũ ſubitum, & proximum lapſum. Ex eo ſuggeritur medico ineuitabilis neceſſitas, reficiendi ægrotantem, & properè & cumulatim. Id verò conſequeris nunquàm, ſi vinũ neglexeris, cuius hæ celebrantur dotes indiuiduè reficiendi, & properè & affatim. Morbi veruntamen culpas tu acumen non virium defectum, cauſam languoris, & proſtitutæ integritatis. Id ego nec repello, ſed quandò Hippocr. in 2. eo acut. docet Acumini, mortalem aduenire prouiſionem per alimenta, ea ſolum ſubijcit le-

Digitized by Google

robur ſtabiliuerant: quare non eſt mirum ſanatos eos præter ſolitam coctionum expectationem. Eandem cognouit virtutem Galenus lib. de Trem. frig. & Palp. in illis corporibus: & ob hanc cauſam voluit illis pauciora mala obuenire. Verùm ſi hanc eandem recitaſſet lib. 1. Acut. vbi Hippocr. non expectatis ſignis coctionis, ipſis quidem purgantibus Pleuriticos curat, quorum dolor ad inguina declinat, meliora certè commentatus eſſet quàm quæ retulit in ſuo eo cóm. Poterāt enim tollerare purgantia in morbis adhùc incoctis, quia duriſſima habebāt corpora, nō caſura in violentia extirpationis materierum. Quod noſtris modò non euenit corporibus, quia mollia ob minora exercitia, & plura otij genera: nec potiſſimùm noſtris Italicis, vbi ſpirat ſemper fauonius luxuriæ, & laxamenti: quum cæteris quibuſdam feliciter contingat factum, ſi incoctis, & acutiſſimis morbis, non turgente materia purgantia propinent, & euadant à fortiſſima purgatione incolumes. Id ſiquidem viſitur in ijs, qui vina cum pipere bibunt; quorum plurimi euadunt immunes à morte, & in ijs quoq; (quod non ſemel ego factum vidi ab alijs) qui malis obuiarunt medicis. Quorum Conſilia feſtina, & intempeſtiua irruunt in ipſis morborum principijs in purgātia violentiſſima ſperantes aucupari famam à larga euacuatione excrementorum. Subnectas proinde appendicem prænarrato diſcurſui, & iure cenſeras. In forti viro quem tuetur vinum, erumpunt quandoq; affatim cruda, quę in exitu debilem diſſoluerent; at verò fortem immotum deſerunt, & veluti proceram arborem altiſſimis innixam radicibus præcipiti torrenti inflexam prætereunt illæſum. Quam ob cauſam vinum ſoſpitem æternum virium non omittendum in ſemitertiana, vbi diu noctuque natura ardet extremis conatibus, ſiue Coctiuam tentans, ſiue expulſionem, & ſegregationem elaborans.

SINOCHO VINVM.

CAPVT XXIX.

Sinochus continua Febris ex ſanguine quidem orta, alias peccante ebullitione tantùm, aliàs vt dicunt ob Putredinē, duo

videtur occupare febrium genera, Ephemeram ſcilicet, & humoralē. Quandò Ephemera clauditur, dùm videlicet ebullit, febris trium ad plurimùm dierum, ſine ſeueritate accidentium, manſueta. Quandò verò humoralium clauſtra ingreditur, acuta tunc, & maleſica.

In Ephemera dùm continetur, Potus & Nutrimenta ideo renuit cunčta (exceptis illis quæ cogant ora ſuperiora ſthomaci, ſuſpečtam lypotimiam vindicando) quia breui ſtridens, remedijs adhibendis, non cibando ſuadet. Remedia verò, ſanguinis miſſionem, vno conſenſu concludunt; quo detračto, & fuſionem ſuſpečtam amouent, & cætera inde ſurgentia, Inflammationes, Suffocationes, Diſſolutiones. Per hæc duo obuiam fiūt; vinum aquoſum, nigrum, ſubauſterum commendātia, lypotimiæ ſuſpitio, & venæ ſečtionis cautela. Exigit lypotimia ſubadſtringentia & aromatica; ergo nigrum vinum, ſubauſterum: eligibiliùs certè & ſucco granatorum, & citoneorum liquore, in quibus nulla aromatizitas, optatiſſima ob ſpiritus. Exigit demùm ſečtionis cautela, virium eam tutelam, quæ diſſolutioni reparet, & illi præſertim, quæ largam ſanguinis effuſionem, Sinocho huic per Galenum neceſſarium, perpetuò conſequitur: ergo vinum ſubauſterum, nigrum, aromatizans, quo ſingulariſſimo nutrimentorum, labantem naturam continemus, & mentem ſubuocamus, ſiue etiam ex ſe extenuatos reficimus ſpiritus & Animam.

In humoralem verò tranſmigrata, vini potus primos ſibi inuocat præſides. Id verò, & propter accidentia quibus torquetur ſæuiſſimis, & ob vires ſummoperè fatigatas, & ob putredinem ipſam, ſiue vt dicimus nos altam ſanguinis confuſionem. Simpthomata primùm inſultant virtuti, & conficiunt eā: quare effečtui ipſorum ante vertendum vino reparatori potentiſſimo: ſic enim Hippocraticum operabimur quàm tutiſſimum medicando, præuenire ſcilicet mala, & tenerrima reſecare. Vires deinde in magno morbo ſtrangulantur; cum magnus à virium grādi læſioni definiatur: vt propterea ſuffragio opportuno ſint per medicum obligandæ, quo non inueneris meliori, ipſo vino. In vini nempè laudes ipſe quoq; Hippocrat. more Homeri profuſus in lib. de Affečt. hæc habuit. *Cibaria potus & obſonia excepto Pane, Maza, Carnibus, Piſcibus, Vino & Aqua, reliqua omnia,*

tenues

tenues ac debiles vtilitates exhibent ad augmentum, ad robur, ad ſanitatem; tenuia item ac debilia mala ab ipſis fiunt. Vinum autem præpollere cunctis ab eo facilè colligitur, quod aqua nutrit æquiuocè, hoc eſt remittens intemperiem, vt per Galenum habemus: reliqua verò Panem, Carnem, Piſces, ſegnius certè, & non ſine excrementorum culpa. At vinum præterquàm quod reponit partes ipſas nutriti deperditas, principibus, hoc eſt ſpiritibus conſociatur. Hic ergo vinum ad commoda Sinochi perutile, & vnicum remedium, graues ac fortes vtilitates exhibens. Iubet deniq; Putredo, vinum implorari. Nàm confuſio illa euaporationum cum ſanguine confuſarum, huius parentem, quam dicunt putredinem, emendari impoſſibile, ni ſegregaueris à Puro ſanguine impura ea vaporum commercia. Apertio id præſtat venarum ac viarum; Regimen caloris, vis ſanguinis communicata, cuius ope repellat, & excutiat moleſtum. Aperire, munus Calidorum, & tenuium: excutere eadem valet; vinum ergo tenue aromaticum, album, huic operi deſtinatum. Erigi verò calorem vnde datum niſi à vino? excitatur oppreſſus animus, quem ſolamina amicorum eleuauerint, ſiue quem cara eorundem viſitauerint. Afflictus ſic Altricis ſpiritus vnico alimento, & ſerenatur, & reficitur. Inter alimenta verò probatum toties eggregium, vinum. Adportabimus poſtremò vim ſanguini, calorem genuinum per vina refocilando. Sanguis hinc euadit, ſi Paulo credimus ſuccoſiſſimus & probus. Nec enim aliud inuenias, quod promptiùs & largiùs id præſtiterit vino. & hinc fortaſsè veritatem mancipſcitur apertũ illud Galen. in lib. de med. per loca, vinum putredini reſiſtere. Nulli ergo dubitationi peruium propoſitum. Quod in ſinocho vinum epotum, non conferat ſalubre præſidium.

FEBRIBVS QVARTANIS Intermittentibus Vini Pocula, ex Arte danda.

CAPVT XXX.

QVartana Febris, non vna ſecludit ſub ſpecie; ſed duplices ob cauſas, duplici concluditur. Adnotatum etenim re-

liquerunt Auic. & Trallianus duplicem generari in corpore humano melancholiam ſuccum, in quo ſi fundatur Quartana neceſſarium exurgere duplicem eius ſpeciem. Frigida altera eſt ſanguinis fex, ſicca in liene contubernans. Altera, bilis aduſta, calida ſicca, in venis vt plurimùm coaceruata. Ex eo intermittens Quartana; ex poſteriori continua Quartana. Intermittentis nunc ſermo initus.

Curationis, & Cibationis conſiderationem omnem in quartana, ſi cum Galeno reliquos illuſtres medicinæ ſcriptores euolueris, in duplici condunt opportunitate. In illud primò tempus; quod præcedit coctionem morbi; & in illud, deinde quod cocturam eius à Natura inchoactam complectitur. In priori illo, quæ moueant, non admouent. In altero verò motionibus incumbunt ſedulò, & aſſiduis expurgationibus. Hæc, vniuerſa quidem de Theriaca, & cæteris comparibus controuerſia. Vinum pellit, diſgregat, excutit, digerit: quare concluſum per te, & per communia medicorum, priore eo tempore illicitum: poſteriore tantùm, ſalutare.

Per me res habet ſe aliter: Nam quæ concludit in Generoſis includuntur vinis, meracioribus, ſubtiliſſimis. Reſtant ergo vlteriora indaganda, & potiora. Melior certè, & latior via, hæc. Materia iſt hæc morbifica, frigida creditur, & ſicca humectanda ergo ſemper, & leui calore ad præparationem fouenda: id verò non abſurdum, in principijs conandum: vbi enim à Natura ſiue per Artem medicam acceperit diſpoſitiones ad exitum ex ventre, tunc & digeri, & diſſolui, & exturbari prudens cōſultum. Ortæ hinc duplices intentiones, ex eadem materia oriundæ: altera humectandi, & calefaciendi in principijs: altera poſtmodum digerendi & diſſipandi inter ſigna cocturę. Quis neſcius modò, non humectare Imbecillum, & ſub mediocre non leuiter calefacere? Hæc itaq; in principijs admouenda. Quis iterum neſcius Generoſa ſubtilia non diſſipare Calore ſuo, non aperire, non digerere & deuorare? Hæc ergo alia Apparentibus ſignis coctionis præſcribenda. Addas ijs, incidendum hic, vbi Craſſa ſemper materia: quamobrem ſub mediocria illa attenuātia, vbiq; tempeſtiua.

Cætera modò ſecurius ſtabilita. Ad recreandam Naturam, quæ cogitur inuigilare in longam harum materierum cocturā,

calor

calor pernecessarius, mollis, suauis: hoc enim solo elaborata semper coctio: qui calor inani forsan consilio, speratus in Corpore, quem feriunt continuè tormina febrilis iniuriæ: sed meliori cum prudentia consectatus in externis concurrentibus ad opem afflicti caloris nostri; quod laudauerat semper Consilium Hippocrat. 4. illo Acut. & per Vnctiones & Balnea parauerat. Externa modò hæc per Ariſtot. meth. 4. & per Auer. fidiſſimum commentatorem, Alimenta ſunt, ſuo & ipſa coadiuuantia calore. Quamobrem ſubmediocre Vinum, leni fouens calore, tanquàm miniſtrum Coctiuæ huius, & cooperatorem cum Natura, ſemper vtique & in Principijs ipſis, ſalutis noſtræ Conſultorem.

Suadet Galenus 2. ad Glauc. vt conſueta ad exercitia ſe ſe transferant huiuſmodi Febricitantes, quandiù ceſſant à Febris inſultibus. Ad talia autem, quo quæſo cum commodo, Vino vacui?

Commendatus in huius cura vomitus, cuius ob impetum patitur plurimùm Ventriculus. Vnde ergo præſidium ſtomaci, ſi vina deſpexeris?

Victus inſtitutio paratur hic per Galenum Alimentis minimè flatuoſis. Quæ ergo audent potiones congredi cum Vino in dignitate huius attributi? hoc ſiquidem ſub mediocre nec parit flatus, nec parcet flatibus.

Cæterum lienis durities per vina euitatur, & diù quod ſuſtinendum eſt, fac ſuſtineat facile Corpus, per Celſi ſcientiſſima documenta. Cui obuerſaberis ſemper dicto vina ſi negaueris. Tempora verò illa vincentis Naturæ Galenus tranſigebat per medicamenta Diatrionpiperom, Diacalamintem, Caſtoreum, Sagapenum, Liquorem Cireaicum, Theriacam magnam, Mitridatum: nec ab ijs ergo diuerſa aſſumenda Alimenta, ſed conſpirantia ſemper; quorum anteſignanum, anteuolat Vinum Generoſum, traijciens: idem & medicamentum, & Alimentum præſtantiſſimum: idem Febri & Naturæ præſidem: idem Cauſæ magis prouidum (ſi ea prior attendenda per Ariſtot. quoque in Problem. quàm Febris) nec Febri propterea vnquàm infeſtum. Tantùm poſtremò potuit meritis vinum in Quartana, vt dæmon Ariſtotelis primo Problem. 58. nihil vt medicamentum cenſuerit in Quartana commodiùs Generoſo, & Meraci Vino.

Eo ergo ſidebimus nos magis quam Apollini, Authoritatibus, & rationibus animati.

QVARTANIS CONtinuis Vinum.

CAPVT XXXI.

Continua Quartana ſi ex fece ſanguinis prodierit iubent præſcripta, vino operandum & Generoſo, vt plurimùm. Sin modò ex Aduſta excurrat bile, Aquoſum ſemper neceſſarium. Aquoſum toties repetitum bilem, emendat. Humectat ſimulatq. frigeſacit: vnde ſicco Calidoq. humori inuidebit. In Ventriculo, minimè omnium noxium, nec enim Calorem inducere aptum, nec flatuoſitatem, nec Natationem. Venis non incommodum innocens flatuum: Caloris emortuum: vrinarum prouidum, in quas reſolui conſueſcit bilis, quod Gal. docuit ad Glauc. Veræ humectationis authorem, hoc eſt illius, quæ ſanguinem ipſum non ſola qualitate in meliorem mutet, ſed ſubſtantia ipſa, humectationem reddat; vnde ſiccitas retundatur bilis infenſior ſua eiuſdem Caliditate, & profligatur denique atque diſſoluatur fex illa vnde mala continuæ Quartanæ eruperunt.

ERRONEA MALIGNÆ Febris Noſtratum Vulgaris opinio quęque tamen illa ſit, Vini Potu tractanda.

CAPVT XXXII.

Proemio hic opus eſt, benignè lector, quo duorum labori inuigilem mei primùm, te commouendi ad res arduas in medi-

medicina: tui demùm attendendi mihi ad ſanitatem. Terrificum ſcilicet hoc die, & frequentiſſimum in Veneta Regione malignæ Febris Nomen: ſupremum id titulorum Febrium, ſed domeſticum, commune, ac populare cunctis infirmis; in quaſq. propè Febres diſperſum. Quod tamen parciſſimè à noſtris principibus præceptoribus Hippocrat. & Galeno pronunciatum, nobis qui participes ſumus conſiliorum ſuorum, debet eſſe perſpectum, & ſine fuco aut fallacia denudatum. Si enim aliàs vnquam à Nomine cæpit claritatem doctrina, & ea ſalutis ac vitæ, ea quas patiatur miſeras nunc miſerias apud noſtrates per vocabulum maligni, innoteſcit; & quas per hæc noſtra, ſit reuiſura ſerenitates, in ſanitatis ac medicinæ ſolatia per eiuſdem maligni nomē elucebit. Si ergo applaudis decori medico, quod vera, & vtilia ſaluti humanæ affectat concedas nunc, licet purgatas amicaſque aures. Hoc ſiquidem in rerum nexu audies, quàm fabuloſa conceperit hodierna medicandi praxis; quę malignam febrem recepit domeſticum propè nomen omnium Febrium; ac curandi rationem introduxit amethodam à morbi natura diuerſiſſimamque ab Hippocratis & Galeni venerabili ſemper ſcola. Indè poſtmodum quid prudenter ſentiēdum, tàm de Naturâ eiuſdem, quàm de Curatiua eius ratione per Patres medicinæ hic, quò clariùs fieri poterit, erudieris. Non datur autem Vini latices cum iucunditate deguſtare, niſi per morbi cuiuſque inteſtina pererraueris. Quare nec ſecurus in Maligna contrectaueris Pateras, qui priùs Febris Arcana aſſiduus non perluſtraueris.

Nulla proponitur Febris ex Acutis, dummodò difficilis, & violenta, quam non appellet malignam, conſenſus iſtorum, qui medicinam faciunt in Veneta Regione; alienigenas enim medicos, tanquàm is qui medicinam aliò non exercuerim, non hic compello. Coacti verò ij renunciare effectricem Cauſam malignæ, ab ſimplici Putredine abſcedentes, in excellentiam eius ſubleuantur: naſci, referentes, non à communi eo fonte Putredinis, à quo ceteræ ſcatent communes febres; ſed ab excellenti altero ac ſublimiori, à quò ſolum proteruiores, & maleficis mortiferiſque moribus præditas emanare conſueuere. Nec aliter ſanè Galenus in lib. de Criſibus, à Simpthomatum grege non vulgari, ſed eo feroci ac indomito, morem febrium excepit,

pit,

pit, eumque malignum ſuis vocibus expoſuit. Idem profuſius Hippocrat. 3. potiſſimùm Epid. Sacrum Ignem, Simpthoma ſacrum, introducens, malignum dicit; & eam ob Cauſam dicit malignum quod multos interemerit. In Nomine & ſono vocis huiuſque prouecti noſtrates, non multum ij quidem à Præceptoribus diſcordes; cum quibus vnanimes, mortifera Simpthomata, & malefica ſuſcepère dignos, veluti authores, qui nomina Febribus ſuis imponerent, maligni: at vero in Cauſam effectricem concitati, quàm inconcinna Principibus noſtris ſenioribus intonent, quàm vana auſpicandæ ſaluti, demonſtrabunt inferiora. Ea ſiquidem Putredinis aſſignatæ ſententia (vt properem ad Curandi rationem) cogit repentè illos, qui deflectentes à Regia via medendi, per Chirurgica Diætam, & conſueta Pharmaca, nouam ingrediantur nebuloſam, anguſtã, aſperam, per medicamenta occultis qualitatibus agentia, & ſpecifica tãtùm forma, in ſpeciem, vt dicunt, Putredinis eius directa, aquã ex Scorzoneria, Bezoar, lapidẽ ericij, Bolos Diacinthinos, Margheritas, Aurum, Confectionem Alchermes, Cornu Cerui vſtũ, Corallos, Acidum Citri, Aquã ex Acetoſa, Quinque folium, & per alia perplura, non patenti vt cætera, ſed inenarrabili quadam facultate donata, & propterea eximiæ illius Putredinis correctiua, quę nec ipſa ſub rationem cadit, nec euidens apta eſt inhumanæ facundiæ diſcurſum introduci. Inualuit porrò in tantùm rumor iſtorum medicamentorum, vt quarumcumque Febrium initio, qui Beazattica non inſtituerint, ad præcauendas, vt dicunt malignas, ſiue, ad emendandas, corrigatur ſeriò ab Artis magnatibus, & incuria ignorantiaq. caſtigetur. Quaſi opus ſit vniuerſas per illos degenerare Febres in malignas, vel cunctas nouis iſtis Chironibus curandas: in deriſionem Hippocraticæ, & cuiuſque melioris ſectæ Virorum, quæ inde documenta medendi tranſportauerit. Conſcendère hinc ad eum precium Bezoartica, vt apud Pharmacopolas, auro ipſo precioſiora venditentur, & apud Diuites, præcioſiora gemmis occludantur. Mirandum ædepol medicinæ inſolitum facinus, diuino ſeni nouum, Galeno ſagaciſſimo inuiſum?

Hæc ea ſunt, quęcumque de Nomine malignæ, de Cauſa eius effectrice, & de Curatione circumferunt noſtrates: quæ quantã habeant ſtabilitatem per hæc conijcito. Et quod primùm ſpectat ad

ctat ad Nomen. Malignam febrem nullus eſt Priſcis ex medicis, & illuſtrioribus, qui cognouerit: nullus ex Claris illis authoribus medicæ gloriæ Hippocrate, Galeno, Celſo, Paulo, Aëtio, Auicenna, Bezoarre, Raſi, Auerroe, Tralliano, qui viderit, ſenſerit eam, aut tractauerit. Quæ tamen ſi aliquid ſtabiliret poſitiui, à cæteris febribus diſtincti, neceſſario ſuis illis quoque temporibus flagraſſet, & ſcriptis commendata ſubſultaſſet. Nec erupit poſt illa, nouus quidã ritus morbi, cum Antiquiſſimum Quid extet Putredo, Caloris extranei, & humiditatis copioſæ ſoboles. Morbus verò Antiquiſſimus à ſeuerioribus medicis cur prætermiſſus? ſæuiſſimam, exitioſiſſimam, & quod primùm eſt frequentiſſimam febrem (ſi frequentiſſimo concedis nomini) quam quæſo ob Cauſam prætererierunt accuratiſſimi Patres Artis, ſi in Ephemeris, ſi in Ecticis rarioribus, quàm longiſſimè ſcriptis commorati ſunt? ſed inquies. maligni nomen ſparſim ſaltem diſſeminatum, nec in frequens, in Hippocratis & Galeni monumentis; id certè verum. At quo ingenio debeat accomodari febribus, de quibus ſeparatim, & ex profeſſo nunquàm egerunt, tunc ſecurè comprehendes, quando recentiores noſtros denuò conſultos interrogaueris quid de germana vocabuli eius ſignificatione perſentiſcant. Sentiunt quidem (& id ſecundum erit illud propoſitum Cauſam efficientem complectens) formam malignæ Febris vnam & eandem prorſus cum cæteris, calorem nempè morboſum. Efficientem quoque proximam Cauſam eandem, profitentur, Putredinem ſcilicet. Verum voluunt ſe ſe modis circa hanc Putredinem inſuetis, volunt quippe duplicem dari ſpeciem huius Putredinis, duplicemque innaſci in humano Corpore. Alteram vulgarem placidam. Alteram excellentem, venenatam, exitioſam; quam ſuis vocabulis muſſitant malignam. Illam quidem ſubeſſe in Febribus ſtatuunt communioribus. Hanc verò Alteram in Febribus collocant malignis: à qua quidem & nomen ducunt, & formam curandi, à cęteris diuerſiſſimam. Excellentem rurſus Putredinem gradu malitiæ aiunt ſuperare reliquas vulgares: ex quo nacta Putredo rabiem ſæuiorem, non benignos amplius, nec conſuetos edat effectus, ſed pernicioſos, inuictos, malignos; Primum Putredinis genus admittere volunt Coctionem: at ſecundum intractabile reddi, indomitum adſtruunt. Nec poſſe alio manſuefieri

ſuefieri

ſueheri flagro contendunt, niſi Bezoarticis. Excedit ſiquidem vim domeſticam per ipſos malignum; quare vim peregrinam perquiſitam, inuentam aiunt in Bezoarticis: quæ cæca non minus facultate agunt, quàm cæco ferit vulnere malignitatis haſta. Hęc illi. Qui ſani ne ſint ſententia, hac ex ſtatera ponderandum. Quod dentur gradus Putredinis diſtincti à ſe formaliter, pugnare hoc cum veris rationibus certum eſt. Forma enim non admittit Intentionis, aut remiſſionis Paſſionem. eſt autem Forma quædam humoris ſubſtantialis, Putredo: quippe quæ conſtituat humorem in putrefacto eſſe. Quamobrem non valet Putredo hanc recipere eſſentialem diuiſionem Vulgaris, & Maligni. Oppones tamen, Coctio ſicuti quædam eſt Alteratio, ita Putrefactio oppoſita Coctioni alterationis nomen ſubibit magis atq; minus paſſuram. Hæc quidem vera: ſed hæc eadem poſitionem ſuam nihil iuuant, ſententiamq; meam non lædunt. Nam vera hæc dùm putredo non fuerit completa, quēadmodum enim Albedo non eſt Dealbatio: ita & Albedo non eſt Alteratio. Modò quæ facit febrem per illos putredo humor eſt putrefactus non ille qui quidem ad putredinem alteratur. Neque enim obſident in facto eſſe calore morboſo corda, vt in febribus euenit, omnibus poſſibile eſt putredinem in fieri, ſed in facto eſſe vigere: Aut ſi illa quidem viget in via, neceſſe eſt mecum, vt aliam ſtabilias Naturam huius putreſcentiæ à vera illa Ariſtotelica, quam ego meam appellatus ſum magnam materierum Confuſionem. Nec poſſibile humores ſemel alienum concepiſſe calorem, quem concepiſſe dicunt in febribus humoralibus, niſi factam putredinem fateamur. Huius itaque iam factæ, quæ poteſt dari gradata diuiſio, ſi perfectio renuit maioris, ac minoris diſtinctionem? Hippocrat. hanc ob Cauſam cupidus Claritatis, & euidentiæ euitauit ineptam vocabuli diuiſionem, vel nunquàm putredinem accuſauit cauſam f. briū, vel in lib. epid. eam peſtilentium, quæ per recentiores iſtos maligniſſima æſtimari deberet, ſi maligna aliud eſt genus à peſtilente, putredinem dixit. Carbunculos enim Aphtas & ſimiles huiuſmodi in peſtilentia offenſas, putredines appellauit, & correctionem (vt hoc obiter addam) illarum, nō quidem Bezoartica, ſed partis offenſæ obtruncationem ſtabiliuit. Si verò ſola vnicaq; putredo peſtilentium: quomodò excellens putredo, ea maligna-

malignarum? ſi peſtilens rarò, & in Conſtitutionibus ſolummodò annuis corruptis, Cur maligna tàm frequēs,& ſalubribus in anni tranquillitatibus? Temeraria ergo iſtorum diuiſio, quā non auſit attingere Hippocrates,& per hæc maligni nomen, abſurdum: Febremque malignam, vel nihil prorſus diuerſū(quod ad cauſam effectricem)à febribus Communibus, quæ Peſtilentibus inferiores, non queunt habere cauſam proteruiorem illis, vel idem prorſus cum peſtilentibus, quæ nomine ſemper Peſtis nunquàm verò maligni conſcribuntur à Priſco largitore bonorum medicinæ Hippocrate. Ad hæc ſi malignum duriſſimum eſt quoddam Putredinis genus, Cur Acutas, Ardentes, Semitertianas exitioſiſſimas non appellauère vnquàm malignas Hippocrat.& Galen.cæteriq; Principes Artis,ſed aut Acutas, aut pro nece,& inuaſione eorum frequentiori, peſtilentes? Cur non curauère Bezoarticis, ſed Antiquiſſima methodo medicinarum familiarium ſanguinis emiſſione Diæta Pharmacia? Nuſquàm ergo locum perquiſitum inter aperta rationum inuenimus excellentis huius putredinis. Nuſquàm ſedem eius viſitauimus inter templa authoritatum. Quod ſi putredines eæ iure dictæ quæcumque peſtes obſeſſant, vis modò malignam, eſſe peiorē peſte? vis malum communicatum ab vniuerſo, per Aeris calamitates,& minus horribile, quàm quod priuata cuiuſq; parturit Dięta? Vel itaq; malignum ſi aliquid eſt, inferiùs quid peſte exiſtimandum: vel ſuperius aliquod ſceleſtius peſte. Id vltimum nefas aſſerere: ergo primum concludendum. Dùm verò in primo te claudis propoſito, abſonum illicò Excellentiam putredinis incuſare, qui in peſte, ſolam & legitimam accuſas cum Hippocrate putredinem. Sed denuò inſtabis, malignum illud in febribus, quod cognouerunt noſtrates, Galenus admittit ſæpiùs, nec prǣterijt Hippocrat. Id propterea ſi aliquid conſtituit differens eſſentia à cæteris modis,& moribus benignioribus nō ſine cauſa, nec immeritò in vſum vocatum à recētioribus: quapropter inquies, ni velis tu per excellentiam putredinis definiri, coactus tamen per alia determinare, quod ſibi velit tu ſine læſione maieſtatis Hippocraticæ immo cum ſententia Hippocraticæ & Galenicæ ſcolæ promptior demonſtra. Ego quidem id libenter mihi arrogo munus, meis certus officijs, ſublatum infidum vulgi de malignis febribus rumorem, priſcamque veri

voca-

vocabuli notabilitatem in monumentis ſeruatam atq; cultam Hippocratis ſine garrulitate aut machinis vindicatam. Maligni vox facillimè arrepta à noſtris, reſonans paſſim per ora vulgi parciſſimè ab Hippocrate, & Galeno, quorum genium venerantur gratioſiores, in vſum vocata eſt. Hippocrates effudit eam rarò, & lib. epid. & in Porret. Galenus ſuum imitatus præceptorem, eodem cum gradu eloquentiæ procedens, non ſine maturitate eam vſurpauit, & in lib. epid. & in meth. & in Prog. & in illis de Criſibus, reliqui poſt iſtos præclariores, tùm Græci, cùm Arabes, & Latini ſeniores, non ſine delectu hanc eãdem cumulauere inter reliquas. Nam duobus ij adſummum temporibus, vocem maligni enunciauère. Primo, quandò Morbum difficiliùs curam admittentem, voluère expreſſum. Altero, quandò Calamitoſum, Lęthalem, Exitioſum, & Peſtilentem. Delirium, Coma, Phrenitim, Hippochundriorum flammam in Acutis Diſſenterias aduſtæ bilis, & ſimilia, quum leges in Prog. dixère maligna ſæpiùs ſimpthomata; quibus in accidentibus commentatus vocem Galenus, reddidit pro maligna, Difficilẽ. Semitertianas pariter, malignas, hac freti expoſitione, connotarunt; quia ſcilicet, in nulla penè requie, videntur Curationem refutare: & quam admittunt, abſorbere inutilem. Carbunculos verò, Aphtas, Vocum inanitiones Carnium oſſiumque decidentias, & cætera illa, quæ memorat Hippocr. 3. epid. maligna & ea protulit, non tamen ob difficultatem quam ſibi cõiungunt Curæ, ſed ob earundẽ exitioſam indolem, ob Calamitatem quã perpetuo miſeris afferunt, ægrotantibus, ob læthalem prorſus, & immedicabilem conditionem. Neutro modò in horum, inuenies tu vnquàm venenatæ materiæ ſiue excellentis tuæ putredinis ſedem. Repetas ſiquidem malignam primi generis, & repẽdas cum grauiſſimis ſcriptoribus, vnde difficultas oriatur; inuenies proculdubio, aut multitudinem materiæ, aut loci altitudinẽ, aut humoris excrementitij rigiditatem (vt potè inter Biles Æruginoſam, Porraceã, inter Pituitas Vitream Gipſeam) aut ſummã alicuius, vel multorum intemperiem, cauſas difficultatis ſubſtrepere.

Hoc fermè in ſenſu ſemper locutus Hippocr. ſed eo potiſſimũ tempore, in quo Claritatis officia magis vrgebant: vbi enim in epid. notas numerat quo morbos dignoſcamus facilitatis ac diffi-

difficultatis, morbi fieri nos certiores ſcribit ex offerente: & Galenus in comm. vocis eius Difficultatis reddens interpretationem, ſubiecit. *Si enim Clarus ſit (nempè medicus qui curæ adſtabat) parum de Curatione ſperamus: nam morbum conſtat Cachoete eſſe, vbi cum rectè omnia adminiſtrantur, nihilo fiat mitior.* Et Paulus Ægineta lib. 3. cap. 6. in Phreneticos ait. *Febre per totum morbi decurſum Acuta conficiuntur, ſed quæ in Alto, maligna diletefcat.* Chironis ſiue, & Thelepi celebrata memoria, quo in Cachoete præcellebant cura. Galenus denuò per cuncta ſua ſcripta ſemper euidens Cachoete morbi cauſam referri in aliqua ex quatuor illis, quæ iàm memorauimus, nunquàm nec vſpiàm in putredinis excellentiam. Repetas nunc, & ſecundi generis malignam, & corrimeris cauſam exitij, nec enim obuiabunt tibi vnquam in Hippocrate alia præter quàm voces ſimplices putredinis. Quæcunque obueniunt in peſte putredines tertio illo epid. appellat, Carbunculoſq; ipſos, putredines dicit. Obijcies tamen ſcio portiunculam Galeni 9. in 3. epid. vbi de ſacro igne, ea locutus eſt, quæ ſimplicem putredinem à maligna, ſiue vt inquit ipſe *Praua, lucidè admodùm diſtinguunt. ſacrum ſiquidem ignem euenire poſſe docet dupliciter, vel inquàm à fluxione pallidæ Bilis, nullum damnum ob id afferente, quod naturaliter in nobis gignatur, & fluxio ipſa ſit ſua indole mitis, vel ab eadem quidem Bilis fluxione, ſed acri ea praua & maligna.* En dari per Galenum Excellentiam hanc putredinis Exitioſarum, & Peſtilentium parentem: quæ quidem ſecunda ſpecies Putredinis propria, quanquàm Peſtilentium, poteſt tamen copulari & malignis ſine Peſte, quia generatur in nobis ſi credimus commentario eiuſdem Galeni per victum incongruum, & intemperatum. Sed tu ne erres in expoſitione Galeni caueas. Verum ſane affirmas, qui dicis fieri mentionem duarum ſpecierum Putredinis apud Galenum loco citato; ſed quod addis; & excellentem dici ſecundam, & hanc eandem, ob ſolum victum intemperatum, poſſe concipi intrà nos, hæc nugas fabulantur. Binaſque illas tollunt ſpecies Peſtilentium febrium, à ſcriptoribus celebratas, alteram quam dicunt cum Peſte peſtilentem, alteram ſine Peſte peſtilentem. Nàm probatum iam ſupra vocem Putredinis in conſuetis morbis, nihil aliud nobis intimiùs perſcrutantibus repreſentare, quàm Confuſionem materiæ: ea autem illa affirmanda

conſtat,

conſtat, quæ primo ſub genere collocatur: & quò fiat euidentior veritas, conſidera quæ ſcribantur eo loci à Galeno. *Sacrum* inquit, *didiciſti à biliosa fluxione oriri ignem, &c. Planè enim contrà vbi mitis ſit fluxio Bilem pallidam obtinens, quæ in nobis naturaliter gignitur, ſolet quidem ſacrum Ignem facere*. Quæ luminioſior euidentia, hanc non eſſe veram Putredinem, nec Peſtem, ſed materiæ oblocum, & Copiam Confuſionem, cum fateatur ipſe gigni in nobis naturaliter? Hancque eandem profiteatur alibi recipere à calore inſito Coctionem? Quæ modò ſecundi generis recenſetur Putredo, non ea quidem excellens, nec venenata, ſed Putredo ſimpliciter, Putredo legitima. *At non erat*, inquit, *nunc talis, qui ſacrum Ignem excitauit humor, ſed malignus qui eroderet, putrefaceretque ab exuperante humida, ventorum tranquillitate generatus, illis potiſſimùm mortalibus, quibus cum ſua ipſi ſpontè alijs eſſent bilioſiores, et iam victus Bilioſum magis eius ſuccum congeſſiſſet. Siquidem morborum proficiſcuntur differentia ab Aeris circumflui temperamento, propter naturam cuiuſque & victum, quem ſanus ſeruat*. Bilioſus hic deſcribitur humor, & putridus. Putridus inquam, at verò ob circumfluum Aerem humidiſſimum, nimiaque humiditate corruptum, laxum, incontinentem, ſuo calore non contentum, quæ veræ Putredinis ſunt notæ, & legitimæ eius, quam definit Ariſtot. 4. meth. per Natiui Caloris necem ab ambiente factam & eius, quæ in Peſtilenti ſolum aeris conſtitutione comparatur. Quod verò addebas poſſe hanc Putredinem ſine Peſte graſſari in humanis Corporibus hac fractus textura verborum Galeni id quoque falſum; nam victus quidem forma incontinens, ſubiecta ſternitur materia putrefactionis huius, qui quidem & ſalubribus intempeſtatibus excolitur: at non ſufficit vita huiuſmodi incontinens ad generationem huius putredinis ſi credis Galeno & Ariſtotel. auſcultas, ſed præter eam imprimens formam neceſſarius ambiens inæqualis, & nimia humiditate ferus, qui propterea Cauſa recitatur princeps ab Hippocrate conſtitutionum Peſtilentium; & Galenus in præhabito commentario ob id dicebat. *At non erat nunc talis qui ſacrum Ignem excitauit humor, ſed malignus qui eroderet putrefaceretque ab exuperante ventorum tranquillitate generatus*. Vlterior ergo non affectanda Excellentia Putredinis in malignis, quum ſola fæteat in Peſtilentibus putredo. Nec niſi fabuloſum

decantat

Digitized by Google

decantat fama ea paſſim vagantium malignarum, ſine Peſte; cum ille veriùs dici queant per priorem vocabuli ſignificationem Difficiles Febres, quàm exitioſæ; hic quod claudantur ſolæ Peſtilentes, illic verò & ſemitertianæ, & prauis ſimptomatis comitate. Galenus quoque de diff. febr. 2. Illa verè dici poteſt putredo in Corporibus, quæ nulla Arte Naturæ recipere nata eſt Coctionem; id quidem quod Auer. pariter profitebatur: naſcique id malum docebant, quod materia vel ipſa incpta eſſet huic caractheri admittendo, vel Natura in materiam illam debellandam foret inualida. Quæ autem materia ſuperabatur in Pus, ea quoque Putredo, veruntamen impropria vt addebat Auer. tanquàm ea, quæ exlex Putredinis legitimæ cõditionum, aliquam introduceret in ſe Cocturam. Eius ergo prioris iterum generis Febres, Peſtes quidem: huius verò alterius epidemici morbi, communes & conſueti. In quibus putredinis generibus, cum excellens non commoretur, neque maligna hæc ſtrepens hodie habet locum. Niſi conquieſcas tandem & adducaris in opinionem, malignam hanc dici de Difficili & Cacoethe. Id quidem approbo & ipſe. Sed quod per hanc vocis intelligentiam emerget noui, in damnum Artis & ſalutis, Forma nunc extat medicationis. In cuius examen priuſquàm perducar, ſuccurrunt alia nonnulla malignæ iſtius ſpinoſa, reſecanda. Quicumque malignam graſſari frequenter, & in priuatis hominibus, nullam læſionem inferente, ſuſtinent circunfluo ambiente à Peticulis id inchoant propoſitum; quas vel eſſe partus veneficæ putredinis adſtruunt, vel non ſine Peſte aduenire cũ votis Hippocratis ſeriò confirmant. Has verò tàm fecere communes, vt nullum viſitent ex febricitantibus, quem non explorent primo ſtatim die accuratiſſimi in dorſo, & nullo quanquàm effloreſcente taberculo aut macula inficiente, non imbuat delira hac opinione ſe repletum Peticulis, Peticulis ſe non infectum. Factum hinc, vt prima vox Plebis, deplorare amicum apud medicos oppreſſum Peticulis, & implorare opem contrà Peticulas. Feminæ propter hæc ipſę, officia medicorum præcurrentes Ventoſas iniungunt, qualibet Febre ingruente, & medici quique cum Plebe collabantes, in Bezoartica repentè effunduntur: arbitrati diuinum opus in ſomnia collaboraſſe, quandò in occultas prouiſiones, & in rerum nomina atque vmbras cæteris poſt-

Digitized by Google

habitis confugerint. Omnis hinc Ars Ventoſis hoc die & Bezoarticis concluſa: ſapientiorque ille apud Plebem, qui & tumida maligna ſonantiùs reboauerit, & abdita Cordialium, obſcurior propalauerit. Ego ad quoſque vocatus Ægros interrogatus ſum primo ingreſſu de Peticulis, qui tractus violentia adſtãtium in expiandis humeris totus me compoſui, renuncianſque nihil, me cernere puſtularum (hæ ſiquidem puſtulæ, non maculæ denunciant Pomphongides illas quas applicat 4. Epid. Febres Hippocrat. non maculas) malas paſſus ſum iniurias, aliquandò inartificioſi, aliquandò cæcutientis; niſi que ſubitò inſaniæ adſtantium Cordialibus oblatis occurriſſem, actum foret de Arte, & nomine medentis. Sed iàm finis rumoris inemendabilis. Adſint nec ne ſine Peſte huiuſmodi maculæ non controuerſor, & floreant nec ne cogentibus adſtantibus id affirmare, cum ab ægros vocamur, nõ recuſo: ſed quod Peticularum ſtemmata cogant te de maligna proloqui, & de excellenti tua putredine, id ſolemne illud, quod me pungit ob læſam medicinæ maieſtatem. Vel ſi quidem in Peſtilenti conſtitutione graſſantur Simptomata hæc, & putredinem humorum denunciant, vel læſæ naturæ ſobolem, vel vitioſitatis ipſorum humorum germen, vel in conſtitutione non Peſtifera diuulgantur, & tunc impoſſibile putredinem legitimam annunciare, quoniam deficit imprimens formam, hoc eſt Ambiens. Si itaque tranquilla in tempeſtate effloreſcerent, dicas Ichoras illas, non coarguere malignitatem, ſed Difficultatem curæ; corrigendamque eam, ac euincendam, non quidem per Cordialia ſola, quibus te ſolis proſtituis, aut per Ventoſas, quibus vota potiora dediſti, ſed per generoſa remedia, qualia prædicauit Hippocrat. ſuſcepitque ſancta ſeniorum conſeſſus ſanguinis emiſſionem per venę ſectionem & purgationem. Clarum ſiquidem ac euidens, ſingularia hæc fuiſſe artificia heroum artis noſtrorum in curandis ipſis quoque Peſtilentibus, cæteris omnibus cordialium neglectis, & fortaſſe etiam Bezoarticorum Galenus 11. meth. putredinem factam docuit curandam ſiue per Deiectiones, ſiue per Vrinam, ſiue per Vomitum, ſiue per Sudorem: ſola nempe Purgatione, Eam verò in fieri, ſolis addidit vinci Inciſionibus craſſorum, attenuantibus, deobſtruentibus, & aperientibus. Alias ignorauit artes liberandæ putredinis. In ipſis etiam Peſtilentibus febribus,

bus,

bus; confeſſus eſt aliam non dari artem vincendæ putredinis præter iam explicatam. Sui ſiquidem æui Peſtilentiam Romæ graſſatam vt 4. meth. memorat, profeſſus eſt alijs non deuictam machinamentis apud illos qui ſanitati fuere reſtituti, niſi quia præexſiccatum (vt ſuis vtar verbis) ijs præpurgatumque totum corpus fuerit. Quippe ſubdit, cum & vomuerint ex ijs nonnulli, & omnibus venter profluxerit. Hippocrates ſuis in ægrotis Epid. & in illis de Victu in acutis nunquam alia præter ſanguinis emiſſionem, & Purgationem. Eadem Græci omnes, & Arabes Medici ſunt complexi ſuis in curandi artificijs.

Vt videant qui Bollulis ludunt, quam vana operentur ad debellandam putredinem, quamque aſſimiles reddantur Teſſalis, & Eraſiſtratæis quibus id erat curæ vt ſcribit Galenus 5. meth. vt multa quidem præſcriberent ægrotantibus, ea tamen Parua: reliquerant autem & Sanguinis extractionem, & Purgationem: Multa verò illa; & Parua id producere effectus dicebat Galen. quod longum ipſis ægrotantibus compararent interitum.

Sed vt ad rem redeam Acuitas in maligna hac febre, & Peſtilenti conſpicitur. Quæ per Hippocrat. libr. de Arte, in materiæ multitudine, & repletione locorum anguſtorum Corporis conſtituitur; quæ bina qua cum Arte aut facultate emendabit Bezoarticum? Si vnica per fortem purgationem neque tolli queant? Bezoarticum ſiquidem debet in Cor ſubrepi dummodò prodeſſe velit: at quomodò viam illam dimetietur, ſi omnes repletæ, & obſeratæ reſiſtunt? Et quæ Bezoartica in aliquo Viſcerum debent deponere virtutem ſuam, quam introducent, ſi immunditiеs viſcerum repellat adueniens remedium? quæ meliùs multò quàm medici commentatur in ſuo de Vita longa Marſilius Ficinus. At modò altera ex parte ſi in infida circunfluі turbulentia excreuerint læthalem, tunc verè Ideam Febris complectaris, & ingenuus medicus vel deſpera medicinæ confugia, vel eò te vertas, vnde Calamitas proceſſit: nempè vel in oppugnandum Aerem, vel in vitiatos humores corrigendos, vel in Naturam reficiendam Doctrina ſiquidem acclamat Galen. in illis de diff. Feb. ſcatere inuictas has putredines, vel à vitioſo & incorrigibili humore, vel à Natura nimium debilitata, vel ab vtrumque ſimul. Et hinc conſpicua prodit ratio, & Cordialium, & ſuſpectæ ſectionis venæ. Quod enim diſputant

Z 2 de ſe-

Digitized by Google

de ſectione venę in Peticulis hac ſuſtinetur anima, quod debeat abhorreri prorsùs, vbi illæ denunciauerint ſubeſſe Peſtilentem morbum, quo tempore Natura ſuis ſuccumbit oppreſſa conatibus: verùm vbi illæ ſine Peſte apparuerint cum fractam, & naufragatam Naturam non ſubindicent ſed potius potentem ſui, & expellentem iniurias; tunc de ſectione minor rixa. Cordialium pariter vſus, ibi acceptus vbi Putredo, hoc eſt in Peſte: at vbi Confuſio, expectare leuamen ab vnico eo quod ſuccurrit viribus, ridiculum, ſiue & exſiccare bollulo, aut Bezoartico obſtare, magis vltrà ridendum; cum vaſta humorum ingluuies, tàm leuem bollulorum cimbulam abſorbeat. Sed de hoc infrà. Regredi nunc neceſſarium vndè diſtraxère abuſus quorundam medicorum; & Plebis deliramenta. Et in negotio tàm arduo, vbi & medicinæ nigricatur dignitas, & humana fluctuat ſanitas nè graueris quæſo protractam ſequi lecturam huius eiuſdem propoſiti (quod interpoſueramus ob peticularum inſertum) & in finem vſque quanquàm aliquantiſper diſtantem, attendere fabuloſitati huius rumoris malignarum & fictioni excellentis putredinis noſtratium quorundam. Patuit ſiquidem per ſuperiora maligni nomen, aliquandò ſignificare Difficilem, aliquando Calamitoſum, & mortiferum. Si verò difficilem interpreteris, non habere hic locum, malignitatem tuam, traditum; quia excellens nulla furit Putredo, vbi ſola ferit morbi difficultas. At ſi Calamitoſum ſiue exitioſum exponas, neque hic ſtare malignitatem demonſtratum, quia Peſtilentes hæ, & vnica putredine Fædæ. In quo autem alterutro reponas maligni tui ſententiam, ſemper nugaris, quia inibi vanum loqui de excellentia putredinis, & inde de Bezoarticis cogitare; hic verò inſanum dare priuato cuidam, quod communitati competit, & per ea quæ non adſunt tueri impotentiam Artis quum per ea quæ ſunt ſtrenuè protegatur. Id recenter quod affecto, patefacere eſt per Galeni Hippocratiſque collecta paſſim documenta, excellentiam putredinis commentum eſſe quoddam, malignam propterea Febrem, hoc ſumptam in ſenſu, vanum eſſe gentium rumorem: explicandumque per Vehemẽtem, Validam: & ſimilia ipſi potiſſimum Auerzoani familiariſſima; & curãdam quoque Antiqua cum methodo, atque conſuetis tutioribuſque cum Inſtrumentis Venæ ſectione, & Pharmacis purgantibus.

Eſſe

Eſſe ſiquidem neque hanc peſtilentium neque illam Vulgarium Venenatam docuit apertiſſimè in Epid. Hippocrat. qui Vulgarium mentionem faciens, ſemper Confuſionem ponit ſub oculos quandoquidem ad Pus redigi illam poſſe recenſet. At quandò Peſtilentium memorat damna, inquit. *Erat autem illa fluxio, non aſſimilis Puri, ſed alia quædam Putredo.* Signa verò quod harum legitima dici debeat putredo, illarum verò illegitima, & ſola Confuſio, hæc habeas. In vulgaribus Febribus ſigna ſpectamus Coctionis decretoriaque & decernentia attendimus, vt fateamur vincentis Naturæ, & componentis ſigna: id enim veræ putredini denegatur. Sed in peſtilentibus nullus datur rerum ordo; nec dies hinc numerantur per ipſum Hippocrat. nec Criſes expectamus. In vulgaribus conſueta medendi formula per ſanguinis emiſſionem, Pharmaca, & Diætam. In Peſtilentibus autem electa Temeritas, vt placuit Celſo, ſiue ſupraordinaria ingenioſitas per Cordis cõſeruationem Victu ſaluberrimo Theriaca, & Terra Lemnia, & per materiæ illius extractionem Ferro habita, partaque Pharmaco. In Neutro itaque horum Venenum; & nec illa maligna, in qua quidem, vice Bezoarticorum ſupplantarunt Chirurgica, & Purgantia: nec iſta cuius temeritas non cogitur Auro, aut bollulo Diacintino, ſed manifeſta qualitate agentibus Pharmacis, & ſiccantibus, atque exturbantibus Deoque ipſo authore reparatur, ad quod confugiendum voluit Celſus, & ſignificarunt ea Senis, Diuinum aliquid in Peſte ſubeſſe aſſerens. Quod denuò Cachoete nihil ponat venenoſitatis, ſed omne ſtet in difficili explanat Hippocrat. in illis 3. epid. quæcumque alatæ Naturæ coſtarum. Quem locum commentatus Galenus reddidit clarum per Diſtillationes Phtiſicorum: quas tunc voluit malignas, quod defluentia ſtillauerint ſubtilia, & corroſiua. Tales enim, addit, materiæ, ob id malignæ ſuſpicandæ, quoniam nec maturari poſſunt, nec ſine vulnere reiectari. Maturari quidem nequeunt quia temporis egent longa diuturnitate, quo componantur: in Pulmone verò interim erodunt, & Naturam enecant. Eijci pariter neque poſſunt ob ſubtilitatem, quam Natura nequit manu tenere: Tuſſis verò interea lacerat, ſubleuanturque inde ob motum, & calorem materiæ in Caput, quibus circulatim diſtillatio reuiuiſcit. Vnde neceſſariò difficultas & Cachete exorta. Non ergo in ex-

cellentia putredinis malignitas,ſed in dura nimium difficultate repoſita.& patet hinc admittere quidem Malignam,Coctionem : at ſi conſequi eam nequeamus, id ex Corporis prouenit imbecillitate,non ex fortuna materierum. Illorum præterea dogma falſum hinc prodit, qui turgent dum materiæ in principijs euacuandas aiunt,freti & Hippocratis oraculo,& Galeni eo præcepto, quod quæ iam putrefacta ſunt euacues. Id enim eam ob Cauſam falſum, quod ſi euacuaueris materijs exeuntibus, exibit & Anima in obitum:ob dolorem ſcilicet, quem neceſſariò dum exeunt, incutiunt. Satiùs itaq. ſuam illorum acrimoniam priùs caſtigare,atq. vias præmunire; & demùm quod in Acutis animaduerti, fulcire vires. Abſurdiſſimum denique fidere iſtas Bezoarticis, quæ nec valent altrici ſubuenire deſtituta alimentationi, nec vitali ſubſidia ferre, refectionis expertia,nec materias moderari.

Malignitatem rurſus in ardua ſtare Coctura materierum, alter locus Galeni oſtentat libr. de Art. conſt. morem ibi internoſci docet à morbi primum differentia, & deinde à Simpthomatis. Morbi inquit differentiam ſtare in materia morbum inducente, quæ multiplex in Corpore, multiplices edit vnius eiuſdemque morbi diuerſitates. Pleuritij in exemplo & à ſanguinea materia ortum ducit, & à melancholica : quarum melancholica, quia deterior hinc morbus durior, moriſque peioris. A ſimpthomatis verò mos deterior, quando ſæuiora. Repetitus verò materiæ differentias & perſcrutatus in quo nam rerum modulo conſiſtat pernicioſitas, & malignitas docet id non ſpectandum quidem in gradu Putredinis, ſed in ſpecie humoris. In Pleuriſi enim,melancholicus ſua natura peſſimis præditus eſt moribus,cum erodat plurimùm,coquatur ęgre nec ſine proteruiſſimo labore lancinnãte pectora,expurgetur: tùm præterea quia index extet plurimæ Caliditatis,cuius ex aſſatione generationem habuerit. Non fuerit ob id mirum, ſi talibus ex materijs inſueta erumpant ſimpthomata, valentia reddere morbos maleficos,& obſtinatiſſimos. Quæ malignitatis proponunt vera ſimulacra, & eius quæ per Difficilem morbum exponatur, non per excellentem putredinem.

Malignum modò ſumptum pro læthali, & exitioſo veram ſit bit imaginem putredinis:& eius quæ nullis artibus reduci poſſit ad

fit ad cōctionem: & hæc conſentanea illis quæ in met. dicuntur ab Ariſtotele Putredinem, extinctionem eſſe natiui caloris: mortificantur propterea partes ab ea tactæ, quoniam humores illi iam corrupti, ſimboleitatem habentes cum ijs, qui partibus inhęreſcunt, labem communicant; vnde reciſis portionibus eſſentialibus compoſiti, ſiue particulæ componentis, tota inde corruit particula, & decidit, vt in Cancro videtur diuulſa. Cur autem, & quam ob cauſam tanta labes conciliata humori, habetur ex eodem Galeno comm. 9. in 7. epid. quia nempè longa, & profuſa ambientis humiditas, traxit humorem in fuſionem; fuſo verò illo, euanuit calor natiuus qui in ſimmetria ſtabilitur. Sed rurſus ſufficiat ne ſola circunflui humiditas, an præter eam aliud requiratur vlterioris, adhoc vt ab ambiente imprimatur in humoribus talis huiuſmodi in peſte putredo, id fuit quæſitum, quod multorum torſit ingenia. Hippocrates authot Quæſtionis, in Epidemicis protulit, Cauēdum an ſubſit aliquid Diuinum in morbis: quibus videtur præter humiditatem Aeris, & in compoſitiſſimam annuam conſtitutionem, ſubdidiſſe aliud multò grauiùs nempè Diuinitatem in putredine, atq; in Ambiente, eo quod imprimit Carac̃ther putredinis in humoribus. Quid ergo velit ſibi Diuinum iſtud, quàm ſtudioſiſſimè examinandum. Alij ſiquidem Dei ipſius flagella Diuinum illud vſurparunt. Alij concurſum ſtellarum, & Cęli maleficos aſpectus. Alij Demonum obſeſſiones, quam quidem opinionem, & Platonicorum plurimi colunt confertiſſimi. Alij temperaturam quandam Aeris ſiue tranſmutationem eiuſdem diuino ſolùm menſurandam Iudicio, quam nos per ſuperfluam humiditatem dimetimur. Et hanc quartam Diuini interpretationem, fortaſſis germanam mentis Hippocraticæ, qui lib. de ſacro morbo talem vſurpauit, & qui idem de conſtitutionibus annuis per epid. lib. locutus, in peſtilentē perductus, eam tot intempeſtatibus incongruis compoſitam, neſciuit alio vocabulo ſignificare niſi eo quod tollit cuncta in excellentiſſimum gradum, qui Diuinus ſatiùs appellatur, quā latens, Arcanus, Malignus, Ineffabilis, alio in ſumma nullo, ſi iſtud vites, ſignificandus nomine. Quem tu modò ſi excellentiam putredinis diceres, perbellè quoq; rem expromeres; & cum Celſo maturę conſentires, qui Latentes, & Abditas eas ap-

pellauit cauſas, quæ intrinſicus occultantur; nec eas tantũ quæ tecum de excellentia controuerſantur, ſed illas etiam quę in primis & ſecũdis qualitatibus, cũ Philoſophis patẽt. Quas propterea reliquit medico incõſiderabiles: quò tu erubeſcas rigidius, qui prorſus abſconditas, perſequeris meditatione, & audes verbo reuelare, exprimas tamen quolibet modo excellentię putredinis, tua cõmẽta, eã certè quæ ſolis peſtilentib. applicatur, reliquis minimè cõgruã, vt potè tuis malignis, quę Aere & ipſo nõ corrupto, paſſim nihilominùs per te vulgari poſſunt, enarras.

Vel commentum itaq; malignitas hæc Febrium: vel quæcũque maligno denominatur rumore, illæ quidem peſtilentes. Peſtilentes tamen negaueris, quia Typis peſtilentiũ non ambiuntur: quapropter ad luctum, ad Aſtum, ad ſtrepitum, ſiue etiam ad inſcitiam Commentum & Fabula.

Quod ſi peſtilentes repetendo aſſeuerares, hæc illicò in te contorta: cur Galen. & Hippocrat. Collega ſuis inſtructus dogmatibus, eas non tractas, veluti peſtilentes, eas ex Grege peſtilentium cum cæteris non claudis? tu quidem malignas primo appellas: illi verò peſtilentes. Tu acutiſſimas negas; illi iàm maximè Acutas affirmant. Tu & pulſus exploras, & vrinas & Criſes: illi horum penè nullum attentant. Tu Bezoarticis per totum morbi tempus medicaris: illi purgantibus, ſanguinis omiſſione, victus æconomia. Tu ſpem concipis quanquã muſſitabundus: illi ſalutem negant. Quantum quæſo diuerſi? In Critonis exemplo, ægroto 1x. in Thaſo, licet errata tua deludere. Ægrotus hic 2. à decubitus obijt die, cum maligniſſimis Puſtularum, Inflammationis in crura, Deliriſque Simpthomatis: & hanc nihilominus febrem non quidem malignam, ſed acutam appellauit Hippocrates. Galenus pariter non putredinis ſuæ damnat excellentiam, aut venenoſitatem mordicat illã, ſed humorum multitudinem, & Bilis potiſſimùm deplorat redundantiam. Nec miratur inſuper Hippocratem Bezoartica tali in rerum concurſu non obtuliſſe ſed venam meditatur cur non ſoluerit. Vbi ergo malignæ tuæ locus, ſi in peſtilentibus non inuentus? Tua tamen ſi tàm celebris maligna; ſi ſupra reliquas calamitoſior, ſi vetuſtior debebat priuato aliquo in opere elucefcere, & methodo, præceptiſq; ſingularibus explicari? id autem à Galeno ſi prætermiſſum ſapientiſſimo, quem nihil Artis

tis

tis medico effugit; qui innumeris monumentis cunctas eſt febres ad viſcera vſq. perſcrutatus; qui plurima refutare, explanare ſingula, innumera priſcorum arcana interpretari, corrigere, pariter acreſtituere, non ſine orbis totius ſumma admiratione eſt auſus, quid nobis relectum eſt opinari, ordiri, aut atteſtari, tanto inferiores Galeno, quanto felicioribus ſæculis deteriores? In methodo Febres omnes, in Arte ad Glauc. abſolutas, in lib. de feb. diff. cunctas. In eo de Typis, de Criſibus, in Prognoſt. de morb. vulg. vniuerſas. In ijs quidem locis, malignæ febris nullum inchoauit eloquium. Quam ergo reſtat concepturos ſententiam ſequaces de maligna?

Conſtringas itaq; in hunc Angulum fluctuantem opinionē. Si malignam vt Cachoete aſſumunt, coguntur tractari eā tanquàm Acutam; Bezoarticis verò illis turpe ſemper confundi eam. Sin veluti peſtilentem recipiant, deſperandam, & eo ſolum tempore iudicandum deſæuire, quo peſtis fremunt ſigna. Sufficerent hæc huiuſmodi ad euellendam prauam malignarum febrium memoriam, quæ nunc inhæret vertici deformis, niſi euitandum occurrerent obiectum, quod extremū contorquent in malignarum confirmationem. Sæpius dicunt atteſtatum Galenum ingenerari poſſe ſine peſte in corporibus noſtris peſtem & venenum: tùm ſcilicet in illis de præſag. expulſ. tùm. 2. de diff. feb. tùm deniq; 2. de loc. Affect. Qualitatem putrefactionis in cunctis ijſce locis, ab ea fortis familiaris differētem incuſatus. Quamobrem extra peſtilentem Aeris conſtitutionem, datur peſtilens febris, quam malignam dicere, vt diſtinguatur à peſte, non imprudens aſſertum. Tu tamen ſi reliqua quæ ſcribuntur à Galeno amicè conſpexeris, hanc eluderis quoq; ſententiam, tanquàm non ferientem. Nam de qualitate putrefactionis in lib. de diff. feb. locutus Galenus Excellentiam non admiſit vnquàm quàm illi malignis ſuis effingunt imaginem eius illius Putrefactionis. Id verò à ſuperioribus quę ſcripſimus expoſtules licet. Quod ſi aut febres Epidemicas ſignificaſſet communes, aut peſtilentes, vel in vna certè harum vel in altera hanc excellentis putredinis Rabiem repoſuiſſet: ſed nec in ſimpliciter vulgatibus nec in peſtilentibus rigidam hanc collocauit: ergo ſuo nunquàm animo hoc veneri genus concepit Epidemicas, Acutas ſemper, Difficillimas, Periculoſiſ-

ſimas

ſimas protulit nunquàm malignas niſi ob aſperam putredinis conditionem, in ſuperioribus expreſſam aut loci ſitum, aut copiæ aut rebellis humoris, aut fractæ Naturæ. Peſtilentes verò, mortiferas quidem, ſed ob diuinum illud & inuictum, quod ſubeſt in putredine, quam erubuit appellare venenatum, ſiue excellentem, at ſemper veram legitimamq; faſſus eſt putredinem dum Carbunculorum Aphtæ, Inflammationis, morbillorum, in nomina traxit pura putredinis, & eo ſemper vnico celebrauit. Id ergo quod de qualitate putrefactionis dicendum remanet illud credendum, quod ipſe idem 1. de diff. Feb. dictitabat dari nempè aliquas putredines exitialiſſimas, & vltimas in genere putredinis, quæ non patiuntur euinci ſubigiq; à Natura, ſed vincunt illam franguntq; Inditam verò talem poteſtatẽ in duobus ipſe expiat abditis, hoc eſt in materiæ ſpecie, & in Naturæ ipſius, coquentis debilitate. Vera hæc ergo putredo, ſimplex putredo, non excellens, non venefica, vnde opus ſit nouo maligni vocabulo, ſiue remedijs ad eam debellandam, Bezoarticis, Spagiricis, Fabuloſis, Auri, Argenti, Gemmarum. Putredinis ſiquidem genus iſtud, Pharmaco, & Ferro, Viuendique ſeueriori formula, curauit Galenus reparauit Hippocra. Quod verò dicitur ab eodem Galeno in lib. de locis affec. de ſpõtanea veneni in noſtris corporibus generatione, id non ponit neceſſitatem febrium malignarum profitendarum, ſed mirabile quid ſtatuit & perrarum. Nam Auram quandam dari aliquandò poſſe, vt ea Cerebrum ad Conuulſionem vellicetur ad Epilipſiam, credibile. Sed Venenum elaborari atq; ſeruari in Corpore quod Febrem excitet, nec illicò pereat patiens, impoſſibile. Veneni etenim proprium, momento interficere, cum ad Cor peruenerit, quod nullum pati eſt natum tale violentum. Legitimæ verò putredinis ineuitabile attributum ſi eidem credis Galen. 3. epid. 12. corrumpere ea in quæ impingit. Cor autem in febre qualibet, primum patitur. Quare ſi à ſimplici putredine, ſiue potiùs confuſione quatitur anxiè, ſi à peſtilenti, ad extremum laborat, cur à venenata confeſtim non enecabitur? Fas ergo interpretari dictum illud Galeni vbi de Pul. quod poſſit reperiri febris peſtilens ſine peſte per ea quæ idem 2. de diff. feb. expoſuit, ſpeciem nempè quandam aliquandò comperiri materiæ in corpore noſtro, quæ impotens domari ab innato ca-

lore,

Digitized by Google

fore, vera corrumpatur Putredine: vnde Peſtis ea ſine Peſte, de qua Plura Nobiliſſimi ſcriptorum & præſertim Rondeletius. Id tamen rarò euenire credibile; quia ſi ambiens concurrit ſemper ad veram putredinem diſſimetrum, quo nihil datur efficacius per Galenum 3. epid. 10. opus certè in eius defectum, tot cauſas alias ſubingredi quæ non ſine miraculi ope congerantur.

Reliquum eſt modò vt Curationis formulam tanquàm inconcinnam & puerilem: ſiue potius ſuperſtitioſam, & nugatoriam in cenſuram reſſumamus. Galenus in Peſte Terram Lemniam & Theriacam, extulit remedia præſtantiſſima. Iſti abditiores ſimplicium virtutes queritarunt: & ſupra humiditatem aliud meditati ſeuerioris ſuæ excellentis putredinis Terrã Lemniam exſiccans medicamentum contempſere: Theriacę verò veluti Antidoto calefactiuo, ſiue etiam in Artificiali præficere Acetoſam Scorzoneram, lapidem Bezoar, Cõfectiones Alchermes, ex Diacintho, Corallos, Vniones, Aurum, Margheritas, Citria, & cætera ſimilia, quorum Catalogum illi ipſi apud ſe ditiſſimum vocabulorum ſeruant. Quæ quam produnt virtutem, perdifficile iudicaueris, quum nullam linguæ communicent tuę affectionem, nullam in Febrilicum Simpthomatum incendio fauillam euidentem eructent remedij; nullam ſanis imprimant ſpeciem ſalutis. Mirum Cur ab Hippocrate non memorentur? Cur à Galeno non proponantur? Cur à melioribus ſuperiorum ſæculorum, non concelebrentur? Sed confertiſſimi graſſante Peſte in opportuna ſectione Venæ, in Pharmaco laudabili, in victu non monſtruoſo, ſed benefico collaborent? Cordialia Auicennas Alia proponit diſſipantia turbidines Cordis: Alia regenerantia ſpiritus: Alia exſiccantia ſpiritum: Alia obſtruentia: Alia incraſſantia. Ij verò delectu nullo habito, cuncta commiſcent perhibentque & ſola in opem adminiſtrant. At ex Cordialibus, cum ea quę ſpiritus regenerant principem vſus locum ſibi vindicent, quæ horum Cura? Regenerare ſpiritus vitales quomodo poteſt Aurum, Terra? Quomodò poſſunt Petræ Gemmæ? ex ijs ſcilicet nihil ſubſtantifici, nihil Aerei, nihil vitalis emanat. Quomodò regenerare poſſunt ſpiritus, Aqua Radices olera ſ.que reliqua, quorum in finibus Alimentoſi nihil, nihil oleoſi immergitur? Quod ſi iterum, ſiue diſcutere, ſiue exſiccare, ſiue illuſtrare, ſiue condenſare tibi propoſueris, cur diu,

cur

ſimas protulit nunquam malignas niſi ob aſperam putredinis conditionem, in ſuperioribus expreſſam aut loci filiam, aut copiæ aut rebellis humoris, aut fractæ Naturæ. Peſtilentes verò, mortiferas quidem, ſed ob diuinum illud & inuictum, quod ſubeſt in putredine, quam erubuit appellare venenatum, ſiue excellentem, at ſemper veram legitimamq; faſſus eſt putredinem dum Carbunculorum Aphtæ, Inflammationisq; morbillorum, in nomina traxit pura putredinis, & eo ſemper vnico celebrauit. Id ergo quod de qualitate putrefactionis dicendum remanet illud credendum, quod ipſe idem 1. de diff. Feb. dictitabat dari nempè aliquas putredines exitialiſſimas, & vltimas in genere putredinis, quæ non patiuntur euinci ſubigiq; à Natura, ſed vincunt illam franguntq; Inditam verò talem poteſtatẽ in duobus ipſe expiat abditis, hoc eſt in materiæ ſpecie, & in Naturæ ipſius, coquentis debilitate. Vera hæc ergo putredo, ſimplex putredo, non excellens, non venefica, vnde opus ſit nouo maligni vocabulo, ſiue remedijs ad eam debellandam, Bezoarticis, Spagiricis, Fabuloſis, Auri, Argenti, Gemmarum. Putredinis ſiquidem genus iſtud, Pharmaco, & Ferro, Viuendique ſeueriori formula, curauit Galenus reparauit Hippocra. Quod verò dicitur ab eodem Galeno in lib. de locis affec. de ſpõtanea veneni in noſtris corporibus generatione, id non ponit neceſſitatem febrium malignarum profitendarum, ſed mirabile quid ſtatuit & perrarum. Nam Auram quandam dari aliquandò poſſe, vt ea Cerebrum ad Conuulſionem vellicetur ad Epilipſiam, credibile. Sed Venenum elaborari atq; ſeruari in Corpore quod Febrem excitet, nec illicò pereat patiens, impoſſibile. Veneni etenim proprium, momento interficere, cum ad Cor peruenerit, quod nullum pati eſt natum tale violentum. Legitimæ verò putredinis ineuitabile attributum ſi eidem credis Galen. 3. epid. 12. corrumpere ea in quæ impingit. Cor autem in febre qualibet, primum patitur. Quare ſi à ſimplici putredine, ſiue potiùs confuſione quatitur anxiè, ſi à peſtilenti, ad extremum laborat, cur à venenata confeſtim non enecabitur? Fas ergo interpretari dictum illud Galeni vbi de Pul. quod poſſit reperiri febris peſtilens ſine peſte per ea quæ idem 2. de diff. feb. expoſuit, ſpeciem nempè quandam aliquandò comperiri materiæ in corpore noſtro, quæ impotens domari ab innato calore,

lore, vera corrumpatur Putredine: vnde Peſtis ea ſine Peſte, de qua Plura Nobiliſſimi ſcriptorum & præſertim Rondeletius. Id tamen raró euenire credibile; quia ſi ambiens concurrit ſemper ad veram putredinem diſſimetrum, quo nihil datur efficacius per Galenum 3. epid. 10. opus certè in eius defectum, tot cauſas alias ſubingredi quæ non ſine miraculi ope congerantur.

Reliquum eſt modò vt Curationis formulam tanquàm inconcinnam & puerilem: ſiue potius ſuperſtitioſam, & nugatoriam in cenſuram reſſumamus. Galenus in Peſte Terram Lemniam & Theriacam, extulit remedia præſtantiſſima. Iſti abditiores ſimplicium virtutes queritarunt: & ſupra humiditatem aliud meditati ſeuerioris ſuæ excellentis putredinis Terrã Lemniam exſiccans medicamentum contempſère: Theriacę verò veluti Antidoto calefactiuo, ſiue etiam in Artificiali præficere Acetoſam Scorzoneram, lapidem Bezoar, Cõfectiones Alchermes, ex Diacintho, Corallos, Vniones, Aurum, Margheritas, Citriã, & cætera ſimilia, quorum Catalogum illi ipſi apud ſe ditiſſimum vocabulorum ſeruant. Quæ quam produnt virtutem, perdifficile iudicaueris, quum nullam linguæ communicent tuę affectionem, nullam in Febrilicum Simpthomatum incendio fauillam euidentem eructent remedij, nullam ſanis imprimant ſpeciem ſalutis. Mirum Cur ab Hippocrate non memorentur? Cur à Galeno non proponantur? Cur à melioribus ſuperiorum ſæculorum, non concelebrentur? Sed confertiſſimi graſſante Peſte in opportuna ſectione Venæ, in Pharmaco laudabili, in victu non monſtruoſo, ſed benefico collaborent? Cordialia Auicennas Alia proponit diſſipantia turbidines Cordis: Alia regenerantia ſpiritus: Alia exſiccantia ſpiritum: Alia obſtruentia: Alia incraſſantia. Ij verò delectu nullo habito, cuncta commiſcent perhibentque & ſola in opem adminiſtrant. At ex Cordialibus, cum ea quę ſpiritus regenerant principem vſus locum ſibi vindicent, quæ horum Cura? Regenerare ſpiritus vitales quomodo poteſt Aurum, Terra? Quomodò poſſunt Petræ Gemmæ? ex ijs ſcilicet nihil ſubſtantifici, nihil Aerei, nihil vitalis emanat. Quomodò regenerare poſſunt ſpiritus, Aqua Radices oleruſque reliqua, quorum in ſinibus Alimentoſi nihil, nihil oleoſi immergitur? Quod ſi iterum, ſiue diſcutere, ſiue exſiccare, ſiue illuſtrare, ſiue condenſare tibi propoſueris, cur diù,

cur

cur paſſim vno eodemq; bollulo mederis? vel itaq; nulla huiuſmodi hodierna Bezoartica, vel ſine electione, ſi aliquid ſint, administrata, iuuare negandum & potiùs nocuiſſe ſuſpicandum. Addas, Copiam menſuramq; iſtorum (dato quod proſint) largiorem præſcribendam. Exſiccare namq; qui optat, magnam neceſſariò ſibi proponant opus eſt in vaſto infirmi corpore humidi colluuiem: qui pariter ſpiritus regenerare ſibi ſtatuit, plures cogitet neceſſe eſt perneceſſarios; qui itidem cógere, aut incraſſare contendit plures hic particulas, largoſque humores debet præ oculis ſtabilire. Ij tamen puſillulis quibuſdam bollulis contenti quam ſpem concipiunt? Cæterum quis peritus rerū coniectator, in hepatis feruida Flamma, aut in Ventriculi, ſiuè Capitis deliro incendio, mala quæ ferè vbiq; comitantur Acutas Lemniā remedium tutum opinabitur, aut Aquam ex Scorzoneria? Quis integer medicus iactabundo infirmo ob multam Bilioſam vndam in Hippocundrijs rixantem Diacinthum exhibet, aut Pentaphilum, quæ vltima & nouiſſima expediunt iſti, neglecta ſemper manu, tubaq; Hippocratis ad purgantia concitans ad Coquentia, ad Alentia, ad aperientia, Refrigerantia, & ſimilia paſſim in peſtẽ ab eodem vſurpata?

Hæc de malignæ febris natura, ac curatione contrà communem noſtrorum medicorum ſententiam. Quæ febris, quoniam aut nulla eſt, aut ſi aliquid crèdas veriùs inter Acutas numeranda, hinc vinum conueniat, ne illi ab acutarum repetas Capite ſupra exaratum.

FEBRE PESTILENTE OPPRESſos vino ſuccurrendos.

CAPVT XXXIII.

PEſtis, morbus communis, exitialis, ab Aere infligitur tota ſubſtantia, non qualitate vnica, corrupto. Vera hæc peſtis cuius eſſe ſobolem dicebat Hippocrates 3. illo epid. Putredinē. Cæteræ ſiquidem illæ febres ex qualitate Aeris corrupta prodeuntes, non ſimpliciter peſtilentes, ſed potiùs mortiferæ perniciosæ,

niciosæ, lethales. Tantumq; intereſt diſcriminis inter has & illas, quantum inter tenebras & lucem. Peſtilentes nullis ſuccumbunt legibus ordinantis Naturæ, nullis Aphoriſmis medicis coercentur, ſed indomitæ quos volũt exitus habent; id monſtrante non ſolùm Hippocrate in 3. illa Conſtitutione, & in illorum Ægrorum Hiſtoria; ſed idem comprobante Galeno in lib. de diff. feb. vbi genus illud 3. Putredinis deſcribens, quod hic graſſari experientia docet, inquit hoc illud eſſe in quo vincitur Natura ob prauitatem, & ſui in eum impotentiam. Quam propterea putredinem nullis aggrediuntur medici ſcriptores ingenioſitatibus methodi, ſed omnes oppugnant Anthidotis Theriaca, Terra Lemnia, Aloe, Hircino, Lotio & ſimilibus. Epidemicæ verò illæ quanquàm obductæ ſeuiſſimis longè latèque ſimpthomatis nihilominus mitiores multò, dedunt ſæpè manus ſuas methodicę Arti & per leges incedunt: in quibus & decretoria admiſſa & menſuræ rerum, metricaq; cuncta adminiſtrata, & periodi ſeruati, memorati. Duo hæc febrium genera multi ex ſcriptoribus vnico colligata iugo, non ſine læſione Artis atq; ſalutis confundunt: quæ tamen ſeiungantur, in illis de morbis vulgaribus ab Hippocrate ab Auerroe nõ aliter *6.* Colliget Cap. vltimo ſeparantur à Galeno 1. de diff. feb. eadem cum ſtatera præponderantur ab Auic. & celebrioribus alijs in Artem recipiuntur. Ebullire ſiquidem ſanguinis maſſam: præualere Atram Bilem, & alia quæ ſcribuntur à quibuſdam in ſeriem veræ & legitimæ peſtis non locantur ab Hippocrat, ecum poſſint ea ſine Aeris corruptela aliqua ſubſtantiali euenire, & ea quam fortaſsè voluit appellatam Hippocrat. diuinitatem in morbis, ſi Galeno expoſitori credimus primario. Inquinamenta verò peſtis aliunde in longinquas Regiones differri poſſe vnde labes irruat in multos peſtifera non negauerim poſſibile factũ: quandò talis corruptela ſubſtãtifera Aeris per baratra etiam ſæuiat; ex quibus corpuſcula prodire conſentaneum veneno turgida, quæ latitantia aliquandò inter induſia queant in alias Regiones translata effundi tandem & plurima corpora contagio inquinata graſſando de die in diem enecare. Id enim Aerem quoque refert corruptum. At praui illi quoq; ſucci, quorum corpora ſint repleta poſſint ne ſpontè ebullire; & ſine Aeris conſenſu, atq; motione peſtilentes febres excitare, hanc non crediderim

rim

rim vnquam ſententiã Galen.lib.de cib. boni & mali ſucci quã ſcriptores alij vt ratam apportant. Vnica ſiquidem prauorum ſuccorum vitioſitas, Febres concitat, Vehementes, læthales. Cui ſi addideris fortuitam Conſtitutionem ambientis perditã, tunc corpora illa diſpoſita morbis, correpta peſte concidunt. Talia conceperat Galenus lib. de Cib. boni & mali ſucci, quo loci non auſit vnquàm vocabulum peſtis attingere ſed principio *quãtum in mali ſucci Cibis virium ad procreandos morbos facilè non omninò mentè Captis declarauit Famas, quæ per plurimas Romano Imperio ſubditas gentes ſæuijt multis deinceps annis continuè.* & paulò infrà, *Quibus nihil horum accedit interiere omnes aut cum manifeſta viſceris vnius flegmone, aut ob vehementem & malignam Febrem.* Nullibi certè peſtis nomen Princeps ergo & Patognomonica, vt dicunt cauſa peſtilentiæ Aeris corruptio ſubſtantifica.

Vinum modò ſalubre quibus tàm dira inimica lues ex tribus ſcolijs eruito, à febre, materia febrili; Viribus: in quibus prẽmiũ ſemper & pondus per Galenum ingenioſitatis curatiuæ. Peſtilens primò febris non multò ſæpiùs vrget calore, vt atteſtatur præter cæteros Galen. de ſimp. fac. Vinum ergo non dubitaueris Aquoſum offerre. & Galenus eo loco ad Samiam deuorãdã collaudat. Noſtrates qui pro Vino Aquas ſuas eligunt cordiales, nec præcia vini, nec mentem Galeni perſcrutantur. Galenus complacuit ſibi vino, quo nihil internouit vtiliùs ad antidotum illum ſubuehendum per præcordia, ſi quæ de eius Vectione conſcripta ſunt perpendes. Præcia verò vini ſupra aquas quaſq; cordiales declararunt, quæ de eius cordialitate propria in particula ſuperioris libri fuère producta.

Ad putredinem conuerſi: multos inuenias qui augere putredinem contendant vinum. At quantopere offendant ij iura rationis animaduertito. Putredo definitur per Ariſtot. per interitum natiui caloris, per Galenum verò per mutationem ad corruptelam. Si interitum velis, vinum reponendo calorem, eum, qui verè vitalis eſt, tantùm abeſt vt putredinem augeat, quod putredini ſtrenuiſſimum obſiſtat, refragetur, repugnat. Si mutationem aſſentiris, conſideres, quod mutatio illa per Galenum prouenit à læſione caloris naturalis; qui quidẽ irretitus alienis excremẽtis liberas edere nequit vitæ functiones, ſed eas confuſas edit, moleſtas. Qui ergo regredi optat ad primum

ſui

ſui inſtitutum, putrefactum humorem calori proſpiciat naturali conſentaneum eſt, ipſumq; compedibus illis ſoluat, atq; extricet præſentaneum. Quæcumq; ergo vias aperiunt, quæ recenti calore natiuo, antiquum calorem ſubleuant, quæ diſgregant, diſſipantq; turbida illa retentarum effumationum, conuolabunt in opem, remedia certè amiciſſima. Muneribus ſemper ijſce inſignitum vinum, ſi ſuperiora prioris libri reminiſcaris; tenuitate liberat obſtructa, calore refouet; eodem diſſipat congeſta extenuando, faciliq; flamma humiditates ſuperuacaneas deuorat. Quo itaq; nomine dixeris putredinem augere? Non hæc inſuper peſtilentium alteratio conſueta, ſed ſubſtantiæ corruptio, cui quam admouebis quæſo machinam auxiliarem, vino ſi obliuiſcaris? Vltimam morbi differentiam, qui ſagax eſt introſpicere, & idem remedij proprietatem opponere, quod vltima illa pertingat is Conſenſiones, & Diſperſiones ſolertiſſimus pertractabit, complebitq; artem medicam, vt 7. Colliget Auerroes optauit. In penetralia perducitur putredinis peſtilentium, qui Interitum illum caloris in humoribus cõtuetur: iſq. idem repende tenuiora, & ſecretiora peruadit Conſenſionum, qui illum eundem calorem in remedijs expiauerit, infirmoque comportabit. Eum profectò perquires per auia, & inuia vniuerſi ſollicitus: ſed non comperies vnquàm niſi inter Regna Liberi Patris confideas poſtremus. A Phebo namque & Baccho vnis, non vita ſolùm, ſed feſtiua ſemper Iuuentus.

Solis æterna eſt Phæbo Bacchoque Iuuentus
Nam decet intonſus Crinis vtrumque Deum.

Horumque ſi prætereas intentatum Regnum, Indias peragraueris ſemper inanis. Phæbus ſiquidem ſi Platonicis aſſentiris, Circulus eſt ſuæ ſpheræ. At Bacchus Calor eiuſdem. Vnde magis à Baccho, quàm à Phæbo, Vita. Sed poſtules eadem & maiora multò à priori libri volumine. Theriaca Aſylum Peſtis, quia Aromatum Arca. Vinum ergo Peſtis Hercules, quia Aromatizantium omnium minera. Theriaca emendat ſpirituum noſtrorum damna, quos & ſerenat, & acuit. At Vinum præter hæc, diuinum illud prodit, quod mortuos eoſdem, reuocat in Vitam, alimentali eo ſuffragio, quo & regenerat præcioſiora noſtri quàm ociſſimè, & calorem ipſum Vitæ extinctũ reſtituit. Cogunt tamen, & binæ aliæ in vini meracis potum rationes.

tiones. Altera, quod cogendi occurrant ſæpiùs infirmi ij, in Cibum. Altera, quod largas ſæpius diffluat in Peſte Corporum humiditas: vera ſiquidem hic putredo, in cuius ſpecie diffluì opus eſt humiditatem, à calore ſcilicet componente deſtitutam. Primum illud aiunt ſcriptores & præ cæteris Auicennas accidere ſæpiùs, id ſiue à facultatis eueniat perditione, ſiue ab vnda largiſſima corruptæ humiditatis innundantis ventriculum. Ijs quæ nam reparent incõuenientibus, ſolùm Vinum ſupereſt. Nam caſus facultatis caloris emorientis factum, quem ni reſtituat merax cætera certè tanto præſidio caſſa. Sin verò humiditas corrupta id emoliatur, quid fortiùs eam diſcutiat, & exſiccet, ſi Vinum omittas, fruſtra attentaueris: in quo vno Hippocrat. etiam eo in Aphoriſmo conquieuit, tamen Thorexis ſanat. & Galenus in eode med. per loca Vinum inquit, quia & nutrit & coquit, & roborat, & putrefactioni reſiſtit; & ſi intemperies ex humiditate facta ſit (ſi inquàm ex humiditate) & frigiditate eam citrà omnem moleſtiam ac ſecure perſanat. Nihil ergo reliquum, quod dubites, An putredinis ratione Vinum, & merax quoque in Peſte ſit Febricitantibus propinandum.

Tertium illud ſe ſe offert tandem comprobandum Vini potum neceſſarium in peſtilenti, ob Cauſam Viriũ, quæ nunquàm hic non languidæ: ijs autem præ cæteris prouidendum non minus celebre, quàm perpetuum axioma. Neque expectes hic licet Coctionem; omnium ſiquidem perniciosiſſimum morborum, ſubterfugit ordines Naturæ: & omniũ ſimul ſæuiſſimum, principiò vires debellat. Vndè ſtabiliendæ in ipſo reium veſtibulo. Des autem in horum gratiam Reſtaurum: des Intrita: des ſuccos depuratiſſimos: des animam Auri fabuloſam: vitam ipſam offeras in Pulmento, nihil tandem ſanctiùs Vino, à quo cumulatim Vires & Vita. Id ſupra cautum. Quamobrem idem hic quoque ſtabile, ac conſtans. Maximam inſuper & validiſſimam Vini facultatem in Corporibus humanis inde diſcere licet, quod Corpora ſi liberaliter haurias, manifeſtè immutat: à frigido nempè in calidum: à torpido in mobilem: à taciturno in loquacem: ab immobili in mobile: à rigido in mollem: optat verò commutari habitus grauiſſimarum læſionum, ſi velis ſperare ſalutem quod docuit Hippocrat. lib. de Arte: & aliàs vbi de Purg. med. Quamobrem Vinum largè hauſtum plurimùm

poterit

poterit in morbis huiuſmodi, vbi præ celeritate morbi, habitus introductus eſt pernicioſiſſimus. Vt propterea Plutarchus in vita Cæſaris reliquerit ſcriptum Vinum in Gompho Caſtello Teſſaliæ diſcuſſiſſe peſtiferam perniciem qua detinebantur ex vitioſo Cibo milites, cum plurimùm ibi ab illis fuerit epotatum. *Vino* inquit, *abundè hauſto habitu Corporis immutato, affectum priorem diſcuſſerunt*.

FEBRES DARI ALIAS Humorales, à Fæcibus, Aqua, & Flatibus, pręter Pituitoſas, Sanguineas, Bilioſas, Melancholicas: quibus omnibus Vinum conuenire probatur.

CAPVT XXXIV.

HVmoralium Febrium numerum abſoluunt omnes à ſcola vſque Hippocratis educti, Pituitoſa, Melancholica Sanguinea, Bilioſa, recenſitis. At ſi Auicennæ præcipienti auſcultes: ſi pariter ſenſui obſequaris, ab alijs pręterea Humoroſitatibus, fateberis enaſci Febres. Auicennas conſtituit Humoroſitates quidem, non Humores, Febrium matrices. Humoroſitates autem humida cuncta præter vulgares quattuor Humores deffiniuit. Senſus verò & ipſe, alia in Corpore contuitur fluida, quæ in numerum quattuor Humorum non cadunt veluti inter cætera Fæces, Aqua, Flatus. Quamobrem & ab iſtis præter pituitam, Sanguinem, Bilem, & Melancholiam Febrium alia genera, excitata. Has verò, Fæces ſcilicet, Aquam & Flatus, & confundere, & dolorem inducere Corpori communem, nullus eſt qui dubitare poſſit. Quare & Febrium effectrices cauſas, non relinquitur hæſitandum.

Et quod ſpectat primo ad Aquam: hæc quanquam ſenſui appareat habet quoque Hippocratem aſſenſorem conſpicuum, qui in lib. de morb. inquit, *Si in Cerebro Aqua fuerit, dolor acutus per*

tus per ſinciput ac tempora emerget, aliàs ab alio loco & rigor & Febris atque aliàs &c. Tu verò ſi pro Aqua Pituitam interpretaberis, errore profectò detineberis euidenti: Nam docet idem Hippocrat. longas & quotidianas exoriri Febres ex Pituita: ex hiſce verò diligens cuiuſque experimentum elicit, breues emergi: & eas quæ nec eſſentia, nec ſimpth. cum quotidianis poſſunt conuenire. Quinimò & differre hanc à Pituita, ex eodem ediſces Hippocrat. qui morbi huius medelam inſtituens. *Huic* inquit; *ſi per Nares aut Aures eruperit Aqua, profluetque ſuppurulenta, ſanus euadet.* Nullibi autem argumentum ſimile legitur Pituitoſæ hoc pacto decernentis. Sed præter hæc cui ignotum eſt, ex Aqua Hydropicorum Febrem non ſortiri, Ex ſero præterea ſanguinis Aquoſo, eandem non excitari iniquiſſimam? Et huiuſmodi diſtillantem per extimam Capitis Regionem, & per intimam quoque, originem non vulgarium nec leuium Febriũ? Dictata hæc Hippocrat., ſiue digna quæ Hippocrat. adſcribantur in lib. de morbis. Furta verò eadem Fernelij, qui prior iactauit ſe eadem cognouiſſe, hinc & Articulorum morborum, & febrium difficillimarum fontem ſcaturire. Nec diſſentit ab ijs Galenus qui multis in locis, & potiſſimum lib. de Purg. facult. ſemper à Pituita, videtur diſtinguere Aquam. Huic verò Vinum Potens quis neget competere, quòd frigidum Humorem coquat, Aquam ſcilicet; & diſſipet in halitus eandem, exſiccet fluentem humiditatem, & poſtremò digerat aperiendo anguſta & obſtricta per quæ iter liberum ſternitur exundanti liquiditati? Ex Fæcibus pariter febrire Hominem atteſtantur & infirmorum querile, & practicantis officij ſtudia, & lectiones grauiſſimorum medicinæ ſcriptorum. Ægri nõ rarò & grauitatem inteſtinorum febriendo faſtidiunt, & ventriculi pondus: quibus Pharmaco euacuante fæces dato, elucet repentè ſanitas. Hippocrate verò 4. de morb. *Si verò Cibi* inquit, *maneant in Ventriculo ampliori tempore quàm opportunum eſt, & alij ad ipſos incidant, Corpus vtique repletur: & dum premuntur à multitudine venę, Calor ac Dolor Corpori acceſſerint æſtate quidem citius, hieme verò poſteriùs: Æſtate enim Calidus Calor ambiens, & calidiorem Corpus in ſe ipſum trahit: & ſi Calido adhùc exiſtente Ventriculo Calidiorque opportunus eſt ſpiritus homini accedat, nihil mirum eſt Hominem ex tali febrire &c.* Hãc tu ſi appellaueris Febrem Diariam,

riam, in eo ſcientiam eius lædes, quod harum calor, & Acrior, & diuturnior propagatur, vrinæq; ſanis diſſentaneæ effluunt. Hoc illud fortaſsè febris genus, de quo Hippocrat. lib. de morb. ſi ab euacuatione ceſſat febris non regreditur ampliùs. Hoc illud Ariſtot. in lib. de part. Anim. Febres potiſſimùm ex vaporibus adhùc incocti cibi, claritatem natiui caloris inficientibus. Si nanque incoctus cibus tanta vi rigidus, quãtò magis quæſo Fæcum cumulus amplior ad caloris peruertenda officia? Neminẽ denique exiſtimo latere à Fęcum retentione, & Tenſiones, & Laxitudines, & Dolores, & Ignes diuturnos progigni, quos vna extinguit Fęcum euacuatio. Neque hoc præterea in caſu non optabile vnquàm vinum: & illud aquoſum, ſi Fæces aſperæ atq; ſiccæ: Dulce etiam, ſi lubricandæ & emolliendæ; & Dulce illud craſſum, generoſumque quod oleo ſatiùs lenit & Fæces & Inteſtina abſq; peccato iacturæ partium, & viſcerum quas laxat roborando. Merax verò inde ab exitu earum deſideratum ſẽper, quia reſtituit vires antiquas Inteſtinis, robore eas denuò deuinciens; & eas tales quæ monuerint Hippocrat. non ſine meraci poſſe vnquam eas reſtitui: vt proinde ab eo Hippocratico vini ſtructuræ effluxerint priora documenta.

Veriſſima hæc quidem, ſed quæ iactantur de Flatibus, veriora. Flatus non quidem quarundam, ſed omnium febrium eſſe cauſas & peſſimarum, ab Hippocrate antiquiſſimis documentis confirmatum: ſiue à Polibo viro, qui acclamatur vbiq; applauſu Hippocratis condignus. Deficère tamen adeò turpiter noſtrates ab Antiquis, vt nullus nunc ſuperſit, qui Flatus iſtos, inter culpas febrium eruat, & obijciat. Legas tu lib. de Flatibus Hippocratem, & non aliter vitæ noſtræ rectores horrebis Flatus, atque Eolum Oceani Tirãnum reuerearis. Venti, placidè ſi ſpicauerint, maris tranquilla ſemper facies; ijdem implacidò ſi tumultu exſibilauerint, procellæ illicò & turbines mugiũt. Non ſecùs profectò & corpora, quibus Flatus obſtrepunt iſti, qui ſuauiter ſi afflauerint, Hominum tunc ſanitas & animo & corpori ſerena: ſin flexerint inconcinnè, morbi irruunt, & Confuſiones. Ariſtot. Problem. 30. in primo illo, tanta tribuit Flatibus, vt inde corpori cuiq. aduenire ſcripſerit menſuram caloris; & animo mores inſeri. Nec defuere eminentes Philoſophi, vt eſt apud Plutarchum in vita Emilij, qui crediderint nõ

dari ſanguinem intra venas noſtras ſed ſpiritus, ſiuè flatus, qui concreſcunt pro occaſione in ſanguinem: quod comprobare poteſt propoſitum Mots, quæ abſorbet humorem omnem. Plutarcho verò anteriores aſſurexère Platonici fermè vniuerſi, & Plotinus inter cæteros atq; Ficinus. Qui Flatibus ſiue ſpiritibus, corporis cuiuſque, & harmonica, & inharmonica adſcripſit: hoc eſt Vitam, Mortem, Animam, Perturbationes, Fortunas, Intelligentiam. Perfectio ſiquidem, per illos, corporeæ cuiuſlibet conformationis, in ſpiritibus condita qui quidem & Flatus dicuntur, vt inferiora commonſtrabunt, vt propterea, & ſeceſſus a Perfectione, per Flatus habeatur, Ignis ſcilicet, Aeris, Aquæ, & Terræ, ſumma atq; meliora ſpiritus. Quare & corporũ omnium conſonantiæ ac diſſonantiæ, ex ſpiritibus. & in hæc vſque perductus, attingerem libens altiſſima illa Dęmonum, & Morborum ex conſequenti ex illis emergentium, qui Transnaturam, ſiue etiam Mirabilium appellantur: nè reuocarent me ab audaci conatu Peritiæ iura; præcipientis vt audio, vt abſtineam ab aliena ditione. Quam ob cauſam reuertor obſequens in priorem viam. Flatus quidem, vt potè vaporoſus ſubſtantia, non ſecus Animum, alterat & membra, atque Vapor; (quod ab Ariſtot. ſcribitur 2. meteor.) Aerem informet. Humido ſiquidem eo Humeſcit: ſicco verò ſicceſſit. Spiritus enim, eſt quædam Anima, ſiue ſpiritu Anima pateſcit, & ſpiritu ſplendidiora corporis conſiſtunt atque priora. Vt inde non relinquatur obſcurum, quomodò Flatus tanta gignat intra nos.

Tranquillus propterea, animum ſerenat, membraq; temperatione concinnat ſalutari: at verò impurus, & ſibi diſcors, Animam obnubilat, & cætera corporis corrumpit. Quamobrem frigidus, mœrore conficiat neceſſe eſt: Calidus, furore cõcutiat: humidus incontinentiam: Siccus firmitatem atq; conſtantiam parturit. Id verò cum Ariſtot. probarunt & medici in melancholicis: quorum qui ob frigidam viſcerum temperaturam in Cruditates, & proinde in flatus procedunt: qui verò ſummoperè calidi, in præcordijs conſtituuntur, ij fumoſa exhalando ad ſuperiora, furores concipiunt. Non hic tamen Aquilo ſemper Nothus aut Boreas, ſed ſæpiùs & Fauonius, & Eurus pro qualitate Flatuum. De quibus nunc opus non eſt prolixius ratiocinari: quum ſufficiat per hæc innotuiſſe, maximam nactos eſſe in

Homi-

Hominum Corporibus viui Flatus: quæ ſi Animum & Corpora moderetur, eandem relinquatur in dubium poſſe febres ſuſcitare. Sed compendioſa magis quàm par ſit pro dignitate propoſiti, via ad hũc preſſa: ampliorem ingreſſus denuò dicendum de Flatibus; nominari hos aliquandò ſpiritus, aliquandò Flatus ab Hippocrate lib. de Flatibus: quem librũ Celſus, Hippocraticum affirmat, dum Hippocratis tradit placitum, principia Corporis Humani prima & potiſſima ſpiritus. Spiritus inquàm idem & flatus ab Aere Ambiente deducta Imagine. Qui pipè qui placidè dùm perflat, ſpiritus ab humanioribus dicitur: dùm verò implacidè flatus, & ventus. Et quanquàm difficilè educatur in conſpectũ locus, quo huius ſpiritus forma intra nos à flatu diſtinguatur, libro eo de Flatibus, ille nihilominus detegitur apertus, ſi quæ dicuntur in principio libelli eius attentè perpendas. *Spiritus* inquit *qui in Corporibus ſunt, Flatus vocantur; qui verò extra Corpora exiſtunt, Aer*. Ea ſpiritum aliquandò appellari ab Hippocrate Flatum, & aliàs ſimpliciter ſpiritum. Quemadmodum & Aer aliquando Ventus, aliàs verò ſuo innato antiquove nomine Aer. Aer quidem vbi nulla commouetur aliena exhalatione: Ventus verò quandiù euaporationibus vexatur. Nec aliter certè ſpiritus interiores noſtri: ſiquidem ſinceri extiterint, coctiq; ſanguinis ſoboles non infenſæ, ſpiritus dicuntur. At verò ſi fuliginibus impuri & cruditatis alicuius infecti, Flatus nominantur. Illi nullum ſtrepitum edentes: hi clamoſi. Illi placidi: hi verò inquietiores. Galenus in eo ad Glauc. eadem fretus doctrina duo Halituum dari genera ſcripſit: quorum primum appellat Spiritum: Alterum verò Flatum. Qua in Flatus diuiſione ſancta quædam ſerbatur doctrina tàm medicis, quam Philoſophis, fauorabilis. Ariſtot. primò, melancholiam appellat Flatum. 30. problem. primo, & hunc continuò Flatum aſſerit natura frigidum: quod idem recenſuit quoque in libello de ſom. & vig. eundem attamẽ Flatum cum ſpiritu vini conſentientem ſtatuit; & eundem indere ſapientiam, & ſapientiæ eminentiam prodidit. Medici quoque non minora volutant; inter quos illi, qui Hippocundriacam melancholiam, Flatum appellant, vt Galenus, Poſſidonius, & Ruffus primores hi non ſemper aſſentiunt frigidum cõplexione Flatum illum quinimò adurentem videntur opinari,

à furore quem ſæpiùs elidit; & ab inflammatione viſcerum, quæ vt plurimùm ſubſternuntur, veluti fucinæ, flatus illos excudentes. Frigidum etiam non raro arbitrantur, Timorem, & Mœſtitiam, eius opera prædicantes. Frigidum tandem proponit ſemper temperamento flatum & Hippocrat. magna ea de flatibus dum exagerat libro iam prænotato. Sancta tamen vt dicebam conditur doctrina in diuiſione ſpiritus, à flatu. Nam flatus Cruditatum perpetuò proles: quapropter frigida ſemper materia. Verùm ſpiritus, Caloris innati nunquàm non opus: quãobrem calidus ſemper conceptus. Illos gignit melancholia; ſed illos Craſſa, Terreſtris, Viſcida: hos verò Subtilior, Purior, Aerior. Ariſtot. nanq; optimè quidem flatum Melancholiã, nec minus appoſitè flatum ſua in Minera, & ſubſtantia frigidũ; flatum nunc ex cruditatibus excitatum contemplatus, quas incompoſita viſcerum ſimmetria producit. Idem verumtamen flatus, & Heroas comitatus, & Bacchum ſibi affinitate deuincit, quandò in ſpiritum à ſua impuritate permutatur à Calore aſſiduè domitus; quiquidem ſpiritus aliquali adhuc Flatuoſitate prægnans, cum vehementer impetat, celeriter quoq; motũ ſuum expedit, vt Galenus, Ruffus, & Poſſidonius docuerãt, vnde Anima veluti per alas perniciſſima, & longinqua pererrat momentò, & in abſtruſa perrumpit meditando: quibus in verticibus rerum ſapientia percolitur. & hinc non diſſonum informari ab ijs mores, à quibus & Qualitate & Quantitate ſe ſe ſedi Animæ obiectantibus, varia ſpectra effinguntur, vbi Anima deuinciatur diuerſaſq; tandem perſonas induat, in ſcenam venturæ, actionum. Non alia ſanè vini cauſa, quam reſumas licet ex Cap. de Ebrietate. Medici ergo & ipſi, flatum prout flatus eſt aſſumendo, frigidum ſubſtantia veritate adacti exiſtimabũt, qui niſi ex Cruditatibus ſcaturiat: at verò temperamento occurrens cordis debili frigidus remanet, non coctus ſcilicet: obuiam verò factus vegeto calori, frangitur & in ſpiritum abit, aliàs benignum, qui parens tunc euadit ſapiẽtiæ animam dum inſtructam diſciplinarum ſubſeruiat, aliàs maleficum pro acriori ardore, in furorem propendens, & ferociam acuens. Qua in Arce ſalua non ſecus doctrina Ariſt. & medicorum, atque ſecura via, in ſolutiones problematum arduarumque contemplationum, de ijs flatibus ex melancholia.

Qui

Qui modò Flatus, vt ad rem noſtram redeamus immutare & indere mores ſunt apti; Animum percutientes, Cur idem Corpora quaſſantes Flatus, in Fluctus conuerſi, ſana eiuſdem detorquere non erunt idonei? Ariſtot. ſect. Problem. 10.5. Non redundare ſolum Flatibus Hominem ſcripſit, ſed ex cunctis animalibus, vnum ijs maximè repleri ſignificauit. Flatibus in orbe flantibus, ac furentibus, ſi quaſſantur Arbores & conuelluntur ampliſſimæ: ſi mare ab imo ſubuertitur: ſi Terra contremiſcit & crepat: quid mirum non poſſe ijſdem faciliùs noſtrum Corpus concuti, aceruo eorum extuberans, & frangi quoque impetu eorundem commurmurans?

Omnis iterum Caliditas, ſe ipſam mouet: participat autem de caliditate Flatus: quare mobilis atque ales. Multi verò Flatus cum Calor paucus ſubeſt ineptus diſſipare halitus materierum ſemicoctarum: multi etiam, cum calor plurimus agens in materia viſcoſa ſtridente. Qui Febrium vtique authores, dum per Corpus valitudo, munia Corporis exturbant. Galenus 3. de ſimpt. cauſis 2. non admittit ſolùm dari Flatus iſtos in Corpore, ſed eorum generationem edocet; & plurimis refertum affirmat. Sæua hinc etiam exoriri ſimpthomata ſubdidit: inter quæ ſi Febrem excepiſſet Hippocraticam ſapientiam conſummatam redoluiſſet. Si nanque per eundemmet Galenum mouendorum inteſtinorum data eis poteſtas; ſi extrudendarum fæcum; ſi rugitus edendi, ſi præcordia extorquendi: cur non poterunt ijdem in Viſcera ingredi & principes functiones perturbando, ſubuertere? Cur non poterunt per Venas diſcurrere & ſanguinem, vt perdatur interturbare? Ad hæc ſicuti locum deſtinatum ſuæ generationi ſtatuit Ventrem inferiorem, ob ſegnem inibi Calorem, cur totum quoq. Corpus turbido ſępiùs fotum calore, eorundem generationi locum non deſtinat? Ætius & Flatibus ſeminaria Febrium pertimuit, quia Inflationes accuſauit Febrium origines. Certum ergo ex Flatibus, Febres. Quas Vino an tollas meditandum. Duplices leguntur Artes apud Galenum ad Glauc. 2. quibus Flatus diſiiciuntur. Altera extenuando illorum ſubſtantiam: habent enim Vitam in aliqua Craſſitie omnes. Altera laxando Corpora in quibus furunt: via nempè ad eorum effluxum, ità pateſcit. Eandem Artem repetit 2. Epid. Aliam tamen init, ab hac longè diuerſam viam Ariſto-

teles in met. Qua inquit ipſe Arte Flatus in vniuerſo moderantur, eadem, in hoc noſtro Corpore temperantur. Moderantur verò in vniuerſo duobus modis. A ſole primùm extenuati: abigit enim & diſſipat ipſos marceſcentes deinde. Quid porrò ſit marceſcere non exponit; id tamē ſignificat per me, quod remitti paulatim ac perdi, ſiue ſeneſcere flatuoſam materiam id colliges ex eodem Ariſtotele Problemat. 26. 3. vbi quæritans cur Auſter poſt Pruinam ſpiret, quoniam inquit Pruina, haud vnquàm conſiſtere poteſt, niſi facta decoctione: mutatio autem in contrarium, quoniam poſt Purgationem fieri ſolita, hinc poſt Coctionem, Aquilones ſpirant Auſtro contrarij. Si itaque ob Decoctionem aliquam mutantur Venti in Naturam contrariā; eadē par eſt coctione exacta in nihilum prorsùs abſumi Flatus.

Tres ergo Artes vicendorum Flatuum adhùc per Galenum & Ariſtotelem apparuere Extenuatio, Apertio poroſitatum Corporis; Decoctio materierum, & ſeminarij Flatus. Primam paramus vehementer Calidis medicamentis per Galenum 5. de ſimp. fac. quæ tamen tenuibus conſtituantur partibus. Vinum potens, Tenue, iſtiuſmodi qualitatibus adeò inſigne vt reliquis omnibus medicamentis Palmam præripiat: ſi quæ de eo ſunt exarata in ſuperiori libro repetantur. Hinc Vina meracia ſubtilia Cliſteribus flatus diſcutientibus adminiſtrata vbique leges; & Hippocraticum ideò Vinum confectum, ijs ſemper malis celebre. Alteram expedimus Artem per medicamenta minus quidē Calida, ſed ſubtiliſſimarum prædita partium eodem Galeno teſte 5. de ſimp. fac. Camomęlo, Aniſo, Siſamo & ſimilibus; ex quibus nemini vnquàm ſecundum Tenue Vinum ſubgeneroſum. Quod introducendis oleis & aperiendæ cuti legitur vbique à ſcriptoribus practicis interpoſitum cæteris liquoribus. Tertiam denique inſtruimus Artem per ea, quæ Calorem noſtrum augeant, & foueant Naturalem: in matura ſcilicet Coctione ſperandum non Nutriri flatus, vt propterea primum documentorum Ruffi, medendæ melancholiæ Hippocundriacæ huic indulgeat, vt fortem coctionem præparet, eorum Corporibus. Eligas ergo quamuis ex iſtis intentionibus in Flatibus amouendis, à Vino nunquàm abibis: quinimò illi potentiſſimo ſemper omnium inſeſſeris accuratus, ſi meliora adminiſtrare, & ſecuriora propoſueris.

Gale-

Galenus in meth. Melancholicis Hippocundriacis, hoc eſt Flatuoſis parat & Balneum aquæ dulcis. Id autem eſt Frigefacere,& Humectare laxando: quæ quidem Ars,quarta aduenit à iam dictis. Sed Calores aliàs diminuti, aliàs intenſiſſimi in materiam viſcidam agentes per Galenum 3. de ſimp. fac. & 14. meth. Authores Flatuum. Illos euertunt ternæ iam memoratæ artes: hos verò alios Balnea eripient, vtpotè emendantia & calorem,& Materiam: Calorem quidem Frigefaciēdo: Materiam verò,& humectando,& extrahendo. Ariſtot. in metheoris Frigidi habuit mentionem in ſoluendis Flatibus, cuius hæc extat per Galenum matura opportunitas; & hoc propterea in caſu Vini imbecilli ſcientiſſima adminiſtratio.

Vltrà hos quattuor modos non extenditur vis medica à mouendis Flatibus ſtudioſa; qui omnes Vinum princeps inuitant remedium. Et quanquam Galenus in Priapiſmi cura, mentionem faciat Expurgationis, Frictionis, Dimotionis, Balnei,Illinitionis, Abſtinentiæ Refrigerationis: cuncta veruntamem iſta ad quadruplices rediguntur iàm memoratas Artes. Purgare ſiquidem eſt Aperire. Balneum & Dimotiones extenuant. Abſtinentia decoquit, & tàm Illinitiones, quàm Frictiones Aperiunt & rarefaciunt.

DE VINO IN FEBRIBVS quibus Pars aliqua princeps inflammata conſocietur.

CAPVT XXXV.

Febris ſola, quem aliud nullum malum comitetur morbus fortaſſis ſemper domabile. At quia ſtipata vt plurimùm aduenit cum Inflammationibus principis alicuius viſceris,hinc inexpugnabile ſæpiùs monſtrum. In ſimplici Febre indicia curationis facilia,remedia obuia,præſagia fortunata. At complicatis ſibi inflammationibus, ardua exinde cuncta remedia parum fida,coniecturæ difficiles infelicia & muſſitantia præſagia. Galenus libr. de Criſibus primo, Febrium propterea diſſecauit

 ordinem,

ordine, in liberas ab inflammationibus, & in addictas, inflammationibus: quarum complicatas pertimuit. Et quanquàm Antiquitas omnis hanc eandem inierit Febrium diuiſionem, nihilominùs Hippocrates atteſtatur lectio, Inflammationes principis alicuius partis nominatas ſemper per ſolas inflammationes, poſthabitis Febribus; tanquàm ſalus, & obitus in Inflammatione veluti in ſeminario totiùs contemplaretur. Nauis ſanè, humanum Corpus quæ lacera quanquàm fluctibus, in Portum duci poteſt ſaluis rectoribus & miniſtris: verùm deiectis vel obrutis gubernatoribus, ſubmergitur deſperata. Proceres non ſecùs Vitæ & Reguli Cerebrũ Cor, Iecur, Teſtes, Diaphragma, Coſtarum panniculi, Ventriculus, Inteſtina, Vterus, Miſenterium, Lien, Renes, Fauces, Adenes, Phrænum; quos ſi dilaniet aliqua potiſſimùm Inflammatione malum, continuò Febris, & ea peſſimorum quidem morum, quod iàm Clauus veluti diſrumpitur ac perditur, ijs in partibus confixus. In ſimplici hinc Febre, medicus quilibet ſanando aptus dummodò is medici officia exequi valeat viriliter. At in Complicatis cum huiuſmodi inflammationibus, medicus ſolùm acutus atque excellens, deſideratur opportunus: cui quidem præter cauſas morbi, opus eſt acri coniectura diſcernere, cui primò, cui & ſecundò in medicatione, & quantis viribus ſubueniendum: cui prętercea ſoli: cui etiam coniunctim proſpicias. De ſimplicibus Febribus abundè actum: de cæteris poſthac diſcurrendum; in eam tamen gratiam, vt videamus, quos decoris locos ſibi arripiat Vinum. Huic videtur Galenus lata lege intentare iniurias in meth. in lib. ad Glauc. in ijs etiam de comp. med. per loca. Cuius aſſerti eam paſſim adducit cauſam, quod & calefaciat, vnde flamma ſtridat, & perducat loca inflammata tanquàm ad Cucurbitam abſorbentem plurimam materiam, qua membri virtus ſuffocetur. Hæc quanquàm ex ore exeant Galeni diſtinctionem tamen patiuntur, quam apud eundem ſæpiùs nactæ ſunt. Idem nempè, & in Pleuritide Vinum approbauit, & in Capitis dolore, & in Phrenitide. Idem itaque ſua tranſgreſſus præcepta, monet nos, eadem corrigi poſſe, & pro opportunitate caſtigari: quæ quidem cognita, Eſculapios, & Apollines parit.

IN FEBRE CVM CAPITIS Inflammatione Vini Potio laudabilis.

CAPVT XXXVI.

INflammatio, Influxus cum ſit Calidorum humorum in partem, augetur proculdubio à calidis materiebus, necnon à calidis vaporibus, quæ ingeſta in corpus, valeant ſpontè contendere, ſiuè ab ipſa inflammata parte trahi in ſe, & abſorberi. Merum, dicunt omnium ſententiæ, Calidam ſubſtantiam, Ignibilē, halituoſam. Omnes propterea medici in ſiniſtros putarent obijci ſermones, ſi in ſtudio ſanandæ inflammationis, ſuſpicionem ipſam vini admitterent, ne dixerim vinum. Verùm vetus non adeò hæc ſententia, quin ſimul putrida non appareat: Calido ſanè, acuit vinum inflammationes: Vapore, captiuam partem preſſiùs obnubilat: Humore demùm, obruit: vera hæc quidem. Sed vinum quodlibet, ijs damnis confictum, turpe dictu, & mentiens. Meri conſueta illa: at Imbecilli, ignota. Imbecillum neq; Calore, neq; Vapore, neque Corpulentiæ additione lædit: infenſum itaq; prorſus: quinimò, & frigido temperat, & vapore caſtigat, & corpulentia frangit auctā, Calētem, Acremque Inflammatarum partium materiam. Calorem nullum obtinere Imbecillum ſuperioris Libri conamina non iniqua apparuère. Vapores hinc ſi emititur, non moleſtos eos, ſed molles dabit; nec aliam à ſuaui materiam comportabit, emollientem Viſceris eam, quæ rigida eſt, & agreſtis.

In Capitis ergo Dolore Imbecillum non incongruum. Nec prodeſt quod Galeni loca aperias, vini potionem apertè, & veluti per Tibicinem damnantia, nam Merum vbique indicatum. Tertio de morb. vulg. Ægroto 4. Pocula ait excitaſſe eo in Ægro continuas febres cum Veterno. Et fuſiùs interpretationem proſecutus Galenus, *Capite*, inquit *grauiter affecto, vini larga Potio, maximum malum*. Supponit inquit Galenus Capitis primo grauem læſionem: inde non Aquoſi ſed generoſi degluuiem; & deniq; largam memorat damna dolentis Capitis in febre. Nunquàm

quàm item leges, Imbecilla Caput aut mentem ferire. Nec largo eorum potu conqueſtum ſenſi vllū de Capitis iniuria. Maiora iſs auſus Hippocrat. Merum admiſiſſe quoq; eſt viſus, quandò in illis de Victu in Acutis, poſt eius Potum, dolente Capite, Aquam ſuperbibere recordetur. Aræteus ſolers vnà, ac diſertiſſimus medicus Lib. 1. Cap. 1. ſuęmed. in Phrenitide vinum & merax propinat, vbi potiſſimùm metus immineat, ne in Vaporem, humiditatemq; infirmus præ dolore diſſoluatur. Quo quidem tempore, addit vnicum eape ſubſidium vinum. In Vaporem verò ac humiditatem diſſolui docet, quandò in Sincopem propè ſunt, vt prolabantur. Eo ſiquidem tempore, in ſudorem liqueſcit Homo, quia Humores omnes cum ſpiritu fatiſcunt, ac tenor ſimul Corporis, ac ſtructura dehiſcit. Quid verò operis ſublimioris præſtet tunc vinum illud, cogites: celeriter ſubſtantiam alendo inſtaurat, & quoquo verſus ad extremitates vſque permeat: tenori tenorem apponit: ſpiritum torpentem expergefacit: frigiditatem Calore temperat; laxantem madorem adſtringit: extrorſum corrumpētia coercet: olfactu ſuaui recreat: vires demum fulcire ad vitam propagandam valet: atq. demùm ad animum inſania liberandum, optimum ſemper. Quales recitēt vini in ipſa quidem Phrenitide Celebritates, vide . : Vt demùm fatearis Inflammato Capite, non iniquum, ſed præſidem ſalutis vinum.

IN FEBRIBVS CVM FAVCIVM Inflammatione Vini Potus.

CAPVT XXXVII.

NNO reſcindit Faucium Inflammationem vinum vllum; ſed exaſperatas ob Confluxum materierum partes, nihil eſt vino dulci Aquoſo, quod leniat potentiùs; quam legimus quoque Hippocratis doctrinam in illis de vict. acut. Hanc ob cauſam multi, reiecta Mulſa, Dulce Vinum ſuſceperunt gargarizandum, quandò leuati aſperitatem ſtuduerunt. Mihi nec non cogitāti ſuccurrit, complecti Vinum Dulce Aquoſum laudabile,

dabile, quòd Acuitas, vbi Celeritatem ſtimulat ſibi maiorem, ibi vires irritet dolentiùs. Tunc vero vinum ſi obſtat pertinax caſui earum quodnam quæſo ſelectũ in nouiſſimam vtilitatem, ipſo Dulci Aquoſo? Cætera lædunt fauces, Merax & Imbecillum: illud Calore, hoc verò ſubtilitate penetrante, ac proptere a mordicante. Solùm adcurrit Dulce Aquoſum; quod dulcedine leniat, aquoſitateque prætereat innocens læſionis.

IN FEBRE CVM VENTRICVLI Inflammatione Vini potio vtilis.

CAPVT XXXVIII.

SI ingerendum aliquid vnquàm Alimenti, ardet dum Vitam huiuſmodi flamma, Aquoſum quoq; vinum elambendum, quo Vitæ oleum ac ſpiritus, ſine amurca perſeuerent. Sthomacus per Quinctum Serenum Corporis Rex: Idem per Illuſtriſſimum Comitem Albertum Pompeium, Centrum Humanæ temperaturæ. Cuſtodiendus itaq; is præſtantioribus ſemper ſtudijs; cuius in ruina, leges quęque perdantur Corporis, & Humana illicò Natura fatiſcat. Neque aliud porrò affine proximius vino, vt in Anterioribus comprobatum reliquimus: hoc ideò ſempiternum ſthomaci ſubſidium, ſtrenuumque & inuictum perpetuò humanitatis Atlas.

Galen. lib. de med. Comp. per loca, vbi inquit, reſtiterit Concoctoria afferre eſt opus. & 6. illo Hieram propinans cum vino miſcuit. Concoquit vinum tenue merax quamobrem loco medicamenti habitum, inclinante Inflammatione: ob id nempè vt Diſcutias: nec diſcutere apta niſi ſubtilium partium ſimplicia, & Calida. Hoc diſcurſu vſus Galenus Hieram commendabat eo in libro. Ita enim inquit, ſemel atq; circa diſtributionem, & delationem, ex ventre in vrinam, & quæ circa vterum infeſtant, ſiccat, & diſſoluit, & robur partibus addit, per quas tranſitus facit. Ampliuſque & locorum per quos fertur, caliditatem auget, quæ & ipſa non parum confert ad inſtantes humores fundendos, & euacuandos &c. Hæc tamen dicta in gratiã Hieræ

in

Digitized by Google

in viniquoquegratiam reſtitui poſſunt, participe omniquaque harum facultatum quod tenue, & mediocre bibatur.

IN FEBRE CVM ECPHELI Inflammatione: ſiue in Angore, & ſthomaci morſu, Vinum.

CAPVT XXXIX.

QVam habeat Cauſam in Febribus angor, plurimæ quidem Galeni narrāt lectiones: ſed illa admodum famoſa, quę ſeptimæ particulæ, quinquageſimum ſeptimū Aphoriſmū commētatur. Ibi angi & Anxios dici ægros illos iubet, qui accubitū non ferentes iacendi figuram euariant. Hoc verò euenire illis præcipuè addit quibus in ore Ventriculi, humiditatis proprietas quædam continetur. De morſu modò ſthomaci ſubiungant alij quicquid velint ſiue, Ecphelim culpantes, ſiue materias proiectas in ſthomacum à Iecore, bilioſas illas & mordaces, ratum in ijſce ſemper rationibus, perſtare humiditatem illam ventriculo vndequaque infeſtam. Hanc verò affectionem, Inflammationis effigiem referētem, ſi euertere tentares tu errantibus ſtudijs, à vino, incertus doctrinæ Hippocraticæ ſubſannaueris. Hippocrates eo in Aphoriſmo 7. particulæ 56. colligit in vnum vinum vniuerſas contemplationis velificationes, *Alyce*, inquit, *idest Anxitudo, Oſcitatio, Horror, Vinum aquale, æquali potum, ſoluit ęgritudinem.* Hos ſubdit Galen. in comm. Affectus ſanat vini meracioris potus. Id tamen temperari ſatiùs putans, moderatam monſtrat miſcellam eius cum Aqua, ſi æqua portione conturbetur: vt nempè pellat ratione vini; & temperet iure Aquoſitatis; plena demùm ſubſtantia, humores omnes, optimos redditaque eſſe verba Galeni monſtrant eiuſdem litteræ in commentario Aphoriſmi exaratæ. Apponas tamen & aliud cautiſſimum documentum: Anxios iſtos, ſuſpendi tenuiſſimo ſemper filo in Animi deliquium, & Sincopem ipſam ob ſenſum ſcilicet nobiliſſimum perpetuò mordicantibus excruciatum: quā

vt

Digitized by Google

ut ſuſtineas fortiori nodo perſuaderis ſummo conatu à medicis omnibus incitamentis; diſſeminatæ verò regulæ tradunt, Vino reparanda huiuſmodi damna: tùm quia vires & ſpiritus ſubminiſtrat: tùm etiam quia cōtumaces humores demulcet. Non negaueris ergo, quin Vinum Angentibus præſit Numen quoddam in quod ni deduxeris eos, deduceris tu in remediorum inopiam, atque in fallaces medendi ambages.

IN FEBRE CVM PLEVRæ Inflammatione Vinum.

CAPVT XXXX.

QVOD libellum ſcripſeram, de Vini Potu in hoc contumaciſſimo Affectu, ſuaſione & lege grauiſſimorum Virorum obdormiſcat nunquàm luce fruiturum: Haſtam etenim appellaueram; quæ quanquàm Medicum trāſuerberaſſet vnum, alterius tamen Amiciſſimi viri, ſuſpicionem dùm irritaret, meritò elanguet & iacebit. Non volumen in præſentia compoſitum, ſed breuem Cedulam, in ſtabilitatem propoſiti, contextam dabo; munimina cum vrgeant ædificij huius ad amplum opus firmiſſima, in publico hoc monimento, de Vini Potu in Febribus. Hippocrate veruntamen, congruum huius affectus remedium ſtatuens in Lib. acut. Vinum, cum nequiuerit perſuadere medicis poſterioribus, proſperitatem remedij, iecit fundamenta diſcenſionum, & garriendi locum aperuit patētiſſimum. Vnde vel in longiores ſermones iterum anſa, vel in deformem ſeruitutem, manus dandæ. Vtrumque adhùc ſcopulum euitari docuit ſuperius edictum; & illud potiſſimùm, quod Febres Acutas compellat. Illùc ergo recurras, grandiora expetens hic reuiſurus appoſita tantum, & addicta materiæ.

Improbant Vini vſum in Pleuritide, Noſtrates, & ob recentis fluxionis terrorem, & ob febrilis incēdij feruidiorem ſpiritum, & ob deuiam, vt dicunt, practicæ formulam. Sapientiſſimum quidem Hippocratis dictum, libr. Præceptionum. *Fallax eſt, & ad errorem procliuis affirmatio, quæ fit cum garrulitate, hoc eſt cum*

probabili

probabili rationis figmento. At ea nunquàm ratiocinatio per ipſum garrula; quæ initium ſumit ab operis euidenti indicatione; & delationem in morbum ex apparentibus perſequatur. Quinimò hæc, violentia quædam mentis eſt, vt eodem libro affirmabat. Quam ob Cauſam huic ſedulò ſtudio incumbendum (quo violenter trahamur in veritatem quæſiti huius) vt deducamus ex ipſo ſenſu rationes, quibus probemus Vinum Pleuriticis prodeſſe. Sic etenim à garrulitate longè diſtabimus & veram medicorum ratiocinationem vſurpantes, elegantem medicinam exercebimus. ex euidentiſſimis autem, & maximè cogentibus mentem ratiocinationibus, ea præſtantior eſt in Arte medica, quæ ducitur à remedij facultate, & à morbi Natura. In cuius veritatis gratiam Auerroes reliquit ſcriptũ Colligit quinto, futurum illum ex medicis modiperatorem, qui & morbi Natura, & remediorum ſpecifica proprietate inſtructus, ad medendum ſe ſe accinxerit. Senſus porrò conſpicuus dictator frigiditatis Imbecilli: & medicam præſentem exercitationem, non duci nec ab euidentibus, nec à garrula ratiocinatione, ſed à temeraria, & fallaci, infidi vulgi Clamoſitate docent rationes appoſitæ huic abuſui, fidiſſimæ illæ, & eiuſmodi, quæ cogunt mentem, & per Hippocratis conſtant volũtatem, iubentis & in præceptionibus, & in Aphoriſmis, Nõ diuertendum vnquàm ab ijs quæ fiunt cum ratione.

Imbecillum ergo, nemini Calidum, nulli Vehiculum, nunquam Pleuritico noxium. Idem verò laceſſitum iurgijs ab vſu medico, defenditur laudibus, à ratiocinatione, cui primas tribuit Hippocrates & eaſdem conceſsère ſibi, quicumque ab Hippocrate non deſciuère. Enimuerò quæcunque non lædunt, ea vſurpare in maximis morbis laudatiſſima, non conducit ægro, nec conſentit medicis præceptis, quæ iuuamentum inhiant, & morbi cuiuſque ſiue ſublationem integram, ſiue obtuſionem eius vehementis, vt docebat Hippocrat. Lib. de Arte. Et quanquàm idem in epidem. ſubiunxerit conandum eſſe medico, vt niſi iuuet, ſaltem non noceat; Id veruntamen dictum, interpretatur per me coniunctiua cum teſtura verborum. Conandum ſcilicet vt iuuet, & iuuando noceat nunquàm. Id enim medici vt dicebamus officium: in vehementiſſimis ſiquidem morbis, quales habentur Acutiſſimi, obtundas ſaltem licet vehementiam,

tiam, niſi valeas in totum ſubruere malum, vt ſcripſerat in Arte; & medici à cæteris diſcrepantis officium parteſque eſſe prodidit 1. Acut. eam remediorum formulam ſequi, quæ laude digna ſit. Hanc verò eam dixit quæ præſidium attulit. Videndum itaque, An Vinum Imbecillum, quod lædere impotens eſt, prodeſſe vt remedium poſſit: quod quidem in Lib. acut. Hippocr. voluit, cum inter remedia acutarum reliqua, & Pleuritidum præſertim; id vnum commemoret accuratè, recenſeatque ſingulare. Lenit aſperitates Pectoris Dulce: Sputum educit Dulce, Leniens idem & humectãs: omnes euacuationes promouet: Vires Pectori addit, quo ſufficiat tuſſiendo, & expurgando moleſta. Hæc leges munera Vini in Hippocratis, & Galeni monimentis: & ea non quidem ſanis congrua, ſed Pleuriticis ipſis accomodata.

Duo tamen hinc emergunt dubia, animum medicorum ad tortorem vſque commouentia: quæ totam huius negocij molem, & atterunt, & ſuſtinent pro eorum diuerſa ſolutione. Primum illud vrget: Cui Vinorum generi opera illa aptentur commemorata; Imbecillo ne, an potius Potenti.

Alterum duriùs ſtimulat. Quonam morbi tempore illud cõcedendum per Hippocratem & iura, in Principio, Augumento, & ſtatu, an potiùs in affectus Declinatione.

Cunctas promouet Euacuationes (vt priorem ſoluam dubitationem) Potens: Vires necnon comminutas reuincit Potens, ac reſtaurat. Humectat verò ſputumque ob id educit Imbecillum; nec ſegniùs aſpera mollit Pectoris, ſi Dulce idem compotetur; quum Dulce Imbecillum per ſuperiores rationes prioris libri aſſeruetur. Conſentanea ergo Hippocratis dicta, tùm de Imbecillo, cùm etiam de Potenti Vino. Quo ſcilicet tempore lenire aſpera decet pectoris, & ſputum educere tardè meantem, tunc Dulce Imbecillum, & ipſum etiam ſimpliciter Imbecillum proderit. Quo verò die euacuationes ampliores irritare, & robora pectori conuenit adiungere eo inquàm die merum vtile, & illud tam Dulce, quàm Auſterum pro compoſitis, vel ſimplicioribus, quæ occurrant indicationibus ebibendum.

Altero nunc in certamine, tricæ & cauilli. Inclinante tantummodò vniuerſali circuitu morbi, vino concedunt locum, eo tamen, & paucifero & pauculo, ſapiat quæ velit Hippocrates re-

liqua tempora intacta ſemper vino tranſeunt, quæ ſi polluas Vino quodlibet, prophanata grauiſſimo ſucclamant peccato, intollerabili ſemper, & deformi. Quo in facto, & Hippocratem increpant, Potens, in Declinationem inducens; & raciotinationem ſubuertunt, Imbecillum, Infidum, in reliquis partibus circuitus inuenientes. Præterea, & de Declinatione obliqua loquuntur; & reliqua tempora quibus medicinis tractanda ignorant. Res tamen altiori ſumpto principio ineunda. Laudata ſemper (vt hinc exordiar) in Pleuritide, Expuitio: adeòque ſecurum tùm ad ſalutem ſignum, tùm ad morbi totiùs facilitatem, vt 25. & 27. particulis primi acut. nihil eo ſperauerit certiori ad ſalutem internuncio Hippocrates. Et propterea Galenus 5. de locis affectis, ſiccas & incoctas Pleuritidas, vel celeriter rapere Hominem dixit, vel longo temporis ſpacio finiri: fretus eo Hippocrat. oraculo 1. Aphoriſm. 12. In morbo laterali ſi circa Initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat. Hoc iacto fundamento firma iam ſententia ſentitur Hippocratis Lib. de locis *In Homine, & abſorbendum dandum eſt quicquid Excreationem faciat*. Firma pariter illa, quod Pleuritides ſiuè debeant principio ad humectas commutari. Pleuritides verò humectæ debeant conſeruari, & Coctorijs adiuuari. Siccis ergo in ipſo veſtibulo morbi porrigit Hippocrates melicratum: ijſdem ergo & Vinum libenter propinat Imbecillum, quod cum mulſa ab eodem Hippocrate & à Galeno quoque comparatur, lene etenim cognoſcitur, Traijciens, Humectans; Quod ſi Dulce ſelegeris, & Aſperitates demulcens. In principijs ergo ipſis Vinum Imbecillum habet locum opportuniſſimum; deſideratumque creditur magis, quàm mulſa, quia ipſo Hippocrate authore humectat largius, & lenit (Dulce potiſſimum) vberiùs. Humidæ nunc Pleuritides, & illæ in quibus aliquid ſemper expuritur per eiuſdem Hippocrat. ſententiam, inceſſantes ſeruandæ, remedio oblato, nec non adiuuandæ Coctorijs: fiunt ſiquidem ab ijs indicationes, vt dicebat ſimpliciores, faciliores, & minus reuerſoriæ. Quod verò cõſeruet humiditatem ipſarum non negaueris Imbecillum (quod toties ſuperare reliquorum ſorbitionum rorida comprobauimus) & eiuſmodi idem prætulerit Hippocrates mulſæ, quam vnicam ijs ſemper officijs deſtinauit. In verò tempus, non quidem morbi Declinatio ſed principium; quoniam

appa-

apparent vtique excrementa morbi, ſed Coctionem neutiquam paſſa: ex tamen huic tempori Vinum opportunum. Quæ modò excrementa, ſi velis prætereà, vt per documenta Hippocrat. cogeris ad maturitatem incitare ad Imbecillo (in ipſo quidem principio) in Potens perſuaderis tranſmigrare. Abſit enim dū culpa offenſi Capitis, & ea Altera concluſionis ſputaminum, ſiuè etiam Vrinæ tertio illo Acut. Vinoſa propinat, ramentoſis & humentioribus exiſtentibus excreationibus. Hæc in principijs: quæ quantò liberiùs in ipſis Declinationibus offerentur; quid ſit apparere ſigna Coctionis, & Cocta apparere ſiue exire, per Caput de Acuta innotuit. Hic, error certantium de Potu in Pleuritide: quem arbitror ſublatum per huiuſmodi paucula, cum pleniora depoſuerim eo in diſcurſu de Potu Vini in Acutis ex eo Fonte ſi plura optas haurienda.

IN FEBRE CVM PVLMONIS Inflammatione Vinum Vtile.

CAPVT. XLI.

EX inflammato Pulmone ineuitabilis penè Tuſſis: ex Tuſſi & Bilis, & Pus in Pulmonem: ex ambobus iiſce Vlcus, Lethale damnum. In Inflammatione quidem vt Inflammatio Pulmonis, Vinum ipſum Aquoſiſſimum, debile ſubſidium: quandoquidem, frigidiora impetret Viſceris feruor, concurſu primum humoris æſtuans, deinde motu excandeſcens. Neque in hoc Caſu vt Alimentum timore vacat: enimuerò Aqua ſubtiliùs à motu eiuſdem Pulmonis in Augumentum colluuiei abſorbetur. Quodlibet ergo Vinum, & ſemper hic aduerſum. Minime quidem: ſed aliò conuertere mentem licet. Ex motu Pulmonis perpetuò coniectandum, atque ex intenſiua eius facultate billioſa quæque Corporis adſe rapi vnde exeſio naſcitur, Pus Phtiſis. Adduci hinc cogeris, ad afferendum, vinum aquoſum perutile. Curandum enim breuem hāc ob morbi effigiem, vt Corpus vniuerſum Bile careat: aliorum quippe humorum quantumuis traxerit licet, non contrahit tamen eam vlceris la-

Digitized by Google

bem quam medici deplorabilem conclamant. At vel definit in Spirationem difficilem, vel in Tuſſim, vel in Hidropem, meliora Tabe. Ars modo ſedandæ bilioſę acuitatis Cibus ſunt & Potus humida atq. incraſſantia: nec humidorum, Aquoſo ſolēnius; in cuius laudes Galenus tulit Corrigi Bilem Vino: Id boni quoniam inditur illi à ſuauieius ſubſtantię mollitie atque vnctuoſitate; propterea aquis idem denegatur, quæ inuictam craſſitudinem ſortita, ignem concipere potiùs, quam reſtinguere ſunt accomoda.

IN FEBRE CVM PHRENI Inflammatione Vino fidendum.

CAPVT XLII.

PHrenum, membrana eſt ſubter Coſtas locata, Cerebro affinis: in cuius paſſione, patitur propterea illicò Cerebrum: in cuiuſue ardore mente ſtatim, & diſcurſu proſcinditur. Tale hoc docent Ariſtot. atq; medici, quandam eſſe Nerueam ſubſtantiā membranoſam: quare ſenſibilem admodum, nobiliſſimamque noſtri particulam. Ad hanc ergo ægrotantem inflammationem ſi peruenit vinum, neceſſario vel Inflammabit acriùs, vel irritabit. Inflammabit merum, & mediocre: irritabit ob ſubtilitatem & motionem ſpiritoſam Imbecillum. Peruenire autem illùc veriſſimile, eſt parumper mutatum, quod non longiùs abeſt membrum iſtud è Ventriculo. Verùm bibere paulatim, & minimam quandam ſorbitionem audere, in peccatum non irrogarem; conſtat ſiquidem ſanæ contemplationi, diſſipari priùs ſubſtantiam eius, quàm in lęſam partem decubuerit.

Cum porrò vnum habeamus ex Medicis Celebrem Trallianum, qui Phreniticis Vinum præſcribat, hunc audiamus. *Quin & vinum, quod ſitim reſtinguat (tale autem Aquoſum certè) dare Preniticis audendum eſt, in quibus multę vigent vigiliæ, & vires ſunt Imbecilles: febres autem nondum vehementiam, neq. ardorem habent, ſed quędam Cōcoctio Vrinarū quoq; eius appareat*, & quæ ſequūtur. In quibus diſſerit longiùs de vini laudibus. Fęrociam inquit mutare,

mutare, ferinos mores ad hillaritatem transferre: ſomnum conciliare, & quia Cibum celeriter concoquit, & in totum corpus diſtribuendum adiuuet. Hæc Trallianus; quæ ſi commouerentur aliqua dubietate, ſtarent iterum per ea, quæ ſubijciuntur à tanto viro, communia quidem & cæteris à vino remedijs. *Quare metiri conuenit & noxam, quæ ex vino expectatur, & commodum. At qui ſi plura fuerint, quæ permittunt, propinari debet, minorem offenſionem contemnendo. Fieri enim haud poteſt, vt id quod iuuat, aliqua etiam parte non noceat. Medici autem eſt eiuſmodi tùm metiri, tùm iudicare. Nam ſi vniuerſa moderata, quãtitate, qualitate, ordine & tempore adhibeantur, totam Artem abſoluunt conſummantq; & finem bonum imponunt.*

IN FEBRE CVM MESERÆI Inflammatione Vinum medela.

CAPVT XLIII.

IN meſenterio, particula Corporis ſubter Ventriculum ſtante, quam dicunt alio nomine lactes, torrent ſæpè Inflammationes. Particula multis fractibus viculiſq; pluribus diſtincta, tortuoſis, & anguſtis: in quam Chilus à Ventriculo deflectit aliquantiſper craſſus, eoq; tantùm ſignatus ore quod ingenuo datur Chilo. Tentatum verò incommodo ſæpiùs eo Meſenterium, vel materiæ prætereuntis deformitate; vel loci & hoſpitij malitia. Hinc elidi febres non raro lentas erranteſque docuit Fernelius. Idem ſentit Ætius, quanquàm ſub ſthomaci adſtrictionem eas redigat. Idem dedit mihi proficuas animaduerſiones; qui obſeruauerim, febres quaſdam hinc poſt meridiano tempore excitari, Ecticis non diſſimiles, & malum illud enaſci aliquandò, quàm Hippocundriacam falsò (decepti ſimilitudine) nominamus. Non diſſimiles tamen opinione prorſus, Fernelius & Ætius, cum Ventriculi ima occupent Lactes: vnde communes vtriq; morbi.

Vina modo an hic admouenda, Ætij raciotinationes indicabunt. Inflammationis nomen accipimus ſemper pro influ-

xu, ſiue etiam coaceruatione humoroſitatum calidarum. Has ergo ſi ſuppoſuerimus occludi in Lactibus, & illuc à cõcitaciori Calore confluere ſemper recentes, quod potiſſimum à prandio euenire exiſtimabimus, illud proculdubio tunc expectandum quod ſcribit Ætius, vt Facies rubeſcat, Pulſus denſentur, Lędãtur ſegnitie actiones, Vrinæ confundantur, capiatur doloribus Caput, Sitis, Anxietudo, Vigiliæ inſultent. Fiunt inquàm hæc quoniam ſpiritus circa vias concluſus, æſtuat; vtpotè qui inſpiſſetur à vaporibus, & non efflatus incaleſcat: Carnes verò eorum locorum præ incendio areſcant.

Duas hæc oſtentant intentiones Ciborum: Altera tenuitatem eorum: Altera Humectationem. Ob Tenuitatem traijci Cibum ſperamus, moramq. exuere moleſtam: Ob Humectationem verò indurata & feruida loca, fundi atq. molleſcere. Aquoſum bina expedit bona, ſi concedas ſuperioribus de eo dictis. Huic ergo dedas conſilia opus eſt.

IN FEBRE CVM HEPATIS INflammatione Vinum.

CAPVT XLIV.

Viſcus Hepatis, Inflammatione ægreſcens, magnas febres ſuſcitat. Cauſam referunt in Nobilitatem eius, cui Corpus vniuerſum addicitur. Huic quidem Corpori vulnere tanto percuſſum, vini memoria, impiũ quoddam & execrabile, per medicorum conſueta. Atqui res medicæ, non poſſunt vno ſic verbo, quemadmodum Phiſicæ & Matematicæ definiri, ſed mutãt ſæpiſſimè faciem opportunitate operandi in particularibus inſpecta occaſionibus. Priuata ſiquidem Indicatio, magis aliquando poteſt in indicando, quàm cogentis diſcurſus rationes communiſſimæ. Hinc Hippocratis illud Iudicium difficile. Craſſa nos etiam coniectati, iudicium facientes de Hepatis Inflammatione, per vniuerſalia, quæ dari aſſolent præcepta, conueniemus cum cæteris, vini Potionem huic affectui incompetẽtem affirmando. Verùm ſi quædam particularia indagauerimus

mus ſummam indicationum in ſe trahentium, fortaſsè conſilia mutabimus, & quod renuendum credebamus, vltrò demùm offerendum confitebimur.

Calorem natiuum ſtrangulant, inſidentes diutiùs inflammationes; cognatum ergo inſinuandum, quo hereat; quod vnico in vini latice exploraueris. Notum propterea medicis à Calidioribus perpetuò affectibus, in frigidiſſimos lapſus: quos releuare, ſi ſerò adueneris, impoſſibile, quùm vitium contra Naturam ſit defectus, exceſſus verò non tollat Naturam.

Illud præterea euenit in hoc affectu, vt vires ægrotantis proſternantur, quas breui & affatim nefas reficere, vinum ſi defecerit. Sthomacus item, præ morſu in ſincopim præceps; cui vinũ in ſuffragium celerrimum. Diſcutit tandem, ſi Coctæ Inflammationi ebibas.

INFLAMMATO SPLENI Vinum.

CAPVT XLV.

PLenos Calices, puto aperire ſibimet oſtia ad quemlibet corporis tubulum; eo vè rapi proniùs, vbi vis fortior tractionis. Horum veruntamen poculorum, non laudo vſum in morbis, qui ſeruis febrium non liberis conſulam. Ijs enim qui concinno vtuntur victu, reor euenire, vt eorum Splen, ſuſcipiat non aliunde, quàm à Iecinore, Alimentum: nutritur ſiquidem craſſiori ſanguine; cui ſubigendo deſtinatur, & ordinando. Id ſi certum, ſequitur non poſſe in Splenem peruenire vinum integris ſuis viribus pollens ac ingenuum, ſed ab Architriclino ſuo ad nouam ſcenam alijs ornamentis perſonatum: hoc eſt non crudum, nec irritans (vt tale ſiquidem poteſt ferire) ſed coctum, & caſtigatum.

Quod ſi mentem ſequaris Ariſtotelis, alium functionis ſuæ modum meditantis: ferri nempè euaporationes Ciborum in Lien; neque tamen ob hanc ſummi Viri ſententiam commoueberis, qui Vinum Aquoſum non concedas. Spirant nanque ex

Aquoſo molles, benigni. Cæterum quæ in Hepatis inflammationi gratiam ſunt producta, in huius etiam opem tranſumuntur, amborum ob communem affinitatem, & mutuum vtriuſq. conſenſum.

INTESTINIS INFLAMMATIONE laborantibus Vinum.

CAPVT XLVI.

SEdes Inteſtinorum, Ventriculo contigua: quorum facultatem neq; attrahere eſt Alimenta, neq; conficere, ſed excrementa tantùm à Ventriculo relegata, & à reliquo gentilitatis reiecta, recipere. Non ſentit hanc ob Cauſam locus ille ſubſtantiam vini integram: neque etiam vini eiuſdem corpus vnquàm viſit ſincerum, cloacis ſolis deſtinatus. Impunè propterea in eorum Inflammatione potatur: quandò neque facultatem vini præſentire queat diſſolutam priùs in Ventriculo & Iecore, neque Excrementum in ſe abſorbere eius omninò, quòd priori libro monſtrauimus expers. Cuius ſi particeps velis omne in Renes & Veſicam corriuet, Inteſtinis relictis. Sed ſi aliquid rurſus ſit quod inuitet in vini potum ineuitabilia ſunt ſthomaci faſtidia comitantia indiuulsè Inteſtinorum ſeditiones: cui ſanctiùs nullum remedium vino. Paſſiones ſiquidem Inteſtinorum videntur à ſthomaco penè ſemper exoriri, cũ quo continuantur. Quare fundo eius langueſcente, vt in Lienteriam, ſiue Diſenteriam, ſiue etiam Diarrheam corruant neceſſe eſt, per Galeni doctrinam de adminiſt. Anat. Addas languentia præ debilitate inteſtina (id quod euenit poſt ſuperatam Inflammationem) vino vnicò confirmari per Hippocratis mentem. Quæſita hinc Vina Hippocratica, & per Cliſteres ſuffuſa. Hinc quoque vini meracioris celebratus hauſtus flantibus, & reſolutis Inteſtinis. Trahit quippe in Arctum relaxata, Auſterum: idem diſcutit incocta, atq; robur indit Infirmis. At verò quoniam Febrem introduximus cum Inflammatione, ideo Aquoſum ſiue meracis, ſine hæſitatione Cariſſimum.

IN

IN FEBRE CVM Renum Inflammatione Vinum.

CAPVT XLVII.

INflammati Renes, non duriora elidunt ſimptomata, quàm Iecur ferat, & Ventriculus. Tantam imò rabiem ſolent ſupra cætera viſcera euomere, vt quàm ſæpiſſimè videamus in Lippothimiam cadere Corpus, in Virum proſtrationem, in Vomitum, peruia cunctа medentibus. Id quod in præſentia quærimus, tale eſt. Liceat ne illis qui ſic affecti ægrotant, Vinum in Potum concedere. Negant pertinaciter Vinifugæ ſententiam; diſſuadentque propoſitum Vini ignominia conclamata. Sed quæ ponunt illi fundamenta, concernunt cuncta, & Caliditatem Vini, & Vectioni poteſtatem. Vtrunque nos eluſimus toties dicterium. Sufficiat nunc dixiſſe: nec Calidum Imbecillum: nec idem Vehiculum: nec renes occurrere confeſtim Vino ab exſorbitione: nec ſerò durare Vini potentiam, ſed reſolui in ſpiritus antequàm in renes peruenerint. Ijs poſtremò accomodes indiuiſam Virium Iacturam ſolo vino reparandam. Vomitum, Vino ſiſti. Pelli faciliùs lotia per Vini potum.

Bibatur ergo Imbecillum, bibatur pauxillum: bibatur declinante largiùs Inflammatione: poſt Corporis item totius inanitionem, libentiùs.

INFLAMMATA VESICA, Vinum.

CAPVT XLVIII.

ACutiſſimo pręſtat ſenſu veſica. Quare enatæ in ea Inflammationes corpus reliquum eximio cruciatu extorquent. Febres inde vehementiſſimæ, Accidentia cadentis Animæ formidanda.

midanda. Plura hanc ob Cauſam accelerant medici remedia, &, citatiſſimo gradu, ab vno in alterum tranſuolant. At quò grauiùs creditum malum, eo ſecuriùs eligibile Vinum. Nam quam minantur affectus iſti ruinam, eam reparant Vini bona, dum vires in officio continent. Nec dubium quod fractum illùc perueniat, niſi aut immenſum bibatur, aut feruidum. Parum ergo bibatur, Aquoſum, & ſuæ fortis dominum.

FEBRIS CVM VTERI Inflammatione Vina poſcit.

CAPVT XLIX.

EH hoc Febres grauiſſimæ inflammato. Qui quoniam vel motu ſuo, vel infeſtis vaporibus accidentia deformiſſima intorquent, hinc reſpiciendus ſolertiſſima cum cautione, quam ſolus aſſequitur eximius iudicio medicus, vt Aueroes docuerat. Vini attamen vſum timuit, ante alios in tantum Celſus, vt hoc affectu tentatas, in primo ſtatim inſtituto ablegarit à Vino per Annum; ſequaceſq. tantus vir habuit perplures laudatos. Huius ergo propoſiti, quoniam rationem video nullam, coactus ſum exiſtimare mera ipſos prohibere, veluti Calorifica, nec non vaporoſa: nomina quidem vtraque timenda proximum potius priori: nam vapore infeſtari ſolet magis vterus, quàm calore. In aquoſo neutrum reſpicio. Quamobrem, ſanū bibere aquoſum; ſecuriùs tamen paucum: quoniam & cæterorum liquidorum potus ſalubrior puſillus, ad plenitudinem euitandam, offendentem oppreſſione. Ad hæc quæ excitantur inde ſimpthomata, vires infringunt omnia: per Vini ergo libamina, & huic conatui ſubſidia ferenda: quæ ſi contempſeris videbitur fortaſſe leniùs procedere malum: verùm cadet inde paulatim Vita in longi itineris proceſſu ſufficienti viatico deſtituta. Hoc nempe illud quod prudentiam expoſcit & iudicij celſitudinem in medico eleganti. Non ſcilicet quæ ſola ante pedes ſtant, rectè medicus diſcernat, ſed quæ ventura longiùs, præſagiat. Cuius quidem

dem documenti Canones præſcribuntur nulli, ijs exceptis quos ſuggerit Prudentia.

DOLORIBVS CVM Febre Vinum,

CAPVT L.

IN doloribus Vinum properè offerendum. Vno ſiquidem trium modorum, à Corpore dolor abijcitur. Vel Doloris cauſam euertendo. Vel dolentem partem ſenſui indurando. Vel inſtruendo eo vigore, quæ valeat inde noxas doloris excutere. Vinum ni primis duobus ſuccurrat, tertio ſaltem, ſubſidio venit. Deficientem quoque Animum, Vini ſemper animo retinemus: & ſpiritus diſſipatos, Vini ſpiritibus recolligimus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google